Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Liber de vita Christi ac pontificum omnium

Platina, Bartholomaeus

[Nürnberg], 11. Aug. 1481

Platine historici liber de vita christi: ac pontificum omniū: qui hactenus ducenti vigintiduduo fuere

urn:nbn:de:bsz:31-341819

Visual Library

Platine hiſtorici liber de vita chriſti: ac pontificum omniū: qui hactenus ducenti ⁊ vigintiduo fuere.

# Nobilitatis maximā partem duci ex his

maiorib9 qui clari iuſtiqꝫ fuere: quiqꝫ ob ſingularem aliquam virtutem imperauerunt: nemo ē qui ambigat: niſi qui Platonis auctoritatē non adeo probat: cuiꝰ quadripartitam de nobilitate diuiſionē: quātum ad genus pertinet: chriſtus rex noſter conſecutus eſt. Quem enim ex gētilibus habemꝰ: qui gloria et nomine cū dauid ⁊ Salomone: quiqꝫ ſapientia ⁊ doctrina cū chriſto ipſo conferri merito debeat ac poſſit. Neminem certe. Naſcitur chriſtus ex tribu iuda nobiliſſima quidē ob vetuſtatem ⁊ imperium inter hebreos vnde propheta Jacob inquit. Non auferetur ſceptrum de tribu iuda quoad venerit qui mittendus eſt: his erit prefecto expectatio gentium. Quot autem reges vel duces vel pontifices in ea tribu fuerint non attinet dicere: cum libri tum noui: tum veteris teſtamenti huius nobiliſſime genealogie mentionem faciant. Uerum cum poſt longiſſima tempora inter Ariſtobolum et Hircanum Alexandri regis et pōtificis filios orta ſeditio de principatu eſſet: tandem Herodi alienigene regnum iudeorum a romanis tradit: ex patre eī Idumeo: et matre arabe natus et iudeorum legiſperitos interfecit: et genealogias incendit ad integendam generis ſui notam. Ceſſauit ergo ac merito quidem eorum vnctio: hoc eſt imperium: qꝛ ex Danielis ſententia ſanctusſanctorum venerat: quem Maria virgo angelo annunciante ex ſpiritusſancto concepit. ⁊ peperit in bethleem iude: Cyrino tum Syrie preſide anno ab vrbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo: imperij do Auguſti ceſaris: qui tum orbi imperitabat anno quadrageſimoſecundo. Imperium enim a Caio ceſare: tum propinquitatis: tum hereditatis iure accipiens: vel potius pulſis: ac interfectis parricidis tyranniſqꝫ rempu. vſurpare conātibus monarchiam orbis terrarum ī meliorem formam redigens: ſuis temporib9 miram felicitatem preſtitit. Nam pacatō rebus tum externis: tum domeſticis tanto in honore non ſolum apud ſuos: verū etiam apud exteros reges fuit: vt eiꝰ nomine ciuitates conderet: quas Sebaſtas vel ceſareas appellarunt. Uenere etiam multi reges ad vrbem viſendi hominis cauſa: quos ita comiter. et perbenigne ſuſcepit: vt ex amicis ſibi amiciſſimos redderet. Cum ciuibus autem ſuis humaniſſime vixit: in delinquentes Clemens: erga amicos liberaliſſimus eſt habitus: in cōparandis amicis rarus: in retinendis cōſtantiſſimus. Liberalium artiū adeo ſtudioſus fuit: vt nullꝰ pene laberetur dies in quo non legeret aliquid: aut ſcriberet aut declamaret. Ingenio et doctria Saluſtij. Liuij. Uirgilij. Oratij. Aſinij pollionis: Meſſale Coruini oratoris inſigniſ delectatus eſt: quorum ſcriptis etiam eiꝰ res geſte immortalitati commēdate ſunt. Urbem romam ita exornauit: vt gloriatꝰ ſit ſe vrbem latericiam inueniſſe: marmeream relinquere. Hanc felicitatem que (ne mentiar) magna fuit: maiorem certe reddidit ſaluberrīno ortu ſuo chriſtꝰ rex noſter. Interceſſere autē a creatione mūdi vſqꝫ ad hunc feliciſſimum natalem diem anni quinqꝫ milia centū ⁊ nonaginta nouem. Naſcitur puer ſine dolore matris: quippe qui diuinus erat: non humanus partus: vnde mater integra ſtatim ſurrexit: et infantem de more pannis inuoluit. E taberna autē meritoria ī tranſtyberina regione ex terra oleum erupit: vt ait Euſebius: fluxitqꝫ toto die ſine interuallo chriſti gratiā gentibus oſtendens. Narrat Oroſius Auguſtum ceſarem eadem die mandaſſe: ne quis ſe dominū deinceps vocaret. Diuinantem credo verū principem orbis terrarum ac mundi totius natum eſſe. Idem quoqꝫ mandauit vt in orbe romano omnium hominum capita cenſu notarentur: ac ſi maiori principi

rationem gubernati imperij aliquando
redditurus eſſet. Huic autem cenſui Cy
rinum virum conſularem ex ſenatuſcon-
ſulto ꝑfecit. Pax ꝑterea ⁊ q̄es tanta fuit
cum domi tum foris quanta vnq̄ antea.
Hunc em̄ iuſticie: ⁊ pacis regem ꝓphete
appellarunt. Defertur autem octaua die
ad templum circūciſionis cauſa: neq; em̄
venerat abrogare legem: ſed adimplere.
Erat autem circūciſio teſtamenti ſignū
inter deum ⁊ homines: vt ait Auguſtinꝰ
Die vͦ terciodecimo adorat̄ a magis: ⁊
muneribꝫ donat̄: qui ex oriente hieroſoli-
mam eius rei cauſa venerant. Magos
enim q̄dam orientales populi reges ſuos
⁊ ſapientes appellant. Ne vͦ legem moy
ſeos ꝑtermittere videretur: mater purifi-
cationem ſumptura: licet intacta ⁊ incor-
rupta luſtratione minime indigeret: pue
rum ad templum defert. Hunc autem
Symeon vir iuſtus ⁊ ſingularis religio-
nis in vlnis retinens diuino numine af-
flatus regem ſuum: ⁊ ſaluatorem profite-
tur: vnde ihesus xp̄c appellatus eſt. Naz
ihesus nomē ſaluatoris eſt: xp̄c vͦ regis
qui miſtico illo chriſmate vnctus: quo re
ges omnes: Meſſias hebraice dicitur:
Vt enim romani imperatores purpura:
ſic hebreoꝝ reges vnguento ceteris inſi-
gniores habebantur. Idem facit Anna
ſpiritu ꝓphetico incitata. Quid de chri-
ſto ſenſerint ſibille: non eſt cur ſcribamꝰ:
cum omnes fere eius ſaluberrimum ad-
uentum ꝑdixerint. Celebrata hac luſtrati
one recognitoq; iure primogenioꝝ ſcḋm le
gem diuinam in nazareth patriam redie
re ciuitatē Galilee: vbi ꝑ getem Ioſeph
exiſtimatꝰ xp̄i pater ab angelo admonet̄
vt fugiens in egyptum puerum ſecum ⁊
matrem deferat. Futuꝝ enim paulopoſt
niſi id fecerit: vt herodes pueꝝ occideret
Vez id agere tunc qͦd deſtinauerat homo
crudeliſſimus no potuit. a filijs em̄ ob ſe-
uiciam accuſatus: romam ad cauſam di-
cendam ꝓficiſcit̄: q ſimulata concordia
in ꝓuinciā rediens. Ariſtobolū ⁊ Alex-
andrum filios adoleſcentes q̄dem egregi-
os: ⁊ doctos quippe: q apud ceſarem Au-
guſtum fuerant educati in ceſarea laq̄o
pemit. Ad necē deinde pueroꝝ ꝯuerſus
homo regnādi cupidus: q̄ natum eſſe al-
terum regem iudeoꝝ a ꝓphetis intellexe-
rat: omnes q tum in Bethleem erant: ⁊
finibꝫ ſuis a bimatu ⁊ infra occidi iubet
ſcḋm tempus quod a magis exquiſierat:
nec filio ꝓprio eius etatis parcit. Unde
ferunt auguſtum ceſarem crudelitatem
hominis deteſtatum hoc dixiſſe. Maluiſ
ſem herodis porcus eſſe q̄ filius. Iudei
enim ex lege non modo deguſtare: ſed tan
gere etiam ſuillam carnem ꝓhibentur:
quare fit vt neq; eos alant neq; comedāt:
hanc ob rem in porcos clementes dicunt̄
Ioſeph autem ſeptennio in egipto com-
moratus: vbi herodem tyrannum tabo ⁊
ſacro igne mortuum intellexit: hieroſoli-
mam cum puero ꝓficiſcitur: nec diu ibi
immoratus: quod Archelaum herodis
filium regnare intellexerat in partes Ga
lilee alterius imperio obtemperantes: ſe-
ceſſit ⁊ Nazareth ciuitatē incoluit: vnde
puer Nazareni nomen ſumpſit. Dum au
tem in egipto eſſet cecidere (vt Hieroni-
mus ait) deorum omnium ſimulacra: ceſ
ſarunt oracula: ⁊ mors quorundam de-
monum ſubſecuta eſt ex vaticinio ꝓphete
Ecce inquit leuem nubem conſcendet: ⁊
mouebuntur ſimulacra egipti ab eius cō
ſpectu: ⁊ cor egipti in eiꝰ medio tabeſcet.
Annum vͦ duodecimum agens hieroſo-
limam cum parentibus de more ad diem
feſtum celebrandum proficiſcitur. Hi vͦ
poſtea peracto ſacro abeuntes cum pue-
rum ſubſequi non viderent: ſolicitudine
pleni ad templum redeunt: eumq; docto-
res ſciſcitantem offendunt: quid maxime
adoleſcentem deceret. Supra etatem em̄
ſapiebat: quia (vt euāgeliſta ait) dei gra-
tia ⁊ virtus in illo erat. Parētes deinde
bene monentes ſecutus in patriam reuer
titur. Quid vͦ egerit in hac etate vſq; ad
trigeſimū annū: q̄ a Iohanne Zacharie
filio aqua baptizatus eſt dicere preter-
mittam: cum non ſolum euangelia ⁊ epi-
ſtole rebus a ſe optime ac ſanctiſſime ge-
ſtis plene ſint: verum etiam eorum libri:
qui ab eius vita moribꝫ ⁊ inſtitutis abor
ruere. Flauius ille Ioſephus qui lingua
greca antiquitatem iudaicam vinginti li
bris conſcripſit cum ad Tyberij princi-
pis imperium veniſſet: fuit inquit eiſ-
dem temporibus Ihesus vir quidam ſa-
piens: ſi tamen virum eum nominare
phas eſt. Erat enim mirabilium operum
effector: ac hoim̄ doctor: eorum maxime
qui que vera ſunt libenter audiuit: hanc

ob rem multos tum ex iudeis: tum ex gentibus ſibi adiunxit: chriſtus hic erat. Hunc autem cum Pilatus a principibus noſtre gentis inſtigatus in crucem agendum cenſuiſſet: non tamen hi deſeruere qui eum ab initio dilexerant. Eiſdem preterea die tercio poſt mortem viuus apparuit: quemadmodum diuinitus inſpirati prophete ⁊ hec et alia de eo innumerabilia miracula futura eſſe predixere. Perſeuerat et vſq; in hodiernum diem celebre chriſtianorum nomē ab iſo ſumptum: perſeuerat et genus. Idē quoq; Joſephus Johannem baptiſtam verum prophetam: et ob eam rem ab omnib⁹ in precio habitum iuſſu herodis magni herodis filij paulo ante mortem chriſti ceſum fuiſſe affirmat in caſtello Macherunta: non quod ſibi et regno timeret (vt idē ait) ſed quod Herodiadem Agrippe ſororem ac Philippi fratris viri optimi vxorem inceſtis nuptijs ſibi coniūxerat. Hic eſt ille Johannes: quo nemo maior inter natos mulierum fuit ſaluatoris noſtri ſententia. Int̄ficitur et chriſtus verus dei filius: veritatis iuſticie pietatis religionis aſſertor āno decimooctauo Tyberij ceſaris: etatis vō ſue anno trigeſimotercio: ⁊ eo magis quod ei vita propagata eſt: ab octauo kalendas ianuarij vſq; ad octauū kalendas aprilis: quo die conceptus in virginis vtero eſt de ſpirituſancto. Accuſatus a iudeis: q; ſabbatis non vacaret: ſaluti hominū quouis tempore conſulens: et quod baptiſmuz circumciſioni anteferret: et q; abſtinentiā ſuille carnis auferret: quibus in rebus iudaice religionis ſacramenta conſiſterent. Cedis autem tam nepharie etiam celi ipſi ſigna dedere. Nam et ſolis tanta defectio facta eſt hora ſexta diei: vt et dies in obſcuram noctem verſus ſit: et Bithynia etiam licet multum a hieroſolimis diſtet terremotu concuſſa: ⁊ multa Nicene vrbis edificia corruere: et velum tēpli quod ſepabat duo tabernacula ſciſſum: audita et vox ex adyto tēpli hieroſolimitani: trāſmigrem⁹ ciues ex his ſedib⁹. Admonitus Tyberi⁹ a Pilato de chriſti morte ac dogmate ad ſenatū retulit: cenſuitq; chriſtū in deos referendū ac templo honorandū. Fieri id nō modo ſenatus vetuit: quod nō ad ſe pri⁹: ſʒ ad Tyberium ſcripſiſſet Pilatus: verūetiā pellēdos vrbe tota chriſtianos cēſuit. Propoſita ſunt accuſatorib⁹ premia: quos Tyberius a tanto ſcelere minis et morte prohibuit. Auctores aūt tam nepharij parricidij penas dedere. Nam et Judas laqueo vitam finiuit: et Pilatus maris calamitatib⁹ vexatus ſibi manū iniecit: licet ſint q̄ ſcribāt eū ſceleris penituiſſe ac veniā a deo meritū. Judei aūt amiſſa libertate iuſti ſanguinis meritas penas adhuc luunt. Hec ſunt fere que d̄ vita chriſti regis ac pontificis noſtri q̄ breuiſſime ſcribēda cenſui: quo et mihi facilior aditus ad opus mente cōceptū daretur: et legentib⁹ gratior fieret lectio: que tanq̄ irriguus fons ab impatore chriſtianorū in pontifices Romanos p ordinē vſq; ad tempora Sixti quarti deriuaretur.

# Petrus

POſt chriſti mortem et reſurrectionem completis iam dieb⁹ pentecoſtes ſpm̄ ſanctū accepere diſcipuli: quo imbuti varijs linguis res geſtas ſummi dei locuti ſunt etſi pleriq; eorū ſine vlla eruditione ſint habiti: maxime vō Petrus et Johānes. Eorū aūt vita ad vtilitatem cōmunē reſpiciebat: nil proprij habebant: quicq̄d ante pedes eorū ob religionez ponebatur: id totū vl' partiebāt inter ſe ad cōmoda nature vel paupib⁹ erogabāt. Hi vō prouincias ptiti ſūt. Thomas Parthos ſortitus ē: Matheus ethyopiā. Bartholomeus indiā citeriorē. Andreas ſcythiam. Johanes aſiā: vnde et apud epheſū cōmoratus poſt longos labores et diutinas ſolitudines e medio ſublatus ē. Petro autē principi apoſtolorū pontus Galatia: Bythinia: Cappadocia obtigit. His eñ natione galileus ex Bethſaide ciuitate Johannis filius Andree apoſtoli frater: prim⁹ ſedit annis ſeptē in epiſcopali ſede apd̄ Antiochiam Tyberij tempore: qui Auguſti priuignus et heres: annis vigintitrib⁹ varie imperauit. Neq; eñ inter malos omnino: neq; inter bonos principes numerari poteſt. In homine fuit multa litteratura ⁊ grauis eloquentia: bella p ſe nunq̄: ſʒ p legatos geſſit: tumult⁹ exortos prudēter ſuppreſſit. Multos reges a ſe blanditijs euocatos nunq̄ remiſit: marie vō Archelaum Cappadocem cuius regnū i prouinciā vertit. Multos ſenatores pſcripſit: q̄ſdā etiā int̄fecit: magnis q̄; ſupplitijs ab eodē necat. L. Aſini⁹ gallus orator Aſinij Polionis fili⁹ Morit et Vocienus mōtanus narbonēſis orator i balearib⁹: eo eñ relegat⁹ a Tyberio fuerat. Fratrē q̄; Bruſū veneno ei⁹ iuſſu necatū tradūt hiſtorici. Hac tñ moderatōe vſus eſt: vt publicanis q̄buſdā et pſidibus

ꝓuinciaꝝ augenda eſſe vectigalia dicen
tibꝫ rñderit: boni paſtoris eſſe tondē pecꝰ
non deglutire. Mortuo Tyberio. C.
Claudius cognomento Callicula a Ca
ſtrenſi loco ducto impiū occupat. Filiꝰ ei
Druſi auguſti ceſaris priuigni ⁊ ipſius
Tyberij nepos habebat: homo omniū
ſceleſtiſſimꝰ. Nil eñ vel domi vl' foris ſtrē
nue geſſit. Auaricia omnia expilauit: tā
te libidinis fuit: vt etiam ſororibꝫ ſtupꝝ
intulerit. Tante crudelitatis: vt ſepiꝰ ex
clamaſſe dicat: vtinam ꝑplus Romanus
vnam ceruicem hēet: exules ꝙ omnes in
terfici iuſſit. Naz cum vnum ab exilio re
uocaſſet: q̄reretq̄ qd potiſſimum exules
optarent: cū ille imprudent rñdiſſet: mor
tē ꝑncipis omnes paſſim ſuſtulit. De cō
ditione tpm ſuoꝝ ſepe etiam q̄ſtus ē: qđ
nullis calamitatibꝫ publicis inſignirent
velut Tyberij tpa: qbꝫ obtrita ferunt ad
viginti milia hominū caſu theatri apud
Tarracinam. Ita at Virgilij: ⁊ Liuij glo
rie inuidit: vt paulū abfuerit: qn coꝝ ſcri
pta ⁊ imagines ex oībꝫ bibliothecis amo
ueret: q̄ꝝ alteꝝ vt nulliꝰ ingenij minimeq̄
doctrine: alteꝝ vt vboſum in hiſtoria ne
gligentemq̄ carpebat. Dicebat Senecā
harenā eſſe ſine calce. Preterea vō Agrip
pam herodis regis filium a Tyberio in
carcerem ꝯiectum liberat: ⁊ regem iudee
facit: ꝙ herodem accuſauerit: ipm at he
rodem ꝑpetuo exilio Lugdunum relegat
Seipſum vō in deos transfert: imagines
in templo hieroſolimitano collocat. Po
ſtremo at a ſuis tandē necat: imperij an
no. iiij. menſe. x. Duo libelli in ſcriptis eiꝰ
repti ſunt: quoꝝ alteri pugio: alteri gladi
us ꝓ ſigno erat impſſus. Ambo lectiſſi
moꝝ viroꝝ vtriuſq̄ ordinis ſenatoꝝ ⁊
equeſtris nomina ⁊ notas ꝯtinebant mor
ti deſtinatoꝝ. Inuenta eſt ⁊ ingens arca
varioꝝ venenoꝝ: qbꝫ mox Claudio ceſa
re iubente demerſis infecta maria ēdunt
non ſine magno piſcium interitu q̄s eue
ctos in ꝓxima littora paſſim eſtus eiecit.
Libuit hec hominum monſtra ꝑſcribē: q̄
faciliꝰ apparēt deum vix potuiſſe tum reti
neri ab excidio orbis terraꝝ mundiq̄ to
tiꝰ: niſi ⁊ filium miſiſſet: ⁊ aplos q̄ꝝ ſan
guine humanum genꝰ Lycaonem imita
tū ab interitu redimeret. Hoꝝ itaq̄ tpi
bus fuit Petrꝰ ille: quem his vbis xpc al
locutus eſt. Beatꝰ es Simon bariona: q2
caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi: ſ3 pat
meus q in celis eſt: ⁊ tu es Petrus ⁊ ſup
hanc petram edificabo eccleſiam meam:

ac tibi dabo claues regni celeſtis ꝑtateq̄
ligandi ⁊ ſoluendi. Is vō omnium diligē
tiſſimꝰ vbi Aſiaticas eccl'ias ſatis ꝯfir
maſſet: ꝯfutatis eoꝝ opinionibꝫ. q circūci
ſionem approbabant: ſecundo Claudij an
no in ytaliam venit. Claudiꝰ em. C. Cal
licule patruꝰ: quem nepos in ludibrium
reſeruauerat impiū accipiens: qntꝰ ab au
guſto Brittaniam: quā neq̄ añ Iulium
ceſarem neq̄ pꝰ eum qſq̄ attinge auſus ē
in deditōnē accepit. Orchadas inſulas
romano adiecit impio. iudeos tumultuā
tes roma expulit: ꝯpſſit ⁊ ſeditiones in
iudea a qbuſdā pſeudoꝓphetis ꝯcitatas
Obtrita eē ſunt triginta milia iudeoꝝ in
portis hieroſolimitani tēpli azimoꝝ diebꝫ
Cumano eiꝰ iuſſu ꝓcurante iudeam. La
boratū eodē q̄ tpe annone caritate vbiq̄
eſt. Agabo ꝓpha tantam calamitatē ꝑdi
cēte. Ab externo hoſte ſecurꝰ ꝑfecit aq̄du
ctū: cuiꝰ ruinas apud lateranū cernimꝰ
a Caio inchoatū. Emittē q̄ fucinū lacū
eſt aggreſſus: non minꝰ ꝯpendij ſpe q̄ glie
cum qdam ꝑuato ſumptu emiſſuꝝ ſe pol
licēt: ſi ſibi ſiccati agri ꝯcedēnt. Per tria
at paſſuum milia ꝑtim effoſſo mōte ꝑtim
exciſo cuniculū egre abſoluit. pꝰ. xj. an
nos triginta milibꝫ hoīm ibi ſine intmiſ
ſione elaborantibꝫ. Portum q̄ oſtienſē:
quē adhuc cū admiratione intuemur ex
truxit: ducto dex̄ leuaq̄ brachio ad coher
cendos maris fluctꝰ. Meſſalina vxore cō
iuncta ꝓbri ⁊ infecta. Agrippinā Ger
manici fris ſui filiā ꝯ ius faſq̄ ducit vxo
rem: a q poſtea imperij. xiiij. anno boletis
veneno illitis necat. Petrꝰ itaq̄ romam
caput orbis terraꝝ tunc venit: ⁊ qđ hanc
ſedē pontificali digītati ꝯueniente cerne
bat: ⁊ huc ꝓfectū intellexerat Simonem
magum ſamaritanum q̄ndam: q ꝑſtigijs
ſuis eo erroris iā deduxerat ꝑplm roma
num: vt deus credēt. Rome em̄ iam titu
lum adeptꝰ erat int duos pontes poſitū
ac latinis lr̄is ſic ſcptū. Simoni deo ſcto
Hic dū in ſamaria eēt: tamdiu ſe credē in
xp̄m ſimulauit: q̄ad baptiſmū a philippo
vno ex ſeptē dyaconis acciperet: q̄ qdā po
ſtea i malā ptē vtēs mltoꝝ hēſum funda
mēta iecit cū ſelene ipudica mliere: quam
ſceleris ſociā hūit. ꝓuocat petꝝ miracul'
morte pueri hō nephariꝰ auſus ē: quē eiꝰ
carmina ꝑmo mouere viſa ſunt. veꝝ cum
poſtea nihilominus puer iaceret in noīe
ihu Petro iubente ſurrexit. Hanc ob rē
indignatꝰ Simō vidente ꝑplo ſe volatuꝝ
ex capitolino mōte in auētinū pollicet: ſi

Petrus ſubſequi vellet: ea ratōe dignoſci
poſſe: vter ipoꝝ ſanctioꝛ haberet̃ et deo ca-
rioꝛ. Cum iam volaret rogatu Petri ad ce
lū manū tendētis ac rogantis deū: ne delu-
di magicis artibꝫ tātū populū ſineret: Si-
mon decidit ac crus infregit: cuiꝰ doloꝛe nō
ita multo poſt Aritie mortuꝰ eſt. Nam eo
poſt tātā ignominiā delatus a ſuis fuerat
Hinc Simoniaci heretici originē habent:
qui donū ſpūſſcti emere ac vēdere cōſueuiſ-
ſent: quiqꝫ affirmabāt creaturā nō a deo eē
ſed ex ſupna quadā virtute ꝓuenire. Con-
uerſus deinde ad propagandū verbum dei
Petrus ſermone et exēplo rogat̃ a romaīs
vt Johāni cognomēto Marco eius in ba-
ptiſmate filio cōſcribēdi euāgelij negociuꝫ
tradat. Probata naqꝫ erat eius vita proba
ti moꝛes. Is eñ (vt Hieronimꝰ ait) in iſrl'
ſacerdotiū agēs ſm carnē leuita. id ē addi
tus vel appoſitus ad xpi fidē ꝯuerſus i yta-
lia euāgeliū ſcripſit: oſtēdēs qd generi ſuo
deberet et chriſto. Extant eius euāgelia te-
ſtimonio Petri cōpꝛobata. Deinde vō in
egiptū miſſus (vt ait Philo iudeꝰ) ſcriptoꝛ
egregius: vbi docendo et ſcribēdo Alexan-
drinā eccl'iaꝫ optime cōſtituiſſet: doctrina
ac moꝛibꝫ inſignis: octauo Neronis anno
Alexandrie moꝛitur et ſepelit̃: i locūqꝫ de-
mortui Anianus ſufficit̃. Anno vō añ moꝛ-
rit̃: et iacobꝰ cognomēto iuſtus dñi frater.
Nam ex ioſeph et alia vxoꝛe natꝰ erat: vel
(vt alij volut) ex ſoroꝛe Marie chriſti ma-
tris. Hic eñ (vt Hegeſippus ait) apl'oꝝ tē
poꝛibꝫ vicinꝰ i vtero mr̃is ſcūs fuit: vinuꝫ
et ſicerā nō bibit: nil carnis deguſtauit vn-
q̃: intōſus nec balneo nec vnguēto vſus eſt:
veſtibꝫ lineis tātūmō indutꝰ. Sāctaſcōꝝ
ingreſſus: ita aſſidue flexis genibꝫ ꝓ ſalu-
te populi oꝛabat: vt eiꝰ genua cameloꝝ mo
re occalluerit. Verū abeūte ex iudea feſto
ipius ꝓuīcie gubernatoꝛe: priuſq̃ ei Albi-
nus ſuccederet. Pōtifex Auanꝰ Auani fi-
liꝰ cōpellēs publice Jacobū chriſtū dei fili
um negare recuſantē lapidibꝫ obꝛui iuſſit:
q cū pceps de pinna tēpli deiectꝰ eēt ſemiui
uus adhuc: et manꝰ ad celū tendēs ꝓ pſecu
toꝛibꝫ oꝛaret: fuſte q̃ fullones vtūt̃ tandē ne
cat̃. Refert aūt Joſephꝰ hūc tāte ſcītatis
fuiſſe: vt ꝓpt̃ eiꝰ neceꝫ publice creditum ſit
Hieroſolimā eē ſubuerſā. Hic ē ille Jacobꝰ
cui dñs poſt reſurrectōꝫ apparuit: cuiqꝫ pa
nē benedicēs ac frāgēs dixit: mi frater ꝯme
de panē tuū. qꝛ filiꝰ hoīs e moꝛte reſurre-
rit. Annis vō triginta hieroſolimitane ec-
cleſie ꝓfuit. id eſt vſqꝫ ad ſeptimū Neronis

annum. Cuiꝰ ſepulcrū iuxta templū vnde
deiectus fuerat cū titulo. Hadriani tēpoꝛi
bus adhuc extabat. Moꝛtuū q̃ꝫ Barnabā
Cypriū qui Joſeph leuites ꝯgnominatus
eſt ante Petri martiriū cōſtat. Hic eñ cuꝫ
Paulo gentiū apl's electus: vnā tm̄ epiſto-
lam ad eccl'iam ptinentē conſcripſit: licet
ea q̃ꝫ inter apocryphas ſcripturas habeat̃
Diſſentiens item a Paulo ob Marū diſci
pulū in Cypꝛū proficiſcit̃ Marco comite:
vbi chriſti fidem ꝑdicās martirio coꝛonat̃.
Paulus aūt q antea Saulus dicebatur ex
tribu Beniamin et oppido iudee giſcalis
originē ducebat: quo a romaīs bello capto
cum parentibꝫ ſuis tharſum Cilicie cōmi-
grauit: inde hieroſolimam ob ſtudia legis
miſſus a Gamaliele viro doctiſſimo erudi
tur. Acceptis deinde epiſtolis a pontifice
templi eos pſequens: q chriſtū verū deum
eſſe ꝓfiterent̃. Stephani ꝓthomartiris ne
ci interfuit. At vō cum Damaſcum pgeret
ſpū diuino ad fidem cōpulſus: vas electio-
nis vocari meruit: nomenqꝫ a Paulo pro-
conſule Cypꝛi accepit: quē predicatōe ad fi
dem redegerat. Vna deinde cuꝫ Barnaba
multis vrbibus pagratis hieroſolimā redi
ens: a Petro: Johāne: Jacoboqꝫ gentium
apoſtolus eligit̃. Hic aūt poſt chriſti moꝛ-
tem anno vigeſimoquīto. id eſt Neroniani
imperij ſecundo: eodem tēpoꝛe quo Feſtus
ꝓcurātoꝛ iudee Felici ſucceſſit romam vin
ctus. Plutarchꝰ cōcaptꝰ comitās: vt ciuis
romanus mittit̃: vbi biennio i ſatis libera
cuſtodia manes: cū iudeis q̃tidie diſputa-
bat. Dimiſſus tādē a Nerone et predicauit
multa et ſcripſit. Extant et eiꝰ decem ac q̄-
tuoꝛ epiſtole: ad romanos vna: ad Choꝛin-
thios due: ad Galathas vna: ad Epheſeoſ
vna: ad Philippēſeſ vna: ad Coloſēſes vna
ad Theſſalonicēſeſ due: ad Tiotheū due:
vna ad Titū: ad Philemonē alt̃a: q̃ ad he
bꝛeos eiꝰ noīe fertur: icerta habebatur pꝛo
pter ſtili ſermoniſqꝫ differentiam. Erāt eti
am: qui hanc et Luce: et Barnabe: et Cle-
menti aſcriberent. Scripſit et Petrus du-
as epiſtolas: que canonice nomināt̃ur. Se
cunda a pleriſqꝫ eius eſſe negatur: q̃ a ſtilo
pꝛime diſſideat. Verum quia pluribus in-
tentus eſſe nō poterat: cum oꝛationi et pꝛe-
dicationi vacaret: duos epiſcopos oꝛdina-
uit. Linum ſcilicet et Cletum: qui ſacerdo-
tale miniſterium romano populo et adue-
nis bene ſentientibus exhiberent. His re-
bus intentus vir ſanctiſſimus: tātū nomis
ſibi apud omnes comparauerat: vt iā fere

ꝑ deo coleret. Hanc ob rem indignatus.
Nero mortem hominis q̃rere: vnde Pe-
trus monentibꝰ amicis ad declinandam
inuidiam ⁊ iraꝫ p̃ncipis via Appia ab vr
be diſcedens ad p̃mum lapidem xp̃o( vt
v̓bis Hegeſſippi vtar)fit obuiaꝫ: quem q̄
dem adorans rogat: dñe quo vadis: Tũ
xp̃c: Romam iteꝝ crucifigi. Extat ſacel-
lum eo loco vbi hec v̓ba ſunt habita. Tũ
Petrus de martirio ſuipſiꝰ dictum exi-
ſtimans: q̄d in ſe xp̃c paſſurus videret ad
vrbem rediȷ̇t: ac ſtatim Clementem ep̄m
ↄſecrat: eiq̄ꝫ cathedram ⁊ eccl'iam dei cõ-
mendat his v̓bis. Eandem ego tibi p̄ratẽ
ligandi ⁊ abſoluendi trado: quam mihi
xp̃c reliq̄t. Spretis ac contemptis rebus
omnibꝰ: tum corp̄is: tum fortune ozone ⁊
predicatione ſaluti hominum: vt bonum
paſtorem decet conſule. Cum hec autem
ita diſpoſuiſſet: non multopoſt vna cum
Paulo iuſſu Neronis necat̃: vltimo eius
anno diuerſis tamen cruciatibꝰ. Petrus
eñ cruci affigit̃ capite in terram v̓ſo: ele-
uatiſq̄ꝫ in ſublime pedibꝰ: ita eñ voluit:
quod diceret ſe indignum eſſe: q̄ mortem
ſaluatoris imitaret̃. Sepultus eſt auteꝫ
in Vaticano via aurelia ſecus ortos Ne-
ronis: non longe a via triumphali: q̄ ad
Appollinis templum ducit. Sedit auteꝫ
annis. xxv. Paulus v̓o eodem die capite
multatus: funerat̃ via oſtenſi: anno poſt
mortem xp̄i trigeſimoſeptimo. Hoc idem
approbat Caius hiſtoricꝰ in ꝓculum q̄n-
dam cathaphrigum diſputans. Ego in-
quit trophea ap̄loꝝ habeo q̄ oſtendam: ſi
ue eñ via regali ꝑgas: q̄ ad Vaticanum
ducit: ſiue oſtienſi trophea coꝝ inuenies:
q̄ hanc ſtabiliuere eccl'iam: duo certe fue-
re: Petrꝰ ⁊ Paulus. Preterea v̓o in eiſ-
dem Neronianis ortis multi cineres ſan-
ctoꝝ martiꝝ reconditi ſunt. Naꝫ cum in
cendium t̄pe Neronis a Cliuo ſcauri ad
exqlias: vſq̄ꝫ ſex diebꝰ vagatuꝫ: multas for
tunas ciuium ↄſumpſiſſet: ac omnis cul-
pa p̃ncipi aſcriberet̃. Ipſe( vt ait Corneli
us tacitus)abolendo rumori intentꝰ fal-
ſos teſtes ſubornauit: q̄ id factum a xp̄ia-
nis cauſarent̃. Vnde tot capti ⁊ interfe-
cti ſunt: vt ex coꝝ cadaueribꝰ ꝑ aliq̄t no-
ctes lumine continuata dicant̃. Sunt tñ
q̄ dicant illud incendium ab eo excitatuꝫ
fuiſſe: vel vt Troye ardentis ſimilitudi-
nem cerneret. vel offenſus deformitate ve
terem edificioꝝ: ⁊ anguſtiȷ̇s flexibuſq̄ꝫ vi
coꝝ homo libidinoſus intemꝑans ſeuus
⁊ auunculo Callicule omnibꝰ in rebꝰ ne-
quior ac ſceleratior. Nam ⁊ magnam ꝑtẽ
ſenatus interfecit: ⁊ turpiter in ſcena vi-
dentibꝰ omnibꝰ cecinit ac ſaltauit. Tan-
te p̃terea luxurie fuit: vt frigidis lauaret̃
vnguentis: retibibuſq̄ꝫ aureis piſcaret̃: q̄
attrahere funibꝰ purpureis conſueuerat.
Hec omnia vicia p̃ncipio imperȷ̇ ſui ita
occultauit: vt bonam ſpem omnibꝰ pre ſe
ferret. Nam cum admoneret̃: vt in ſuppli
tio cuiuſdam capite damnati ex more ſub
ſcribẽt. Et vellem inq̄t neſcire l̄ras: ſplen
dide tñ cum in vrbe: tum foris edificauit
Nam ⁊ thermas ſuo nōie rome: ⁊ domuꝫ
auream: ⁊ porticum trium milium paſſu
um mira celeritate ꝑfecit: ⁊ portuꝫ Anciȷ̇
quem ego nuper mira cum voluptate in-
ſpexi ſumptuoſiſſimis op̄is extruxit. Ad
ſeuiciam eius redeo q̄ in Senecam ꝑce-
ptorem in. M. Anneum Lucanum poe-
tam egregium in matrem agrippinam: in
vxorem Octauiani: in cornutum ph̄m p̃-
ceptorem Perſci: quem in exilium egit: ī
Piſonem: in omnes deniq̄ꝫ qui aliquo in
p̃cio apud ciues ſuos erant vſus eſt. Tã
dem v̓o ꝑp̄li Romani iraꝫ ⁊ odium ita in
ſe concitauit: vt ad penas queſitus q̄ dili
gentiſſime ſit. Que tales profecto erant:
vt vinctus in publicum ſub furca ducere-
tur: ⁊ v̓gis vſq̄ꝫ ad necẽ ceſus in tyberim
ꝓiceret. Verum his fugiens ad quartuꝫ
miliarium in ſuburbano liberti ſui inter
Salariam ⁊ Nomentanam viam ſemet-
ip̄m interfecit: etatis ſui anno. xxxȷ̇. im-
perȷ̇ vero. xiiȷ̇.

## Lynus

Lynus natione tuſcꝰ p̄re Her-
culaneo: ab vltimo Neronis
anno vſq̄ꝫ ad Veſpaſiani tem-
pora ꝑuenit: a conſolatu Saturnini ⁊ ſci
pionis vſq̄ꝫ ad capitonem ⁊ ruffum conſu-
les. Hoc autem interuallo imparunt: ſ
breui tempore: Galba: Otto: Vitellius.
Galba eñ vir antiquiſſime nobilitatis ī
hiberia: impator a militibꝰ creatus: vbi
Neronis mortem comperit: romam con-
feſtim venit. Verum cuꝫ omnes auaritia
ac ſegnitia offenderet inſidiȷ̇s. Ottonis
rome ad lacum curciȷ̇ iugulatur: ſepti-
mo imperȷ̇ ſui menſe cum Piſone nobi-
liſſimo adoleſcente: quem in filium ꝑ ado-

ptionem ſuſceperat. Vir certe fuit vita
priuata inſignis militaribꝰ ac domeſticis
in rebꝰ. Sepe tamen conſul ſepe ꝓconſul
frequenter dux fuit grauiſſimis bellis.
Hunc vt laudē facit Marci fabij Quin
tiliani doctrina quem ſecum Galba ex
hiſpania romā duxit. Otto vo materno
genere ꝙ̄ paterno nobilior: vita priuata:
mollis quippe q̄ Neronis familiaris fue
rat inter tumultos (vt dixi) cedeſq̄ inua
ſit imperium. Cum autem ciuile bellum
contra Vitellium in germania impatorē
creatum moliꝰ tribꝰ leuibꝰ pliis ſupior
fuiſſet. vno ad alpes: alio apud Placenti
am: tercio ad Caſtorem: q̄rto apud Be
briacum ſuperatꝰ: vnde rerum deſperatio
ne ſibimet manum iniecit imperij ſui mē
ſe tercio. At Vitellius familia magis ho
norata ꝙ̄ nobili Romam veniens: ac im
perio potitus in omnem nequitiam ſeui
ciam ⁊ ingluuiem prolapſus eſt. Nam
tante voracitatis fuit: vt ⁊ ſepius in die
ꝯmederet: ⁊ vna cena ſuo iuſſu duo milia
piſcium: ⁊ ſeptem milia auium appoſita
ſint. Verum vbi comperit Veſpaſianum
apud iudeam paleſtine ab exercitu impa
torem creatum cum legionibꝰ aduentare
p̄mum deponere imꝑium conſtituit. po
ſtea vo a q̄buſdam animatus ſumptis ar
mis Sabinum Veſpaſiani fratrem cum
Flauianis in capitolium compulit: quo
quidem ſucceſo omnes concremati ſunt
Quare ſupueniēte Veſpaſiano cum nul
lum venie locum ſibi reliquiſſꝫ e cella pa
latij: in qua delituerat turpiſſime tractus
ꝑ viam ſacram: nudus ad ſcalas gemoni
as ducitur: vbi excarnificatꝰ in tyberim
ꝓijcit. Hoc itaq̄ tempore Lynus fuit pe
tri ſucceſſor. Sunt qui hunc locum Cle
menti aſcribant: ⁊ Lynum ac Cletum ꝑ
termittant: quos non ſolum hiſtoria: ve
rum etiam Hieronimi auctoritas repre
hendit. Quartus inquit poſt Petrum ro
me epiſcopus Clemens fuit: ſiq̄dem Ly
nus ſecundus: Cletus tercius ſunt habi
ti: tametſi latinorum pleriq̄ poſt Petrū
ſtatim Clementem numerent: quem cer
te cōſtat (tāte modeſtie fuit) coegiſſe Ly
num ac Cletum ante ſe munus pontifica
tus obire ne poſteris hec p̄ncipatus am
bitio pernicioſi exempli haberetꝰ: licet ei
dem Petrus quaſi ex teſtamento ſucceſſi
onis locum tradiderit. Lynus vo ex mā
dato Petri conſtituit: ne qua mulier niſi
velato capite templum ingrederetꝰ. Pre
terea vo ex ſacris ordinibꝰ bis in vrbe ha
bitis p̄ſbiteros decem ⁊ octo: epiſcopos
vndecim creat. Scripſit ⁊ res geſtas Pe
tri: maxime vo eius contentionem cū Si
mone mago. Huius autem temporibus
fuit Philo iudeus natione Alexandri
nus: qui multa ita eleganter ⁊ grauiter
ſcripſit: vt dictum merito ſit: aut Plato
philonem ſequitur: aut Platonem philo
His autem ſua doctrina ⁊ elegantia Ap
pionis temeritatē cōtra iudeos ab Alex
andrinis miſſam compeſcuit. Rome vo
impante Claudio conſuetudinem cum
Petro habuit. Inde multa de laudibus
xp̄ianorum conſcripſit. Joſephus quoq̄
Mathie filius: ⁊ Hieroſolimis ſacerdos
a Veſpaſiano captus: ac cum Tyto filio
tantiſper relictus: donec hieroſolime ca
perentur. Romam veniens iudaice capti
uitatis libros ſeptem patri ac filio obtu
lit Lyni pontificatu: qui etiam in Bibli
othecam publicam repoſiti ſunt: ⁊ auctor
ipſe ob ingenij gloriam ſtatua ac merito
certe donatus eſt. Scripſit ⁊ alios vigin
tiquatuor antiquitatum libros: a princi
pio mūdi vſq̄ ad quartumdecimum Do
mitiani ceſaris annum. Lynus autem cū
ſanctitate: ⁊ moribꝰ in p̄cio haberetꝰ: de
mones fugaret: ⁊ mortuos in vita reduce
ret: a Saturnino conſule: cuius filiam a
demonibꝰ liberauerat: capitali ſupplitio
afficitur: ſepelitq̄ in Vaticano iuxta Pe
tri corpus die vndecimo kalendas octo
bris: cum ſediſſet in pontificatu annos
vndecim: menſes tres: dies duodecim.
Sunt qui ſcribant Gregorium ep̄m oſti
enſem corpus ſanctiſſimi pontificis oſti
am: ex voto tranſtuliſſe ⁊ in templo diui
Laurentij magnifice collocaſſe.

## Cletus

Cletus patria romanus: de re
gione Vicopatritij p̄re Emy
liano adhortante Clemēte pō
tificatꝰ onꝰ inuitꝰ ſuſcepit: licet doctrina
moribꝰ: ⁊ dignitate plurimū apud ſuos
valeret. Fuit aūt temporibꝰ Veſpaſiani ⁊
Tyti a conſulatu Veſpaſiani ſeptimo ⁊
Domitiani q̄nto vſq̄ ad domitianū ⁊ ruf
fum ꝯſules: vt Damaſus ſcribit. Veſpa

ſianus enim (vt antea dixi) Vitellio ſuc-
ceſſit: bellumq; iudaicum biennio ante ꝑ-
tractum. Tito filio commendauit: quod q-
dem biennio pꝰ conſtantiſſime abſoluit.
Nam capta iudea euerſis hieroſolimis:
temploq; ſolo equato ad ſexcenta milia ho-
minum interfecta referunt: licet Joſephꝰ
iudeus eo bello captus: ac vita donatꝰ: qđ
⁊ mortem Neronis ⁊ Veſpaſionum impa-
torem breui futuꝝ predixerat: vndecies cē-
tena milia ferro ac fame: eo bello periſſe
ſcribat: captaq; ad centum milia: ac publi-
ce venundata. Nec id do diſſonum videri
cum referat azimoꝝ dies tum fuiſſe: quo
tempe ex omni iudea hieroſolimam tanꝗ
in publicum carcerem: tum vel marie die
phaſe: quo xp̄m occiderunt: ſunt ꝓfecti da-
turi penas. ⁊ frequentis contra populum
Romanum defectionis: ⁊ ſceleris atq; per-
fidie. qua xp̄m innocentem pemere. Deui-
ctis itaq; iudeis triumpharunt pater ⁊ fi-
lius eodem curru vecti: ſubſequente Do-
mitiano equo albo inſidēte. Extant adhuc
in via noua huiꝰ triumphi monimēta: ap-
parent inſculpta candelabra: apparent ta-
bule veteris legis e templo ablate: ⁊ in tri-
umphum ducte: hac etiaz in victos huma-
nitate vſus: vt omnes q ex familia dauid
ſupfuiſſent. velut ex regia ſtirpe conquiſi-
tos in precio habuerit. Idem ꝗ; in impio ſp
modeſtiſſime vſus eſt. Tante eīn lenitatis
⁊ clementie fuit. vt reos etiam maieſtatis
verbis tantum caſtigatos dimitteret: petu-
lantium ⁊ loquatium dicta ꝯtemneret: of-
fenſaꝝ ⁊ inimicitiarum immemor. Colli-
gendarum tamen pecuniaꝝ nimium ſtudi-
oſus habitus eſt: licet ex alieno non rape-
ret. eis deniq; pecunijs ad liberalitatem ⁊
magnificentiam vteretᷣ. Nam ⁊ templum
pacis foro, primum diui Claudij ceptus ꝑ-
fecit: ⁊ amphitheatrum cuiꝰ patrem cum
admiratione adhuc cernimuz inchoauit.
Virtutem autem Titi filij tanti ſemper fe-
cit: vt tumultuantibꝫ quibuſdam ob cupi-
ditatem impandi dixerit: aut neminē aut
filium impio potiturum: ⁊ merito quidem
cum ob virtutem ⁊ integritatē animi. Ti-
tus amor ⁊ delitie humani generis habe-
retur. Nam ⁊ eloquentiſſimus in pace: ⁊
fortiſſimus in bello ⁊ clementiſſimꝰ in de-
linquentes eſt habitus: ita comis ⁊ libera-
lis vt nulli quicꝗ negaret. Hoc cum rep-
henderēt amici reſpondi: ſe ferē. Neminez
a vultu principis triſtem diſcedere oportz.
Addidit ⁊ illud recordatus: ꝙ nihil cuiꝗ
muneri dediſſet: amici diem ꝑdidi. Nemo
ante ſe magnificentia maior fuit abſoluto.
atq; dedicato amphiteatro thermiſq; edi-
ta venatione ferarum qnq; milium. Reuo-
cauit etiam ab exilio Muſonium ruffum
phm inſignem: ⁊ Aſconij pediani viri do-
ctiſſimi familiaritate delectatꝰ eſt. Perijt
autem anno imperij ſui ſecundo. delatuſq;
ad ſepulcrum eſt publico luctu: ac ſi pare-
te orbati omnes eſſent. Sunt autem q ſcri-
bant anno ſecundo Veſpaſiani qui annis
decem impium obtinuit Cletum lino ſuc-
ceſſiſſe. Vtcunq; ſit conſtat Cletum virum
optimum ac ſanctiſſimum fuiſſe: nihilq; ꝑ-
termiſiſſe. qđ ad augendum eccl'iam dei ꝑ-
tineret. Huius autez tempibꝫ fuit Lucas
medicus antiochenſis greci ſermonis ap-
prime doctus. Pauli apoſtoli imitator: ⁊
omnis pegrinationis eius comes ac ſociꝰ
Scripſit autem euangelium quod a Pau-
lo laudatᷣ. Vnde merito euangelium illud
ſuum eſſe Paulus dicit Apoſtoloꝝ ꝰo res
geſtas quemadmodū viderat conſcripſit.
Vixit annos octuaginta tres. vxorem ha-
buit in bithynia: ſepultus eſt conſtantino-
poli: ad quam vrbem. xx. conſtantij anno
eius oſſa cum ꝛliquijs Andree apoſtoli de
Achaia tranſlata ſunt. Philippus ꝗ; ea-
dem tempeſtate ex Scythia. quam. xx. an-
nis in fide: exemplo: ꝑdicatione retinuit. i
Aſiam rediens hieroſolimis moritᷣ. Cletꝰ
autem cum eccleſiaz dei optime ꝓ tempore
ꝯſtituiſſet: redactis in ordinem ex manda-
to Petri viginti qnq; pſbiteris ſub Domi-
tiano martirio coronatᷣ. ac ſepelitᷣ apud be-
ati Petri corpus in vaticano qnto kalen-
das May. Affecti ⁊ alij multi martirio:
inter quos eſt habita ⁊ flauia domicilia fla-
uij clementis conſulis ex ſorore neptis in
inſulā pōtiaz relegata: qr xpianā ſe faſſa ē
Sedit autem Cletus annis. xij. menſe. j.
diebꝫ. xj. Sedes autem huiꝰ morte diebꝫ
xx. vacat.

## Clemens

Clemens patria Romanꝰ de re-
gione Celij montis. patre Fau-
ſtino Domitiani tpibꝫ fuit. qui
ab Auguſto nonꝰ Tito ſucceſſit. Neroni
aut Caliculę ſimilior ꝗ patri Veſpaſiano

aut fratri: moderatioꝛ tamen primis annis eſt habitus. Mox in ingentia vicia ꝓrupit: libidinis deſidie: iracundie: crudelitatis: quibꝫ criminibꝫ tm̄ odij in ſe ꝯcitauit: vt pene patris ac fratris nomen aboleuerit. Multos aūt ex nobilitate īterfecit pleroſq; in exilium miſit: eoq; in loco trucidari iuſſit. Tante vero deſidie fuit: vt in cubiculo ſolus muſcas p̄acuto ſtilo ꝯfigeret: vnde quidam ꝓdiens interrogatꝰ eſſe ne quiſpiam cum ceſare? Rn̄dit p iocum: ne muſca quidem. Eo p̄terea dementie ⁊ iactātie venit: vt ſe dn̄m ac deum vocari ſcribi colīq; iuſſerit. Hic autem ſecundus poſt Neronez xp̄ianos ꝑſequꝫ. Exqri q̄ꝫ queſtionibꝫ ⁊ tormentis genus Dauid īt̄ iudeos mandauit: conquiſitumq; funditꝰ ꝑdi ac deleri. Tandem vero diuina ſuꝑueniēte vltione in palatio a ſuis interficit̄ anno imperij .xv. Huiꝰ vero cadauer p veſpilones delatum ignominioſe ſepelit̄. Philix em̄ in ſuburbano ſuo latina via illud funerauit. Clemens autem quartus (vt dixi) tum erat rome poſt Petrum epūs. nam Linus ſecundus eſt habitus. terciꝰ Cletus: tametſi pleriq; latinoꝝ ſecundum pꝰ Petrum putauerint Clementem fuiſſe: qḋ etiam ep̄la ad Jacobum hieroſolimitanum ep̄m plane ſignificat. Simon Petrus vbi finem vite ſue adeſſe ſenſit in corona fratrum poſitus: apprehenſa manu mea: hunc inquit vrbis ep̄m ꝯſtituo: q mihi in rebus omnibus poſtea q̄ꝫ romam veni comes fuit. Subterfugiebam ego tantū onus: tum ille tibi tm̄ꝰ conſules ꝑp̄lm dei in fluctibꝫ ambulantem deſeres: cum piclitanti ſubuenire poſſis. Verꝫ hic omnium modeſtiſſimꝰ (vt dixi) Linum ⁊ Cletum ſponte ſibi in tanto honore pretulit. Scripſit item Romane eccl'ie nomine ad Corinthios ep̄lam quidem putilem nec caracteri ep'le differentem: q̄ ſub Pauli nomine ad hebreos fert̄. Legit̄ hec publice a nonnullis: extat ⁊ ſecunda eiꝰ nomine: quam veteres non adeo ꝓbarunt. Diſputationem q̄ꝫ Petri ⁊ Appionis longo tp̄e ab eodem conſcriptam Euſebiꝰ in tercio hiſtorie ſue volumine coarguit. Peruenīſſe aūt ad hec vſq; tp̄a Johannem ap̄lm conſtat Zebedei filium Jacobi fratrem. Hic vero omnium nouiſſimꝰ euangelium ſcripſit ac ea confirmauit: q̄ a Matheo: Marco. Luca conſcripta fuerant. Ferūt ⁊ id ob eam rem a Johanne poſtremo factum: quo Ebionitaꝝ dogma conſurgēs infringeret: q aſſerebant ⁊ impudenter quidem xp̄m ante mariam non fuiſſe: eiꝰ em̄ diuinam naturam Johannes explicat. Scripſit ⁊ alia multa: tum vero Apocalypſim relegatꝰ a Domiciano ī Pathmos inſulam: quo poſtea interempto: ⁊ actis eiꝰ ob nimiam crudelitatem a ſenatu reſciſſis imꝑante Nerua Epheſum redijt: ibiq; vſq; ad Trayanum p̄ncipem conſilio ⁊ ſeptis eccl'ias Aſie ſuſtentans ſenio confectus ſexageſimooctauo poſt paſſionem xp̄i in domino quieuit anno. Clemens autez: pietate religione: doctrina multos ad fidem xp̄i quotidie traducebat. Quaz ob rem. P. Targnus ſacroꝝ p̄nceps cum Mamertino vrbis p̄fecto Trayanū in xp̄ianos concitat. Cuiꝰ impio in inſulaz Clemens deportat̄: vbi ad duo milia xp̄ianoꝝ ad ſecanda marmora damnatorum inuenit. Dum ibi vero aque penuria laboraret̄: quam ſexto miliario repetebāt Clemens collem haud longe poſitum cōſcendens: agnum vidit ſub cuiꝰ dextro pede fons diuinitus abundantem aquaz ſcaturiebat: q̄ quidem ⁊ recreati omnes ſunt. ⁊ multi ad fidem xp̄i conuerſi. Hanc ob rem motꝰ Trayanꝰ ex ſatellitibꝫ ſuis q̄ſdam mittit: q Clementem in mare ꝓꝭcerent: alligata ad collum anchora: cuiꝰ ſacratiſſimum corpꝰ non ita multopoſt ad litꝰ delatum eſt. atq; eo loci ſepultum extructo templo: vnde fons diuinitꝰ emanauerat. Hoc aūt factum narrat .xix. kalendas decembris: anno .iij. Trayani p̄ncipis. Sedez vero Petri retinens annis .ix. menſibꝫ .ij. diebꝫ .x. ⁊ regiones ſeptem notarijs diuiſit: q diligenter res geſtas martirum ſcriberent: ⁊ habitis q̄ꝫ de more ſacris ordinibꝫ decembri menſe p̄ſbiteros decem: dyacos duos: ep̄os quindecim creat Eius autem in morte dies .xxij. ſedes vacat.

## Anacletus

Anacletus natione grecꝰ pr̄ia Athenienſis Antiocho patre natꝰ Clemēti ſuccedit. Nerue Trayani tempoꝛibꝫ. Nerua em̄ moderate vite: tum publice: tū p̄uate p̄nceps: equiſſimum ſe atq; vtilem reipublice ꝯſtitit.

Preterea vo eius opa ex ſenatus decreto
Domiciani acta abrogata ſunt: vnde mul
ti ab exilio rediere. Pleriqꝫ vo bona ſua q-
bus antea ſpoliati fuerant hui9 beneficio
recepe. At Nerua cum iam ſenio pmeret
⁊ mors inſtaret: reipu. cauens. Traianuz
pncipem in filiuz p adoptionem accipies:
ſecundo ⁊ ſeptuageſimo etatis anno morit
imperij vo ſui anno. j. ⁊ menſe. iiij. Nerua
itaqꝫ Traianus genere hiſpan9: cognomē
to Ulpius Crinit9 impium accipiens mi-
litari gloria: vrbanitate ⁊ moderatōne om
nes pncipes ſupauit. Nam fines imperij
longe ⁊ late diffudit. Germaniam tranſre-
nanam in pſtinum ſtatum reduxit. Daciaz
⁊ multas trāſdanubium gentes impio ro-
mano ſubegit. Parthos recepit. Albanis
regem dedit. Euphratem ⁊ Tygrim puin
cias fecit: Armeniaz: Aſſiriam: Meſopo-
tamiam: Seleuciam: Cteſiphontem: Ba
bilona vicit ⁊ tenuit: vſqꝫ ad indie fines: ⁊
mare rubrum acceſſit: in quo etiaz claſſem
conſtituit: q̄ Indie fines vaſtaret. Anacle-
tus autem inſtitutis ⁊ moribꝫ eccliam Ro
manam confirmaturus conſtituit: ne pſul
neue clerici barbam vel comam nutrirent
Neue eps a paucioribꝫ q̄ a tribꝫ epis ordi
naret: vtqꝫ clerici publice non puatim ad
ſacros ordines aſciſcerent. Omnibꝫ qꝫ fi-
delibꝫ pcepit: vt pacta conſecratione ꝯmu
nicarent: q vo nollent e ſacris edibꝫ elimi-
narent. Augebat hac rōne mirūimmodū
xpiana reſpu. Quare Traianus veritus
ne qd detrimenti Romanuz impium inde
caperet: terciam pſecutionem in xpianos cō-
ceſſit: q̄ qdem multi interempti ſunt: maxi-
me vo Ignatius Antiochene ecclie terci9
poſt Petrū eps qui captus ⁊ damnatus ad
beſtias: dum Romam a Satellitibꝫ trahe
retur: qs decem leopardos vocat. Omnes xpi
anos in itinere orone vel lris in fide ꝯfir-
mabat. Sic ingens vt ibm xpm inueniaz:
ignis: crux: beſtie: ꝯfractio oſſium: ⁊ toti9
corporis contentio: ⁊ tormenta dyaboli in
me veniant: dummodo xpo fruar. Cum at
iam audiret leonum rugitum: frumentum
ſum ingt: dentibꝫ beſtiaꝝ molar: vt panis
mundus inueniar. Morit autem vndeci-
mo Traiani anno: eiuſqꝫ reliquie Antio-
chie iacent extra portam Daphnicam. At
vo Plinius ſecundus: qui tum puinciam
gubernabat: miſericordia ob multitudinē
interemptorum mot9 ad Traianum ſcri-
bit. Innumera hominum milia quotidie
obtruncari: in quibꝫ nihil omnino ſceleris
dephenderet: aut aliqd quod Romanas
leges offenderet: niſi hoc ſolum quod ante
Lucanos hymnos xpo cuidam canerent
deo: adulteria vo aut hmōi crimina apud
eos illicita haberi. Unde pmotus Traia-
nus reſcribit: xpianos quidam non eſſe re-
grendos: oblatos tamen puniri oportere.
Perijt etiam illo tumultu Simon domini
conſobrinus hieroſolimitanus epiſcopus
in cruce poſitus filius Cleophe: qui cen-
tum ⁊ viginti compleuit annos. Hec aute
que dixi ſub hoc pontifice geſta ſunt non
autem ſub Cleto: vt Euſebius in tercio hi-
ſtorie ſue libro oſtendit. Damaſus em Cle-
tum ab Anacleto patria ⁊ genere mortis
differre oſtendit. Nam Cletus natione ro
manus ſub Domiciano. Anacletus vo
Athenienſis ſub Traiano pncipe morit.
Hic autem ⁊ memoriam patri compoſuit
⁊ ſeorſum a plebe loca vbi martires ſepeli-
rentur aſſignauit: ⁊ ſacris ordinibꝫ ſemel
menſe decembri habitis preſbiteros qnqꝫ:
dyaconos tres: epos diuerſis in locis ſex
numero creauit: quo qdem vltimo ſuppli-
cio pempto. vacat epiſcopatus diebꝫ. xiij.
Sedit autem annis. ix. menſibꝫ duobꝫ. di-
ebus. x.

## Euariſtus

Euariſtus natione grecus patre
iudeo nomine Juda ex Bethle
em ciuitate: ad Traiani tem-
pora peruenit: cuius principis ob ſingula
rem iuſticiam ⁊ humanitatem libent mē-
tionem facimus. Nam vbiqꝫ terrarum ita
ſe equalem omnibꝫ prebuit: vt vſqꝫ ad Ju-
ſtiniani tempora in creatione principum
ſit acclamatum. Felitior ſit Auguſto: ac
Traiano melior. Preterea vo tante comi-
tatis ⁊ humanitatis fuit in viſendis egro
tis: ſalutandis amicis: celebrādiſqꝫ paſſim
feſtis diebꝫ inuitantiumqꝫ conuiuijs: vt ei
tanta benignitas vicio daret: vnde dictuz
illud imperatore dignum prodijt. Talem
priuatis imperatorem eſſe oportere: qua-
les ſibi priuatos optat habere. Honores
autem: diuitias: facultates: premia bene-
merentibꝫ eque diſtribuit. Nulli quicq̄
iniuriarum fecit augēdi erarij gratia. Im-
munitates ciuitatibꝫ inopia laborantibꝫ

dedit. Fluminum traiectiones ac itinera piculoſa tuto ⁊ ſaluberrimo ope compoſuit. Portum Anconitanum ducto ꝑalto ⁊ lato muro ad cohercendos maris fluctus muniuit. Nihil in vita agens: nihil cogitans: quod ad ↄmunem vtilitatem non ptineret. Hac tanta gloria belli domiq; ꝑta apud Seleutiam Iſaurie ciuitatem ꝓfluuio ventris perijt anno imperij eius decimooctauo menſe ſexto. cui⁹ oſſa Roma poſtea delata ſunt: ⁊ in vrbe ſepulta vrna aurea in foro: q̄d ipſe ſtruxit ſub columna Coclide quam adhuc cernimus: cuiuſq; altitudo cētum ⁊. xl. pedum eſt. At Euariſtus (vt Damaſus ait) Titulos in vrbe Roma pſbiteris diuiſit: ⁊ ſeptem dyaconos in ordinem redegit: q cuſtodirent ep̄m p̄dicantem ꝓpt̄ ſtilum veritatis. Idem ↄſtituit ne plebis in ep̄m accuſatio reciperet. Ordinationes ter habuit meſe decembri: ac pſbiteros. vj. dyaconos duos: ep̄os ꝑ diuerſa loca numero q̄nq; creauit. Huius tempe Papias fuit Iohannis auditor hieropolitan⁹ ep̄s: qui non tantum hiſtorie veterꝫ diſcipuloꝫ domini: quantum voce Ariſtonis ⁊ ſenioris Iohannis adhuc viuentis delectat⁹ eſt Unde apparet ex ipſa nominum dinumeratione cum omnium fere apl'oꝫ mentionē fecisset: alium eſſe Iohannē q inter apl'os locat: alium ſeniorem Iohannem quē pt⁹ Ariſtonem numerat: q certe doctiſſim⁹ eſt habitus: quē q; etiā multi ſecuti ob doctrinam ſunt: vt Herene⁹: Apollinaris: Tertullianus: Uictorinus Pictauienſis: Lactantius Firmianus. Quadrat⁹ q̄z apl'oꝫ diſcipulus eccl'iā dei tum piclitantem fide ⁊ induſtria ſua quoad fieri potuit ſuſtētauit. Nam cum Hadrianus tum athenis hyemem agens: Symiſteſq; Eleuſine omnibꝫ pene ſacris initiatus occaſionem ſeuiendi in xp̄ianos dediſſet. Quadratus ipſe librum Hadriano porrexit de honeſtate religionis xp̄iane compoſitum: plenum fidei ⁊ rationis. Idem fecit Ariſtides Atheninienſis philoſophus ſub p̄ſtino habitu xp̄i diſcipulus: volumen nanq; noſtri dogmatis rōnem continens eodem tempe: quo ⁊ Quadrat⁹ Hadriano p̄ncipi obtulit. His aūt Apologeticis libris factum eſt: vt Hadrian⁹ iniuſtū fore exiſtimans xp̄ianos indicta cauſa vbiq; occidi. Minutio Fundano Aſie ꝓconſuli ſcripſerit: neminē occidendum niſi de accuſatore ⁊ crimine conſtaret. Euariſtus aūt (vt quidam tradunt) martirio coronatur vltimo Traiani principis anno. Sed meli⁹ cenſent: qui ſub Hadriano nondum in xp̄ianos placato id ei contigiſſe ſcribunt. Annis eī̄ nouem ſedit menſibꝫ. x. diebꝫ. ij. Sepultus eſt aūt Euariſtus in Uaticano apud beati Petri corpus. vj. kalendas nouembris. Uacat tum ſedes dies. xix.

# Alexander

Alexander patria Roman⁹ p̄re Alexandro ex regione Capitetauri iuuenis etate: moribꝫ ſenior vſq; ad Helij Hadriani tempa ꝑuenit Hadrianus enim conſobrine Traiani filius imperium accipiens: primo quidem xp̄ianis aduerſatus eſt: poſtea vt deinceps dicetur cognita eorum religione ⁊ pietate in eos admodum beneficus fuit. De populo Romano benemeritus pater patrie ſtatim appellat̄: ciuſq; vxor Auguſte nomen ſuſcepit. Utraq; v̄o lingua eruditiſſimus: ⁊ leges multas compoſuit: ⁊ bibliothecā inſignē Athenis retulit: Plutarchi: Cheronei: Sixti: Agathoclis ⁊ Enomai philoſophi doctrina ac familiaritate delectat⁹ Athenienſibus autem leges petentibus ex Draconis ⁊ Solonis ſententia iura compoſuit. Idem q̄z ſacris Eleuſine initiatus multa Athenienſibus dona contulit: eorumq; pontem reſtituit: quem Cephyſus fluuius inundatus alluuione diſſoluerat. Fecit ⁊ Rome ſui nominis pontem qui adhuc extat ⁊ ſepulcrum in vaticano apud Tyberim: quo nunc pontifices pro arce vtuntur. Tyburtinam q̄z villam miro ſumptu edificauit: que quidem hodie Tybur vetus appellatur: in eaq; prouinciarum ⁊ locorum celeberrima nomina inſcripta erant. Peluſium autem veniens Pompei tumulum magnificentius extruxit: murum duxit in Brittania octoginta milia paſſuum: qui Barbaros Romanoſq; diuideret: Septio claro pretorij ſui tum prefecto: ⁊ Suetonio tranquillo epiſtolarum magiſtro. At v̄o Alexander Romanus pontifex: primus ob memoriam paſſionis chriſti in ſacrificio addidit: qui pridie q̄z pateretur vſq; ad hanc clauſulam: hoc eſt corpus meum. Inſtituit item: vt aqua quam ſanctam appellam⁹ ſale admi-

xta interpoſitis ſacris orationibꝰ: ⁊ in tem-
plis: ⁊ in cubiculis ad fugādos demones re-
tineret. Voluit ꝗꝫ aquam admiſceri vino in
conſecratōne ſanguinis ⁊ corporis iheſu xpi
quo ſignificat xp̄m eccl'ie coniunctum eſſe.
Oblationem ꝗꝫ ex azimo non autem ex fer-
mentato: vt antea fieri mandauit: q2 hoc mō
purior ac potior haberet: ⁊ Ebionitis here-
ticis calūniandi occaſio auferret. Huius vō
temporibꝰ fuit Agrippa cognomento Caſto
ris: q Baſilidis heretici volumina in euan-
gelium ſcripta ſua doctrina mirifice confu-
tauit. Barrabam ⁊ Barthecab eius ꝓphe-
tas conficta ſcilicet ad terrorem nomina. ⁊
deum maximum eiuſdem abraxas deridens
Mortuus ea autem eſt tempeſtate Baſili-
des: qua ⁊ Chocebas dux iudaice factionis
xpianos varijs ſupplicijs perſecutꝰ eſt. Huiꝰ
vō atꝫ iudeorꝫ omnium pertinaciam Hadri
anus imꝑator vltima cede perdomuit: prece-
pitꝗꝫ ne cui iudeo facultas introeundi Hie-
roſolimam daret: xpianis tantummodo ciui
tate permiſſa: quaꝫ menibꝰ ⁊ edificijs inſtau
rans de ſuo nomine Helyam appellauit. In
eadem vō ciuitate Marcus ex gentibꝰ p̄mꝰ
epiſcopus conſtituit. ceſſantibꝰ his q fuerāt
ex iudeis. Huius ꝗꝫ pontificis tempore mar
tirium ꝓ fide xpi Saphyra Antiochena: ⁊
Sabina Romana mulier paſſe ſunt: ⁊ fauo
rinus: Palemon: Herodes Athenienſis:
Marcus Byzantius rethores inſignes ha-
bent. At Alexander poſt ordinationes tres:
quas habuit menſe decembri: quibꝰ p̄ſbiteri
qnꝗꝫ: dyaconi tres: epi per diuerſa loca qnꝗꝫ
creati ſunt. Martirio coronat cū Euentio:
⁊ Theodoro dyaconis: ſepelitꝗꝫ in via no-
mentana: vbi interfectꝰ eſt ſeptimo ab vrbe
miliario. v. nonas May. Sedit annis. x. mē
ſibꝰ. vij. diebꝰ duobꝰ. Vacauit autem ſedes
dies. xxv.

## Sixtus

Sixtus natione Romanus patre
paſtore (vl' vt alij volunt) Helui-
dio fuit Hadriani tempe: vſꝫ ad
Verū ⁊ Anniculum ꝯſules. Quē qdem Ha-
drianum inter bonos p̄ncipes numeranduꝫ
cenſuimꝰ. Liberalis eīm ſplendidus: magni-
ficus: ac clemens fuit. Nam ⁊ ſtultum in ſe
gladio furentem medicis curandū tradidit.
⁊ egros bis terue in die inuiſit: ⁊ Alexādri-
am a Romanis euerſaꝫ ſua inſtaurauit im-
penſa. Rome Pantheon reſtituit: ac mune-
ra Aromatica populo dedit. Moriens hos
verſus feciſſe dicit. Animula: vagula: blan-
dula: hoſpes: comeſꝗꝫ corꝑis. Quo nūc abi-
bis in loca pallidula: rigida: nudula: nec vt
ſoles dabis iocos: Morit at morbo intercu-
taneo. xxij. imperij ſui anno: ac ſepelit Pute
olis in villa Ciceroniana. Sixtus auteꝫ rei
diuine (vt par erat) curaꝫ gerens ꝯſtituit: ne
a quoꝗ̄ niſi a miniſtris ſacrorꝫ miſteria ⁊ va
ſa ſacra tangerent: maxime vō a feminis: ne-
ue ꝗ ſacerdotes corꝑale vocant ex alio ꝗ̄ ex
lineo panno: ⁊ qdem puriſſimo fieret. Idem
cenſuit ne epi ad ſedem apl'icaꝫ vocati rede-
untes a ſuis reciperent: niſi ſecū deferrent lr̄as
pontificis plebem ſalutantia. In celebratōe
vō mandauit. vt ſcīꝰ ſcīus ſanctus dn̄s deus
ſabaoth cantaretur. Nuda p̄mo hec erant: ⁊
omnia ſimplicit tractabant. Petrus eīm vbi
ꝯſecrauerat. orōne pat noſter vſus eſt. Au-
xit hec miſteria Iacobꝰ ep̄s Hieroſolimita-
nus: auxit ⁊ Baſilius: auxere ⁊ alij. Naꝫ ce
leſtinꝰ miſſe introitum dedit: Gregoriꝰ kyri-
eleyſon: Gloria in excelſis deo Teleſphorꝰ
collationes Gelaſius primus: Epiſtolam ⁊
euangelium Hieronimꝰ. Alleluia vō ſum-
ptum eſt ex eccl'ia Hieroſolimitana: Sym-
bolum in ꝯcilio Niceno: Mortuorꝫ at ꝯme-
moratōꝫ Pelagius inuenit. Thꝰ leo terciꝰ.
Oſculum pacis Innocentiꝰ p̄mꝰ. Vt cane-
tur: diuinam cum humana natura in idez
compoſitum recidiſſe affirmabat: vnumqꝫ
factū: nec vllo modo int̄ ſe diſtingui debe-
re. Hanc hereſim cum flauianus conſtanti
nopolitanus epiſcopus damnaſſet Theo-
dorio annuente ſynodus epheſina idicitur
in qua Dioſcoro Alexandrino epiſcopo
preſidente Eutiches reſtituitur. Flauia-
nus vō damnatur. At Leo mortuo Theo
dorio in eiuſqꝫ locum ſuffecto Marciano
principe catholico concilium chalcidonien
ſe indicit: in quo ſexcentorum et triginta
epiſcoporum auctoritate decernitur credē-
dum duas naturas in chriſto fuiſſe: vtqꝫ
vnus idemqꝫ chriſtus deus et homo crede-
retur: ac ſtatim Neſtorius et Eutichius
nephandus manicheorum preſul damna-
rentur. Combuſti etiam publice ſunt ma-
nicheoꝝ libri: calcata et depſſa ē Dioſcori
ſupbia atqꝫ hereſis. Interi vō mortuo a ſu-
is Valentiano. Maximus tyrannus im-
perium occupat. Eudoxanqꝫ quondā Va-
lentiani vxorem ſibi violentis nuptijs ad-
iūgit. Hanc ob rem vādali ex Aphrica ac-
citi Genſerico duce Romaz hoſtili manu
ingreſſi. Maximum i illo tumultu ab Ur
ſo milite romano occiſuz i tyberim proijci

unt: vrbem diripiunt atqꝫ incendunt: templa
et ſacraria ſpoliant: nec Leonem pontificem
exaudiunt clamantem et dicentem: vt vrbi et
templis parcentes: predam quo vellent abi-
gerent. Abeuntes quartodecimo die poſt vr
bem captam: atqꝫ Eudoxam cū filia et ingen
ti captiuorum numero ſecum trahentes: in
Aphricam reuertuntur. At Leo ad reparan
dam vrbem et templa conuerſus. Demetri-
am ancillam dei impulit: vt Baſilicam bea-
to ſtephano via latina tercio ab vrbe milia-
rio in fundo ſuo conderet. Ipſe vero in honorē
beati Cornelij epiſcopi baſilicā via appia edi
ficauit. Templa diſtracta reſtituit: ſacrorū
vaſa cōminuta aut ablata denuo renouauit
vel ex integro quoad fieri potuit reſtituit. Ca
meras preterea tris condidit in tribus baſili
cis Iohānis Petri ac Pauli. Sepulcris qꝫ
apl'oꝝ cuſtodes addidit ex clero romāo: hos
cubilares appellauit. Preterea vero monaſteri
um prope ſanctum Petrum condidit: conſti-
tuitqꝫ: vt intra actionem miſterij diceretur.
Hoc ſanctum ſacrificiū ⁊c: neue vlla mona
cha velamen capitis benedictum acciperet:
niſi approbatum fuiſſet eam quadraginta an
nis caſte et integre vixiſſe. Dum autem his
curis vir ſanctus intentus eſſ&: ſubito exorta
eſt acephalorum hereſis: qui ideo Acephali
vocati ſunt quia ſine cerebro et ſine auctore
habebantur. Hi autē chalcidonem ſe conci
lium improbantes: proprietatem duarum ſb
ſtantiarum in chriſto negant: vnam tantum
in eiuſdem perſona naturam predicantes:
quam quidem hereſim epiſtolis ſuis elegan-
ter et docte ad chriſti fideles ſcriptis acerri-
me confutauit. Sunt qui ſcribāt Paulinum
Nolane vrbis epiſcopū. Proſperū Aqui-
tanum virum doctum. Mammercum vien-
nenſem epiſcopum in precio tum fuiſſe. Pri-
mus enim Mammercus (vt aiunt) ſupplica-
tiones: quas greci letanias vocant: inſtituit:
ob frequentes terremotus: qui tum maxime
gallias vexabant. Leo poſtremo creatis ex
inſtitutione ſacrorum. lxxxj. preſbiteris: dya
conis. xxxj. epiſcopis ſex ⁊. lxxx. moritur ac ſe
pelitur apud ſanctum Petrum in vaticano.
iij. idus aprilis. Sedit annis vno: ⁊ viginti:
menſe vno diebus tredecim. Vacat tum ſedes
dies octo.

## Hilarius

Hilarius natione ſardus: pre Cri-
ſpino: ad Leonis tempora peruenit
Leo enim primus ex greca natio-
ne in locum Martiani imperatoris demor-
tui ſufficitur: qui ſtatim filium ſuum eiuſdē
nominis Auguſtum creat. Sub hoc quidē
imperatore reſpublica romana magnas cala
mitates paſſa eſt: ſubortis quibuſdam tyran
nis imperium vſurpare conantibus. Hac vero
oportunitate illectas Genſericus vandaloꝝ
rex ex Aphrica in ytaliam ſtatim nauigat: ro
manum imperium inuaſurus. Quod vbi in-
tellexit Leo baſilicum patricium cum valida
claſſe in auxilium Anthemij principis roma
ni mittit. Hi cōiūctis copijs ⁊ aīmis ad Po
puloniam Genſerico fiunt obuiam: hominē
qꝫ claſſe decernere impellunt: qui quidam ſu
peratus ingenti clade: turpi fuga in Aphri-
cam redijt. Vexare interea vrbem Romam
parabat Richimer ille patricius: qui Bior-
gum alanorum regem in montibus tridenti-
nis ſuperauerat: elatus tāta victoria: in Epi
phanius ticinenſis epiſcopus hominē An-
themio vrbem defendēti conciliaſſet. Hilarius
autem in tanta perturbatione rerum diuinā
rem intermiſit nunq̄. Preterea vero inſtituit
ne pontifices deinceps ſucceſſorem ſibi deli-
gerēt: que inſtitutio ad omnes eccleſiaſticos
gradus pertinet. Fecit ⁊ decretalem: ac per
vniuerſum orbem ſparſit. Epiſtolas quoqꝫ
conſcripſit de fide catholica: tres ſynodos cō
firmantes. Nicenam: epheſinam: ⁊ chalcido
nenſem: quibus item Eutichem: Neſtorium
et Dioſcorium cū ſectatoribus damnat. In
baptiſterio autem conſtātiniane baſilice tria
oratoria edificauit auro et precioſis lapidi-
bus diſtincta: tribus ſanctis dedicata. Iohāni
baptiſte: Iohanni euangeliſte: et ſancte cruci
quorum ianue erant enee argēto celato clau-
ſe. In oratorio autem erat                erat li-
gnum crucis auro clauſum: et ornatum gem
mis. Stabat et eo loci agnus aureus duarū
librarum in columna onychina. Ante orato
rium erant columne mire magnitudinis: que
dicuntur hecaton. In fonte Iohannis erat
lucerna aurea librarum decem. Cerui argen
tei tres. lxxx. librarum aquam fundentes: co
lumba aurea duarum librarum. Addidit et
oratorium ſancti Stephani baptiſterio late-
ranenſi. Duas quoqꝫ bibliothecas apud eū-
dem locum edificauit. Ad lunam vero mona-
ſteriū in vrbe ſtruxit. Omitto dona templis
oblata: que quidem prope infinita fuere ex
auro: argento: marmoribus: ⁊ gemmis. Sūt
qui ſcribant Germanum Altiſiodorenſem
et lupum trecharēſ. epiſcopos huius tempo-
ribus fuiſſe: qui tum multum iuuere chriſtia
nam fidem: gentilium ac pelagianorum opa

plurimum labefactatã. Gennadius prete-
rea conſtantinopolitanus epiſcopus inge
nio: doctrina et moribus eccleſie catholice
multum profuit. Uictorinus autem natio
ne Aquitan⁹: arithmetricus inſignis rati
onem paſche ad curſum lune tum redegit.
Euſebium et Theophilum ea in re ſupe-
rans. Sunt qui Merlinum anglum vatez
inſignem his temporibus aſcribant: de q̃
plura fortaſſe: quaz ſatis eſt ſcribuntur.
Hilarius autem vbi ea peregiſſet que ad
optimum pontificem pertinebant: tum in
extruendis templis ornandiſqꝫ: tum etiam
docendo: admonendo: caſtigando elemoſi-
naſue vbi erat opus prebendo moritur: cre
atis prius de more quinqꝫ et viginti preſ bi
teris: dyaconis quinqꝫ: epiſcopis duobus
et viginti. Sepelitur autem in crypta ſan-
cti Laurẽtij apud corpus beati Sixti. Se
dit annos ſeptem: menſes tres: dies decem
Uacat tum ſedes dies decem.

# Simplicius

Simplicius patria Tyburtus:
patre Caſtino imperante Leo-
ne ſecundo et Zenone fuit. Nã
Leo primus valitudine correptus Leonez
ſecundum ex Mariagene ſorore ſua nepo
tem: et Zenonis Iſaurici filium ſucceſſo-
rem imperij deſignauit: qui non ita multo
poſt graui morbo oppreſſus: cum finem vi-
te ſibi adeſſe cerneret: patri Zenoni impe-
rium reliquit. Interim vo Odoacer cum
maxima Tucilingorum et Herulorũ ma
nu ytaliã ingreſſus. Oreſtem patriciũ apd
Ticinum ſuperatum et captum. Placen-
tie inſpectãte exercitu interfecit. At Zeno
calamitates ytalie miſeratus Theodori-
cum gotthorum regem iam antea apud ſe
i honore habitum contra Odoacrem cũ in-
gentibus copijs in ytaliam propere mittit
qui duces Odoacris non procul Aquileia
ad Sontium amnem graui prelio ſuperat
Eadem quoqꝫ fortuna contra Odoacrem
ſepius vſus: hominem triennio Rauenne
obſeſſum eo perpulit: hortante etiam Io-
hanne epiſcopo: vt ſe imperij ſocium acci-
peret. Uerum ſequenti die cum filio contra
datam fidem interficitur: vnde ſtatim nemi
ne aduerſante Theodoricus totius ytalie
imperio potitus eſt. Simplicius autez vir
ſanctiſſimus has baſilicas interim dedicat

Baſilicam Stephani prothomartiris i ce-
liomonte: baſilicam Andree apoſtoli non
longe a templo ſancte Marie maioris: in
qua adhuc veſtigia quedam antiquitatis
apparent: que perſepe flendo etiam inſpexi
ob incuriam eorum quibus ipſa templa iã
ruinam minantia commiſſa ſunt. Hoc au-
tem in templo carmina legiſſe memini mu
ſiuo opere deſcripta. Hec tibi mens valide
decreuit predia chriſte. Cui teſtator opes de
tulit ille ſuas. Simpliciuſqꝫ papa ſacris ce
leſtibus aptans. Effecit vere muneris eſſe
tui. Et quod apoſtolici deeſſent limina no-
bis. Martiris andree nomine compoſuit
Utit̃ hec heres titulis eccleſia iuſtis. Suc
cedenſqꝫ domo miſtice iura locat. Plebs de
uota veni perqꝫ hec comertia diſce. Terre
no cenſu regna ſuperna peti. Dedicat ⁊ ali
am Baſilicam Stephani Simpliti⁹ apud
ſanctum Larentum. Baſilicaz quoqꝫ Ui
uiane martiris ad palacium Lucinianum
vbi corp⁹ virgis repoſitũ ẽ. Hebdomadas
q̃ꝫ iſtituit: vt preſbiteri: tuz ad Petri: tũ ad
Pauli: tum ad Laurentij martiris templa
viciſſim manerent propter penitentes ⁊ ba
ptiſmum requirentes. Urbem preterea pre
ſbiteris in quinqꝫ regiones diuiſit: prima
erat petri: ſecunda Pauli: tercia Lauren-
tij: quarta Iohannis lateranenſis: quinta
ſancte Marie maioris. Inſtituit poſtre-
mo: ne clericus vllus poſſeſſionem benefi-
cij a laico recognoſceret: quod poſtea a gre
gorio et alijs pontificibus confirmatum
eſt. Romam autem ſedem eſſe primam om
nium eccleſiarum declarant Achatij epi-
ſcopi Conſtantinopolitani: et Thimothei
viri doctiſſimi ſcripta: quibus rogat̃ Sim
plicius pontifex maximus: vt Petruz Ale
xandrinum epiſcopum Eutichetis imita-
torem hereſeos damnet. Quod etiam fa-
ctum eſt hac conditione tamen: vt peniten-
ti tempus aſcriberetur. Sunt qui dicent
huius temporibus fuiſſe Remigium re-
menſem epiſcopum virum ſanctiſſimum:
qui Clodoueum (vt hiſtorie referunt) re-
gem Francorum baptizauit. Scripſit eti-
am multa eo tempore contra Euticheten
Theodorus Syrie epiſcopus: edidit ⁊ de
cem libros eccleſiaſtice hiſtorie: Euſebium
Ceſarienſem imitatus. Tum vero omnes
fere egiptij declinarunt in Dioſcori hereti-
ci errorem: de quo multa ſuperius dixi-
mus. Uexauit et catholicos in Aphrica
Himericus Uandalorũ rex arrianos imi-

tatus. Quam ob rem Eudora Theodorij neptis: mlier catholica eiꝰ vxor ſimulāſ ſe hieroſolimam voti cauſa ituram a marito heretico diſcedens hieroſolimis poſt longam peregrinationem: et mulieri preſertim grauem moritur. Ferunt ea tepeſtate et Eliſei oſſa in Alexandriam tranſlata eē et corpus Barnabe apoſtoli cum euangelio eius manu ſcripto repertum. At Simplicius cuꝫ eccleſiam Romanā nō inſtitutis ſolum: verumetiam donis auxiſſet: creaſſetqꝫ ex ordine ſacroruꝫ preſbiteros octo et quiquaginta: dyaconos vndecim: epiſcopos ſex et octoginta: moritur ac ſepelitur in Petri Baſilica ſexto nonas Marcij. Sedit autem annos quindecim: menſem vnum: dies ſeptem. Vacat tum ſedes dies ſex et viginti.

## Felix. iij.

Felix tercius. patria Romanus: patre Felice preſbitero ex regione faſciole a rege Odoacre. qui annis. xiiij. ytalie imperauerat vſqꝫ ad theodoricum peruenit: Qui etſi Rauennam ſedem regni feciſſet: tamen vrbem Romam quoad fieri potuit exornauit. Nam et ſepulcrum Octauij inſtaurauit: et ſpectacula de more exhibuit: et edificia: ac baſilicas pleraſqꝫ reſtituit: nihilqꝫ omiſit: quod ad optimum principem pertineret. At vͦ vt regnum aliquando ſtabiliret: et Clodouei Francie regis filiam Andefledam in vxorem duxit: et ſororem Honorico vandalorum: et filiarum ſuarum alteram Alarico Veſogotthorum: alteram Gundibato in matrimonium collocauit. Felix autem tum maxime intellexerat Petrum Eutichianum: quem antea diximus ob hereſim in exilium pulſum: inſtigante Achatio: tunc demum ab eodem reuocatum eſſe. Quare ſanctus pontifex fraudem ſubeſſe veritus: ex autoritate ſedis apoſtolice concilio bene ſentientium approbata Petrum et Achatium damnat. Poſt āños vͦ tres cum zeno fidem faceret hos homines penitere. Felix eo miſit epiſcopos duos Meſſenum et Vitalem: qui re cognita damnatos abſoluerent. Hi itaqꝫ Heracleam ciuitatem ingreſſi: pecunia corrupti: nihil ex ſententia Felicis egere: vnde pontifex merito īdignatus: habita de more ſynodo: hos vt preuaricatores et ſimoniacos a communione deiecit: Meſſeno tamen penitentie tempus aſcriptum eſt: quia errorem ſuum faſſus eſt: penitendiqꝫ tempus petijt. Idem quoqꝫ Felix Baſilicam ſancti Agapiti edificauit non longe a Bſilica Laurentij martiris. Conſtituit item vt eccleſie non niſi ab epiſcopis conſecrarentur. Aiunt autem huius tempore Theodorum preſbiterum grecum librum contra hereticos ſcripſiſſe de conuenientia veteris ac noui teſtamenti. Sunt etiam qui huic etati aſcribant Iohannem Damaſenum virum doctiſſimum ac theologum inſignem. Hic enim librum ſententiarum compoſuit: in quo Gregorium Nazianzenum: Gregorium nicenum: Dydimum. Alexandrinum imitatus eſt: libros quoqꝫ medice artis compoſuit quibus morborum cauſam et medelas deſcribit. At Felix cum ex inſtitutione ſacrorum ordinum: quos ī vrbe Roma menſe decembri bis habuit: preſbiteros octo et viginti: dyaconos quinqꝫ: epiſcopos triginta creaſſet: moritur et ſepelitur in Pauli Baſilica. Sedit annos octo: menſes vndecim: dies decem et ſeptem. Vacat tum ſedes dies quinqꝫ.

## Gelaſius

Gelaſius natione apher: patre Valerio: eo tempore fuit quo Theodoricus Clodoueo ſocero ſuo Francorum regi bellum intulit: ꝗ Alaricum generum Veſo gotthorum regem in agro volgadenſi interfeciſſet. Vaſconiamqꝫ occupaſſet: vterqꝫ affinis erat. Iuſtior habebatur Alarici cauſa: vnde ſocerum genero pretulit. Superatis itaqꝫ francis ingenti prelio. Vaſconiam recipit: receptamqꝫ pro Almarico Alirici filio: donec adoſleceret gubernat. Idem Theodoricus: Siciliam: Dalmatiam: Liburniam: Illyricum: Narbonenſem Galliam: Burgundiam ſuo regno addixit. Tridentum vrbem in alpibus muro cinxit: et ytaliam ab externo hoſte tutatus eſt: collocatis Erulis in extremis ytalie partibus apud pretoriam Auguſtam: quorum regem adhuc adoleſcentem in adoptionem ſuſceperat. Gelaſius autēꝫ manicheos in vrbe de-

prehenſos exilio damnat:eorum que libros
apud Baſilicam diue Marie publice com-
burit. Inſtante p̄terea ſynodo cognita Meſ
ſeni penitentia:cum libello prius ſatiſfacien
tem purgatum eccleſie ſue reſtituit. Cum vͦ
intellexiſſet Petri et Acatij ſeditionibꝰ mlta
flagitia et parricidia in eccleſijs grecie cōmit
ti:confeſtim eo miſit:qui hos ſi nō ſtatim pe-
niterent imperpetuum damnarent. Erat au-
tem conſuetudo primitiue eccleſie diutius ex
pectare ad gremium pietatis ſue aliquando
redituros. Confugerat tum Johannes ale-
xandrinus epiſcopus:vir catholicus illorum
ſeditionibus vexatus ad pontificem roma-
num:a quo perbenigne et comiter ſuſceptus
eſt. Dedicauit Gelaſius eccleſiaꝫ Euphemie
martiris in ciuitate tyburtina. Dedicauit et
Baſilicam ſanctorum Nicandri et Eleuterij
via lauicana:et baſilicam ſancte Marie via
Laurentina in fundo Criſpi vigeſimo ab vr
be lapide. Clerū quoqꝫ amauit ⁊ auxit. Pau
peres ſemper mira beniuolentia et charita-
te complexus eſt. Ciuitatem romanam a mlͭ
tis periculis liberauit:maxime vͦ ab inopia
rerum et fame. Hymnos etiam compoſuit
ad imitationem beati Ambroſij. Edidit et li
bros quinqꝫ contra Eutichem et Neſtorium
Duos item contra Arrium. Orationes ha-
buit elegantes et graues. Epiſtolas preterea
ad amicos et domeſticos fidei ſcripſit:nō mi-
nus graues ꝙ doctas:que opera in publicis
bibliothecis tum legabantur. Sunt qui ſcri-
bant Gelaſium excommunicaſſe Anaſtaſi-
um Imperatorem conſtantinopolitanū Ze-
nonis ſucceſſorem. ꝙ hereticis et Acatio fa-
ueret:vnde conſtat imperatorem erranteꝫ in
fide et monitum:ſi non paruerit a pontifice
romano excommunicari poſſe. Eadeꝫ aucto
ritate vſus eſt etiam contra vādalos eorum-
qꝫ regem:qui arriana infecti hereſi catholi-
cos cruciatibus et ſupplicijs perſequebanͭ.
Fuere etiam in primo huius pontificis tem-
pore Germanus et epiphanius:quorum al-
ter ticinenſis:alter vͦ campanus epiſcopus
fuit. Hi multuꝫ auctoritate et ſanctitate ſua
ytaliam a barbaris vexatam iuuere oratio-
nibus et blandicijs barbarorum corda mol-
lientes. Multum preterea:tum in Gallia ꝓ
fecere:et lannociatus abbas carnotenſis et
Aurelianus et Mezentius pictauienſis viri
optimi ac docti:qui Clodeuum regem Fran-
cie:ac Crocildini eius vxorem eo perpulere
vt chriſtianiſſimi fierent:et fidem catholicaꝫ
vbiqꝫ tutarentur. Sunt qui hanc laudem re-
migio viro ſanctiſſimo aſcribant. Gelaſius
autem poſteaq̃ preſbiteros duos et triginta
dyaconos duos:epiſcopos ſeptem et ſexagin
ta creaſſet moritur ac ſepelitur in Baſilica
Petri apoſtoli. xj. kalendas decembris. Se-
dit annis quatuor men. octo:diebus decem ⁊
ſeptem. Vacat tum ſedes dies ſeptem.

## Anaſtaſius. ij.

Anaſtaſius ſecūdus:patria roma-
nus:patre Fortunato Anaſtaſio
imperante fuit:quo tēpore Trā
mundus vandalorum rex:⁊ catholicas eccle
ſias claudit:et centum ac viginti epiſcopos
exulatum in Sardiniam mittit. Ferunt tum
apud Carthaginem Olympium quendam
arrianum epiſcopum ſanctam trinitateꝫ pu-
blice in balneis deteſtantem:tribus fulmini-
bus ictum concidiſſe:eiuſqꝫ cadauer exuſtuꝫ
omnino fuiſſe. Cumqꝫ item Barbas quidam
Arrianus epiſcopus:neſcio quem baptiza-
turus eſſet his verbis. Baptizat te Barbas
in nomine patris per filium in ſpiritu ſancto
ferunt aquam nuſquam comparuiſſe:quo mi
raculo permotus:qui characterem expecta-
bat:confeſtim ad noſtros tranſijt. Anaſtaſi-
us vͦ (vt quidam ſcriptores referunt) Ana-
ſtaſium imperatoreꝫ excōmunicauit:ꝙ Aca
tio faueret:tā et ſi poſtea ipſe ab Acatio ſedu
ctus:dum eum reuocare clanculum tentat:
clerum a ſe grauiter alienauit qui ſe a cōmu
nione pōtificis tum maxime ſubtraxit:ꝙ eti-
am ſine catholicorum conſenſu Plotino theſ
ſalonicenſi dyacono communicaſſet:qui tum
Acatij errorem imitabatur. Hanc ob rem fe
runt diuino nutu hominē ſubito morbo cor
reptum interijſſe. Sunt qui dicant eum in la
trinaꝫ effudiſſe inteſtina:dum neceſſitati na
ture obtemperat. Huius temporibus Fulgē
tius natione apher:rupenſis epiſcopus:qui
in Sardiniā quoqꝫ cū alijs catholicis aphri
ce a Transmundo exulatuꝫ miſſus eſt:nil p̄-
termiſit quod ad veram chriſti fidem perti-
neret docendo:predicando:monendo. Edi-
dit et libros de trinitate:de libero arbitrio:
de regulis fidei. Scripſit et contra pelagia-
nam hereſim. Orationes quoqꝫ habuit ad
populos elegantes quidem et graues. Iuuit
etiam ſcriptis ſuis eccleſiam dei Hegeſippus
vir doctiſſimus:qui et monachorum regulas
compoſuit:et ſancti Seuerini abbatis ele-
ganti ſtilo vitam edidit. Fauſtus autem apͦ
gallos epiſcopus multa tum ſcripſit copioſe
et ornate:ſed eius illud opus potiſſimū lau-

datur: quod contra arrianos ſcripſit: ī quo oſtendit hoc eſt trinitatem eſſentialem eſſe. Scripſit et contra eos: qui dicunt in creatis aliquid incorporeum eſſe: qua in re oſtendit: tum patrum ſententijs: tum diuine ſcripture teſtimonijs ſolum deum incorporeum dici poſſe: ne etiam creata incorporea dicerentur. Hec de Anaſtaſio et eius pontificatu: qui ex ſacris ordinibus ſemel decembri menſe in vrbe habitis preſbiteros duodecim: epiſcopos ſexdecim creauit. Sepultus eſt autez in baſilica Petri. xiiij. kalendas decembris. Sedit annuz vnum: menſibꝰ decē: dies quatuor et viginti. Vacat tum ſedes dies. iiij.

## Symmachus

Symmachus Natione ſardus: patre Fortunato mortuo Anaſtaſio pontifex creatur non ſine magna diſcordia. Nam dum pars cleri Symmachum apud baſilicam Conſtantinianam pontificē decernit: ps altera apud baſilicam Marie in via noua Laurentiū in locum demortui Anaſtaſij ſufficit. Seditio ingens in ſenatu ac populo romano biffariam diuiſio orta eſt:: vnde omnium cōſenſu concilium Rauenne indicitur: diſcuſſaqꝫ re preſente Theodorico Symmachꝰ tandem in pontificatu cōfirmatur: qui certe magna clementia vſus. Laurentium cōpeditorem Nucerinis epiſcopum dedit. Verum anno quarto poſt clerici quidam ſeditionibus gaudentes: adiuuantibꝰ Feſto et Probino ſenatorij ordinis viris Laurentium reuocant: qua ex re indignatꝰ rex Petrum Altini epiſcopum Romam mittit: qui pulſo vtroqꝫ ſedem teneret. Verum Symmachus habita centum: et. xx. epiſcoporum ſynodo et obiecta conſtanti animo diluit: et omnium ſententijs obtinuit: vt Laurentius et Petrus malorum omnium capita relegarentur. Orta autem ob hanc rem tanta ſeditio Rome eſt: vt multi tum ex clero: tum ex populo paſſim crederentur nec ſacris virginibus parcerent. Opprimitur eo tumultu Gordianus preſbiter: vir optimus ad vincula ſancti Petri: nec finis tante cedis factus fuiſſet: ni Fauſtus cōſul clericos miſeratus contra Probinum tāti mali auctorem arma ſumpſiſſet. Reſpirāte deinde aliquātulum republica chriſtiana. Clodeuus pulſis Arrianis hereticis ꝛ catholicos reduxit: et Pariſiorum ciuitatem regni caput conſtituit. Symmachus vō manicheos tum ab vrbe expulit: eorumqꝫ libros ante fores conſtantiniane baſilice ꝯcremauit. Baſilicas vō mltas: aut ornauit: a fundamentis erexit. Naz et templū beati Andree apoſtoli apud ſanctum Petrum edificauit: multoqꝫ argento et auro exornauit: et templum ipſius apoſtolorum principis ac porticum cum marmoribus opere vermiculato in auguſtiorem formam redegit. Gradus quoqꝫ ipſius baſilice ampliores fecit: alioſqꝫ gradꝰ ſub diuo dextra leuaqꝫ: epiſcopia preterea conſtruxit. Edificauit etiam Baſilicam Agathe martiris via aurelia in fundo lardario. Baſilicam ſancti Pancratij cum arcu argenteo librarum quindecim. In baſilica Pauli renouauit apſidam: cui ruina imminebat picturiſqꝫ ornauit: poſt apſidam vō aquam itroduxit: balneumqꝫ a fundamento erexit. In vrbe autem baſilicam ſanctorum ſilueſtri et Martini a fundamentis extruxit: iuxta Traiani thermas vbi et ſupra altare ciboriuz fecit argenteum librarum centum viginti: arcus argenteos librarum decem: confeſſionem argenteam librarum quindecim: ſuggeſtum quoqꝫ erexit porphireticis et cruſtis marmoreis inſignē. Fecit et gradus baſilice Iohānis et Pauli poſt Apſidē Auxit ꝛ baſilicā Archangeli Michaelis: aquāqꝫ introduxit. Sanctoꝝ Coſmi et Damiani oratoria a fūdamētis erexit via tyburtina ī fundo Paciano: adiuuātibus Albino et Glaphyra illuſtribꝰ viris. Pauperibꝰ qꝫ ad baſilicas Petri et Pauli habitacula extruxit: curauitqꝫ ne qd eis deeſſe: qd ad victū ꝑtineret. Amator em̄ paupū fuit: ꝛ epīs ac ceteris clericis ī Aphrica ꝛ Sardinia ꝓpē catholicā fidē exulātibꝰ pecuniaſ et veſtes ſummiſtrabat. Repauit et baſilicā ſcte Felicitatis: ꝛ apſidā beate Agnetis cū baſilica: q̄ ruinā minabant̄ in meliorem formam reſtituit. Redemit et captiuos in diuerſis ꝓuintijs multa pecunia. Conſtituit item vt die dñico: vel natalitijs martirū caneret̄ hymnꝰ. Glīa ī excelſ deo. Cimiteriū qꝫ iordanoꝝ vel fecit: vel in meliorē formā redegit. Nil poſtremo omiſit: qd ad oīpotētis dei glīaz ꝑtinēt. Hꝰ qꝫ tpe ecclīam dei multū iuuit Gennadiꝰ maſſilienſis epīs q diligēs auguſtini imitator: ꝛ librū de dogmatibꝰ compoſuit: ꝛ quid cuiqꝫ ad ſalutē neceſſarium eſſꝫ declarauit. Scripſit item de viris illuſtribus Hieronimum imitatꝰ.

Symmachus autem creatis duobus et.lxx-
xx.preſbiteris.dyaconis.xvj.epiſcopis.cxvij
habitis de more ſacris ordinibus: moriens
ad Baſilicam Petri ſepelitur.xiiij. kalen-
das auguſti. Sedit autem annis.xv. men.
ſex.diebus.xxij.vacat tum ſedes dies ſeptē.

# Hormiſda

Hormiſda patria Fruſinonius: pa
tre Juſto. ad Theodorici et Ana
ſtaſij tempora peruenit a conſola-
tu ſenatoris vſqꝫ ad conſulatum Boetij et
Symmachi. quos Theodoricus ob ſuſpiti
onem affectate libertatis exilio primo: mox
carcere afficit. Jn hac calamitate conſtitutꝰ
Boetius multa ſcripſit que adhuc leguntur
Tranſtulit ⁊ pleraqꝫ ex Areſtotile: eademqꝫ
commentatus eſt. Jn mathematicis doctiſſi-
mus eſt habitus: quod eiꝰ muſice et arithme
trice oſtendunt. Poſtremo vō cum Symma
cho Senatore Theodorici iuſſu necat. Sūt
autem qui ſcribant Boetium tantam cala-
mitatem ſubijſſe: quod in arrianos inuehere
tur: ad quos Theodoricus declinauerat.
Superior ſentētia mihi verior videtur Hor
miſda autem hortante Theodorico prouin-
cialem ſynodum in vrbe habuit: omniumqꝫ
conſenſu eutichianos iam antea improba-
tos damnauit. Johannem quoqꝫ conſtanti-
nopolitanum epiſcopum litteris et nuncijs
adhortatus eſt: vt ab eadem hereſi deſiſteret
crederetqꝫ duas in chriſto naturas eſſe: diui-
nam et humanam. Deſijt parere Johannes
Anaſtaſij viribus fretus: quem non ita mul-
to poſt fulmine ictum dediſſe penas creditū
eſt: tum propter hereſim que grauis erat: tū
vel maxime: quia legatos ab Hormiſda miſ
ſos contra ius gentium magna effecerat cō-
tumelia: reiectos enim a ſe naui quaſſa et ri
moſa ea conditione nauigare iuſſit: vt recta i
ytaliam redirent. nec vllum grecie littus at-
tingerent. Hec etiam eiſdem mandata ad pō
tificē dediſſe referunt: vt ſciret imperatoris
proprium eſſe imperare: et non imperata pō
tificis aut cuiuſuis accipere. Fuere autem
legati Euodius ticinenſis epiſcopus: fortu-
natus catinenſis: venantius vrbis Rome p̄-
ſbiter: et Vitalis dyaconus. Mortuo itaqꝫ
Anaſtaſio.vij.et.xx.imperij anno. Juſtinus
orthodoxe fidei amator imperium accipit:
ac ſtatim nuncios ad pontificem mittit: qui
et ſedis apoſtolice auctoritatem confirma-
rent: et pacem eccleſijs omnibus exquirerēt:
quantum per religionem cōcederetur. Qua
re permotus Hormiſda Theodorico annuē
te germanum Campanum epiſcopum: Jo-
hannem et blandum preſbiteros: et Felicem
ac Dyoſcorum dyaconos legatos ad Juſti-
num mittit: qui eos nullo non genere hono-
ris adhibito: effuſa obuiam honoris gratia
monachorum: ac magna orthodoxorum et il
luſtrium virorū multitudine honorifice ac-
cepit: congratulante clero vna cum Johāne
conſtantinopolitano epiſcopo. Atqui cum
Acatio ſentiebant iſtorum aduentum veriti
ſe in templo quodam munitiſſimo incluſerūt
et nuncios habita conſultatione ad impera-
torem miſere: affirmantes ſe nullo pacto in
ſententiam apoſtolice ſedis venturos: niſi ei
reddita fuerit ratio: quam ob rem Acatius
damnatus eſſꝫ: hos omnes Juſtinus ex tem
plo atqꝫ ab vrbe expulit. Jdem fecit Hormiſ
da contra manicheos iterum in vrbe Roma
pullulantes. eorumqꝫ codices ante fores baſi
lice Conſtantiniane incendio conſumpſit.
Eodem tempore mortuo in aphrica Tranſ-
mundo vandalorum rege: Jldericus filius:
quem ex captiua Valentiani filia ſuſceperat
regnum obtinet. Hic non hereſim paternam
imitatus: ſed matris catholice monita ſecu-
tus: omnes catholicos: quos Tranſmundꝰ
in exilium miſerat: reduxit: atqꝫ eos ſub in-
ſtituto viuere permiſit. Dona preterea mul-
ta ac precioſa eodem tempore Romam ad or
nandas baſilicas ſanctorum ſunt miſſa. Gē-
mas enim magne eſtimationis Clodeuꝰ rex
Francie miſit. Delata et dona tum aurea: tū
argentea: delata euangelia cum tabulis au-
reis gemmis diſtinctis a Juſtino imperato-
re voti gratia. Miſit et patenam auream li-
brarum.xx.cum hyacinctis: ciphum aureū
gemmis circundatum. Ornauit et templum
beati Petri Theodoricus rex trabe argen-
tea.mille et.xl.librarum: ceroſtratis argen-
teis duobus librarum.lxx. Certauit et Hor
miſda muneribus: cum his principibus.
Locauit enim ante altare conſtantiniane ba
ſilice coronam argenteam librarum.xx.can
tharos argenteos ſex. Ornauit etiam tem-
plum Pauli ciphis argenteis decem: amis
argenteis tribus. His demum ex ſententia
peractis: cū etiam de more preſbiteros vnū
et.xx.epiſcopos quinqꝫ et.l.creaſſet moritur:
ac ſepelitur in baſilica Petri.viij.idus Au-
guſti: conſulatu Maximi. Sedit annis.ix.
diebus.xviij.vacat tum ſedes dies ſex.

# Johannes

IOhannes natione thuſcus: pa-
tre Conſtantio a ɔſulatu Ma-
ximi vſq; ad conſulatum Oli-
brij peruenit Theodorici regis temporib9
et Juſtini Auguſti: qui orthodoxe fidei di
ligentiſſimus obſeruator: vt tandem hereti
corum nomen extingueret: arrianos expu
lit: eorumq; eccleſias catholicis aſſignauit
Quam quidem rem Theodoricus egre-
ferens. Johannem pontificem Theodo-
dorum duoſq; Agapitos oratores ad Ju-
ſtinum mittit: qui eum adhortarentur: vt
arrianos reſtitueret: ſin ſecus animatus eſ
ſet: ſcire ſe omnes ytalie eccleſias catholi-
cas preſertim demoliturum. Magnifice ⁊
perbenigne primo quidē excepti legati ſūt:
qui vbi rationem legationis expoſuere: cū
flectere Juſtinum nō poſſent: ad lacrimas
verſi ac ſuppliciter petētes: vt periture yta
lie vna cum catholicis omnibus ſubueni-
ret: eo tandem pium hominem perpulere:
vt arrianos reſtitueret: atq; eos viuere ſuis
legibus et inſtitutis ſineret. Sunt qui ſcri
bant Theodoricum rabie ſeuiēdi tum in-
citatum: Symmachum et Boetium reuo
catos ab exilio et carcere eo tempore occi-
diſſe: vt cunq; ſit: necatos Theodorici iuſ
ſu conſtat: nec multum refert hermiſde: ne
an Johannis temporib9 aſcribantur. Jo-
hannes autem Rauennā ad theodoricum
rediens: in carcerē propere conijcit̄: ac pa-
rum affuit qui eum ſtatim occideret: adeo
in hominem exarſerat. et fide et moribus
cum Juſtino ſentientem. Perijt tamen ſan
ctiſſimus homo in carcere pedore: ſitu: et
inedia: quam quidem ſeuitiam ira diuina
non ita multo poſt grauiore pena compe-
ſcuit. Apoplexia eīm Theodoricus morit̄:
eiuſq; anima (vt quidam heremita vir ſan
ctiſſimus retulit) in ignem lipareū immer
ſa eſt. Theodorico autem in regnum Ama
laſiunta filia ſucceſſit: cū gnato Athaleri-
co: quem ex Eucherio marito ſuſceperat.
Que quidē mulier ſupra ſexum prudentia
vſa: et patris decreta mala preſertim emen
dauit: et Boetij ac Symmachi filijs bona
paterna in fiſcum delata reſtituit: et filium
optimis diſciplinis erudiuit: aduerſantib9
gotthis: et acclamantibus: non litteris: ſed
rei militaris diſciplina regem ſuum imbu
endum eſſe. Juſtinus autem ſenex admo-
dum eodem ferme tempore Juſtiniano ſo-
roris ſue filio imperatore relicto moritur:
⁊ Clodoueus Francie rex filijs quatuor in
regno relictis. Fuere tum in precio et Be-
nedictus vrſinus: qui rationem monaſtice
vite ytalis dedit: et Brigida ſcotia muli-
er ſanctiſſima: et Johannes antiochene ec
cleſie preſbiter: qui multa contra eos ſcri-
pſit: qui in vna tantum ſubſtantia chriſtum
adorandum cenſebat. His addidit Yſido-
rus Cyprignium quendam epiſcopum hi
ſpanum: qui eleganter in apocalipſim ſcri
pſit. Johannes autem pontifex: anteq̄ Cō
ſtantinopolim proficiſceretur: tria cimite-
ria reſtituit. Primum fuit Nerei et Achil
lai via ardeatina. Secundum ſanctorum
martirum Felicis et Adaucti Tercium
Priſcille. Ornauit etiam altare ſancti Pe
tri gemmis et auro. Detulit et ſecum Ju-
ſtini imperatoris munere patenam aure-
am librarum. xx. calicem aureum cum gem
mis librarum quinq;: que dona vna ſecum
periſſe arbitror. Creauit etiam habitis de
more ſacris ordinibus epiſcopos. xv. Ferūt
corpus viri ſanctiſſimi Rauenna ad vrbem
delatum: ſepultumq; in baſilica Petri. vj.
kalendas Junij Olibrio conſule. Sedit au
tem annis duobus. menſibus. viij. Uacat
tum ſedes dies octo et quinquaginta.

# Felix. iiij.

FElix Quartus natōne ſamius:
patre Caſtorio: Juſtiniani tem-
pora attigit: qui Belliſario du-
ce in prelijs vſus de perſis et vandalis tri-
umphat: quorum gentem in Aphricā traij-
ciens idem dux preſtantis animi et ſingu-
laris virtutis ſuperauit: ac prope deleuit:
capto eorum rege Geliſmero: et in trium-
phum ducto. Amalaſiunta vō ſeditioni-
bus gotthorum diu vexata: mortuo filio
Atalarico quo cum moleſte vixit. Theoda
tum conſobrinum ſuum regni conſortem fe
cit. Erat autem Theodatus ita grecis et
latinis lr̄is edoctus: vt et tēpoꝝ ſuoꝝ hiſto
riā elegāter ſcripſerit. et platonicā diſcipli
nā optie calluerit. ſegnis tn̄ ad res agēdas
hēbat̄. Uex hortāte Amalaſiūta burgun-

diones et alemanos felicibus prelijs ſupera-
uit. Felix autem rei diuine interim curam ge
rens: et patriarcham conſtantinopolitanuꝫ
declinantem a fide anathemate notauit: et
ſanctorum Coſmi et Damiani templa: que
adhuc extant in vrbe via ſacra apud forum
romanum edificauit: qꝺ carmen vermicula-
to opere notatum adhuc indicat. Baſilicaꝫ
ꝗꝫ ſancti Saturnini via ſalaria incendio cō-
ſumptam: reſtituit. Sunt qui ſcribāt Caſſio
dorū hac etate fuiſſe: qui et ſenator de regēda
repu. multa cōſcripſit: et monachꝰ pſalterij
ſententias eleganti oratione ac ſtilo edidit.
Ferūt etiā priſcianū Ceſarienſem grāmaticuꝫ
inſignē librū ſuum grammatices tum compo
ſuiſſe. Arator ꝗꝫ vrbis Rome ſubdyaconus
verſibus exametris euāgelia cōſcripſit. Lau
datur et Juſtinianus valentine eccleſie ep̄s
multa eū̄ predicauit ⁊ ſcripſit ad doctrinam
chriſtianam pertinētia. At Felix habitis de
more ſacris ordinibus: vbi p̄ſbiteros quinqꝫ
et quiquaginta creaſſet: dyaconos. iiij. ep̄os
nouem et viginti: moritur: ac in baſilica Pe
tri ſepelitur quarto idus octobris. Annis q̄-
tuor ſedit: menſibꝫ duobꝫ: diebus tredecim.
Uacat tum ſedes dies tres.

## Bonifacius. ij.

BOnifacius ſecūdus: patria roma
nus: patre Sigiſbūdo: Juſtinia-
no imperāte fuit. Quem quidem
imperatorem tāti conſtat ingenij: tanteqꝫ do-
ctrine fuiſſe: vt mirū nō ſit: ſi leges romanas
ſparſas et incōpoſitas in ordinem ad vtilita-
tem hoīm redegerit: eaqꝫ abſciderit que ſup-
uacanea et iutilia videbātur. Hac tū̄ in recō-
ſilio et opera Johānis Patricij tribuniani
Theophili Dorothei vſus ē: qui tū̄ doctrina
et auctoritate inſignes habebātur. Immen-
ſum nāqꝫ illud libroꝝ pelagus (ad duo eū̄ fe
re milia libroꝝ fuiſſe cōſtat) coaceruatis ſi-
mul ab vrbe condita vſqꝫ ad hec tēpora tot iu
dicijs in quiquaginta libros titulatim digeſ
ſit: quos nunc digeſta: nunc pandecta appel-
lant: quod omnem ciuilem doctrinam cōtine-
ant. Idem quoqꝫ legum epitomen fecit libro
rum quatuor. Has autem leges iſtitutiones
vocat. Dicimus etiam Juſtiniani codicem ⁊
volumen eſſe. Sunt preterea qui dicant Ju-
ſtinianum ip̄m libros de incarnatione domi-
ni eleganter ſcripſiſſe: templumqꝫ in honoreꝫ
dei patris (nam filius ſapientia patris eſt)
ſancte Sophie: quo nullum eſt in orbe maiꝰ:
ſua impenſa: ſuoqꝫ iuſſu edificatum. Huius
itaqꝫ tempore Bonifacius pontifex creatur
non ſine contentione tamen: nam et Dioſco-
rus diuiſo biffariam clero in demortui Feli-
cis locum ſubrogatur. Exagitatus auteꝫ cle
rus hac ſeditione diebus octo et viginti mor
te Dioſcori a tanta perturbatione tandem li
beratur: vnde Bonifacius ad confirmandā
eccleſiam conuerſus: inſtituit ne quiſpiam ſi
bi in epiſcopatu ſucceſſorem deligeret: quod
poſtea multi pontifices confirmarunt. Inſti
tuit item vt in demortui locum alter pōtifex
ſi fieri poſſet tercia diei ſufficeretur: ne dila-
tio ſeditionem faceret. Diuiſit et populum a
clero dum celebraretur. Hoc eodem tempo-
re multi ex romana nobilitate Benedicti ſā-
ctitate moti in montem Caſſinum peruenere
religionis gratia: inter quos Maurus qui-
dem ac Placidus inſignes habentur. Lau-
datur et Dyoniſius abbas: qui tum Rome
paſche calculum mira ratōne compoſuit. Fa
cundi quoqꝫ ſcripta contra Eutichianos ꝗ-
dam tum pullulantes laudantur. Marti-
nus preterea gentem ſueſſionem predicatio-
ne et ſcriptis ab arriana heresi ad noſtros
traduxit. At bonifacius cum in pontificatu
ſediſſet annis duobus: diebus duobus: mo-
ritur: et in Baſilica Petri ſepelitur. Sedes
autem menſibus duobus tum vacat.

## Johannes. ij.

JOhannes ſecundus: patria ro-
manus: patre proiecto ex coelio
monte Juſtiniani tempore fuit:
qui ſtatim vbi pontificatum inijt Anthimuꝫ
epiſcopum damnauit: ꝙ in arrianam here-
ſim declinaſſet. Sunt qui ſcribant hunc epi-
ſcopum Conſtantinopolitanum fuiſſe. Juſti
nianus vero ſedem romanam veneraturus
Hypatum et Demetrium epiſcopos Romā
cum muneribus mittit: qui et romanum pon
tificem ſuo nomine ſalutarent: ⁊ munera hec
beati Petri templo offerrent: ciphum aure-
um circundatum gemmis librarum ſex: ci-
phos argenteos duos librarum duodecim:
calices argenteos duos librarum quindecim
Interim vero dum hec dona miſiſſet: Mun-
dus exercitus Juſtiniani dux Salonas vr-
bem munitiſſimam capit: ac gotthos prelio
vincit non incruenta victoria. Una enim cū̄
filio egregie virtutis adoleſcente Mundus
eo prelio occiditur: quo nihil potuit Juſtini-
ano moleſtius nunciari: tanti faciebat ho-
minis virtutem et fidem. Johānes aūt ponti
fex: de quo pauca admodum ſcribunt hiſtori-

ci moritur: vbi ex ſacris ordinibꝫ ſemel habi-
tis preſbiteros quindecim: epiſcopos vnuz et
viginti creaſſet: ſepeliturqʒ in baſilica petri ſe-
xto kalendas iunij. Sedit annnis duobꝫ: men
ſibꝫ quatuor. Uacat tum ſedes dies ſex.

## Agapetus

Agapetus patria romanus: patre
Gordiano preſbitero eccleſie ſctõꝝ
Johannis et pauli pontifex creatꝰ
a theodato ſtatim ad Juſtinianũ mittit̃: et in-
fenſum q amalaſiuntã athalarici matrem in
inſulam lacus volſinenſiũ relegauerat inter-
ficiqʒ iuſſerat. Erat eñi hec femina ita grecis ⁊
latinis litteris imbuta: vt cũ quouis docto di-
ſputando congredi auderet. Preterea vͦo ita
linguas barbarorum omniuz callebat: vt ſine
interprete cuz his omĩbꝫ loqueret̃: qui tum ro
manum inuaſerant imperiũ. Huius at̃ mulie
ris interitum iuſtinianus ita egre tulit: vt bel
lum theodato ſe illaturum minaretur. Agape
tus itaqʒ eo miſſus: ac benigne ⁊ honorifice ſu
ſceptus: cum pacem impetraſſet ab imperato-
re tentatur: vt eutibianam opinionem ꝯfirma
ret. Uerum cum iuſtinianus ab ea re hominẽ
ſanctiſſimuz abhorrere cerneret: precibus mi
nas addit. Tum agapetus: ego inquit ad iu-
ſtinianum chriſtianiſſimum principem venire
optaui: ſed dyoclecianum inueni: quem chri-
ſtianorum hoſtem fuiſſe conſtat. Hac libertate
loquendi et dei nutu iuſtinianus permotus: et
fidem catholicam amplexus eſt: ⁊ pulſo anthe
mio cõſtantinopolitano epiſcopo: qui eutichi-
anam hereſim tuebatur: Menam catholicuz
in eius locum ſuffecit Agapeto conſecrante. q
haut ita multo poſt Conſtantinopoli moritur
cuius corpus loculis plumbeis cluſum romã
defertur: ac in baſilica Petri ſepelitur. Sedit
autem menſibus vndecim: diebus vndeuigin
ti. Uacat tum ſedes mẽſez vnum. diebus nouẽ
et viginti.

## Silucrius.

Siluerius natõne campanus: patre
Hormiſda epiſcopos: Theodato
iubente pontifex creatur: cuz antea
non regum: ſed imperatorum auctoritas inter
ueniret. Plus autem valuere theodati mine
q̃ decreti ratõ. Mortem enim his clericis mi
natus eſt: qui nomina ſua nõ ſubſcriberent in
creatione ſiluerij. Hanc ob rem: ⁊ vt etiã ama
laſiunte necem vlciſceretur Juſtinianus: Bel
liſarium patriciuz cum exercitu in italiaz mit
tit. Nauigans hic primo Siciliã attigit: eãqʒ
in fide imperatoris retinuit. Interim vͦo mor-
tuo Theodato: cum gotthi regem cotra volũ-
tatem iuſtiniani creaſſent: Belliſarius e Sici
lia mouens italiam a tyrannide gotthorum li
beraturus: in campaniaz veniens Neapolim
mandata imperatoris nequaq̃ facientẽ vi ca-
piens ac diripiens: gotthos omnes qui in pre
ſidio erant ac magnam partem ciuium inter-
fecit: abactis inde virginibus ac pueris cũ om
ni preda. In tanto autez belli furore ⁊ templa
ſpoliata: et virgines ſacras violatas fuiſſe cõ-
ſtat. Inde vͦo romam cum exercitu properans
noctu vrbem ingreſſus: tantum terroris got-
this qui in preſidio erant incuſſit: vt omẽs re-
lictis portis ac menibus Rauennam confuge
rint. Belliſarius autem superuenturuz Uiti-
gim cum ingenti exercititu ratus: cui aperto
marte nequaq̃ par eſſe poſſet: menia vrbis ꝑ
tempore vallo ac foſſa vbi opus eſſe videbatur
q̃ celerrime muniuit. Supueniẽte deinde Ui
tigi cũ ingẽti exercitu: ad centũ nãqʒ milia ho-
minum ſecum duxiſſe fertur: continere ſe meni
bus Belliſarius ꝯtentus fuit: cum non ampli
us quinqʒ milibus hominum ſecum duxiſſet.
Caſtra inter duos aqueductus locat Uitigis
quo munitiora ſint: quorum alter ad latinam
viam: alter vͦo ad preneſtinam vergit: ſeqʒ inui
cez iungunt quinto ab vrbe milliario: et ne aq̃
vrbem. Romam influeret: omnes aqueductꝰ:
quos ad quatuordecim fuiſſe conſtat: interci-
ſi ſunt: Portum quoqʒ Uitigis cum parte co-
piarum occupat: qua ex re magna calamitas
romanis illata eſt: cum et bello ſimul ⁊ fame
laboratum ſit. Interea vͦo inſtigante Uigilio
dyacono ciue romano ⁊ apocriſiano theodo-
ra auguſta Siluerio imperat: additis etiã mi
nis: vt pulſo Menna ab vrbe Conſtantinopo
li Anthemum reuocet: quem diximus ob euti-
chianam hereſim damnatum eſſe. Id autez cũ
facere pontifex recuſaret: ſcribit ad Belliſari-
um mulier: vt pulſo Siluerio in eius locũ Ui
gilium ſufficiat. Belliſarius autem rei bellice
intentus: rem Antonine vxori ſue committit:
que quidez ſubornatis a Uigilio teſtibus: qui
affirmarent Siluerium vrbem Romam got-
this hoſtibus prodere voluiſſe: hominem coe-
git abdicare ſe pontificatu: ac poſito pallio cu
cullam monaſticam ſumere: qui in pontiuz in-
ſulam in exilium miſſus: nõ ſine opinione ſan-
ctitatis moritur. Ferũt gallos hoc tempore nũ
cijs et litteris benedictum rogaſſe: et vnuz ali-
quem ex diſcipulis ſuis ad ſe mitteret: qui gal-
los monaſticam vitam edoceret. Quare Bene
dictus Maurum eo miſit: qui omnibus vita

⁊ moribus racõnem bene ac beate viuendi
dedit: quiq; etiam multa monaſteria con-
ſtituit. Vigilius autem clericis romanis
ex Anthonine ſententia ita petentibꝰ pon-
tifex creatur. At vero ſiluerius vbi annum
vnū: menſes quinq;: dies duodecim in pō-
tificatu vixiſſet. vt dixi. in inſula Pontio
moritur ac ſepelitur. duodecimo kalendas
iulij. Vacat tum quidem epiſcopatus di-
es ſex.

## Vigilius.

Vigilius patria romanus: patre
conſule imperante Juſtiniano:
pontifex creatur: cuius tempo-
ribus Cõſtātinopoli quinta ſynodus ha-
bita eſt contra Theodorum et omnes he-
reticos: qui affirmabant beatiſſimam virgi
nem ſolum hominem: non etiam deū et ho
minem peperiſſe: qua quidem in ſinodo ſta
tutum eſt. vt beata virgo
diceretur: ꝙ deum ſuo partu nobis edidiſ-
ſet. Interim vero Belliſarius auctis copijs
cum per annum integrum ⁊ dies nouem
menia vrbis tutatus eſſet: egredi conſtitu
it: ⁊ collatis ſignis cum Vitige decernere.
Is autem copijs ſuis diffidens: incenſis
caſtris Rauennam magnis itineribꝰ pro-
ficiſcitur. Eo et Belliſarius propere mo-
uet: ac Vitigim in vrbe captum cum omni
familia et magna procerum parte: recupa
rataq; fere tota italia Conſtantinopolim
ſecum ducit: quinto anno poſtea ꝙ̄ in Ita-
liam venerat. Idē quoq; Mauros Aphri
cam vaſtantes: mira celeritate perdomuit:
deq; hoſtium manubijs crucem auream gē
mis diſtinctam librarum centum: ceroſtra
ta duo magni precij Petro apoſtolorū pri
cipi dono miſit. Duo item xenodochia. que
nos domos hoſpitales appellamus. ſua im
penſa Rome edificat: quorum alterum in
via lata: alterum via flamminea extabat.
Condidit et monaſterium ſancti Juuena-
lis apud ortam vrbem. additis fundis vn-
de monachi paſcerentur. Inſtabat tū the-
odora: vt Vigilius pontifex Conſtantino
polim proficiſceretur: Anthemūq;: vt pol-
licitus fuerat reſtitueret. Negat Vigilius
ſe id facturum: ꝙ malis promiſſis ſtandū
non ſit. Cenſere enim ſe que Agapetus et
Siluerius contra Anthemum hereticum
egiſſent: iure facta eſſe. et propterea eorū
acta nullo modo ſibi reſcindenda videri.
Irata Theodora romanis quibuſdam ad
iuuantibus: Vigilium in iudicium vocat:
et ꝙ eius fraudibus Siluerius circumuen
tus exulatum abierit. ⁊ ꝙ ipſo iubente ado
leſcens quidam a nepote Vigilio aſterij cō
ſulis filio ceſus ad necem ſit. At vero ne iu-
dicij penam Vigilius refugeret: anthemū
quendam cum his mandatis Romam mit
tit: vt Vigilium parere recuſantem ad ſe vi
etiam perduceret. Is vero Romā veniens:
mandata facturus in baſilica ſancte Ceci
lie hominem comprehendit: munera popu
lo ob diem natalem ſuum diſtribuentem
more romano: ac captum quibuſdam Ro
manis adiuuantibus Conſtantinopolim
perducit. Ferunt Vigilium naui per Ty-
berim deuectum: fuſtibus et ſaxis cum exe
cratione a populo impetitum: cumq; hac
exprobratione: malemeritus de romanis
es: mala omnia tecum veniant. In Sicili-
am vero perueniens concedentibus his qui
captum ducebant: quoſdam ad ſacros or-
dines aſciuit: ex hiſq; Ampliatum preſbi-
terum: et Valentinum epiſcopum: qui cle-
rum et Romanam eccleſiam interim gu-
bernarent. Ei vero e Sicilia Conſtantino-
polim mouenti: Juſtinianus cum magno
comitatu fit obuiam. Ingrediuntur vrbē
clero precedente: vſq; ad templum ſancte
Sophie. Temptare tum Theodora Vi-
gilium: vt quod pollicitus erat preſtaret.
Cui ille: male ſe quoduis ſupplicium pati
reſpondit: ꝙ̄ ſententiam mutare: et cū mu
lier et qui ſecum aderant minis inſtarent:
ad Dyocleciamum ſe non ad Juſtinianum
quemadmodum arbitrabatur veniſſe di-
cens: ita ceſus eſt: vt paulū abfuerit quin
tum occideretur. Fugiens itaq; in templū
ſancte Euphemie: quod haud procul abe-
rat: inde a craſſatoribus trahitur: et inie-
cto in collum eius fune tanꝙ̄ latro per to-
tam vrbem vſq; ad veſperam trahitur. De
inde vero carceri incluſus: pane ⁊ aqua tan-
tummodo aliquandiu vitam duxit ita pa-
tienter et equo animo: vt ſemper diceret ſe
etiam peiora meritum: ſi digne pro pecca-
tis pena irrogaretur. Clerici autem qui ho
minem ſecuti fuerant partim in exilium:
partim ad excidenda metalla deportati
ſunt. Verum poſtea rogantibus romanis
omnibꝰ qui iam ſententiam mutauerant:

et inſtante Narſete : quem iuſtinianus con-
tra gotthos romam miſerat: Vigilius ac ex-
ules omnes in patriã remittuntur. At võ cũ
Syracuſas in Siciliaʒ pueniſſent: Vigili⁹
quem tot mala: tot cure occidere nõ poterãt:
ex calculo moritur: eiuſqʒ corpus romam de-
fertur. et apud ſanctum Marcelluʒ via ſala
ria ſepelitur. Vixit aũt in pontificatu cũ ro-
me tum alibi annis. xvij. menſes ſex. dies ſex
et viginti. Vacat tum ſedes eius morte men-
ſib9 tribus. diebus quinqʒ.

## Pelagius.

PElagius primus: patria roman⁹
patre Johanne vicario: eo tempo
re fuit: quo Totila gotthorũ rex
Caruiſio mouit cum magno exercitu Itali-
am inuadens ac diripiens: adeo vt ꝓpter ſe-
uiciam et rabiem flagellũ dei vocat⁹ ſit. per-
ueniens deinde ad montem caſſinatem in cã
paniam iturus : Gregarij militis habitu a
Benedicto viro ſanctiſſimo dinoſcitur. ⁊ mi
nis deterretur: ne tantope in xp̃ianos ſeui-
at. Inde võ mouens in Samnium ꝓficiſci-
tur: Beneuentum oppugnat: vrbis menia de
molit̃: Neapolim obſidet : Cumas recipit:
et magna benignitate ac modeſtia vſus: ple-
raſqʒ matronas romanas ibi captas romã
ad ſuos intactas remittit. Capta deinde nea
poli atqʒ occupata om̃i illa Italie parte. que
ad ſiciliaʒ vergit in romanos mouet. quos q̃-
dem occupato prius portu : vnde ſubuehi cõ-
meatus poterant: tam acri obſidione preſſit
vt inopia rerum humana quidam veſcerent̃
carne. Tandem võ Totila ꝑ hoſtienſeʒ por
tam vi irrumpens vrbem capit: ac direptam
incendit. Sunt tamen qui ſcribant ei in ani
mo fuiſſe vrbem ſeruare: miſiſſeqʒ noctu pre-
cones ꝑ vrbem qui militibus mandarent: vt
vrbi parcerent. Hoc võ vbi iuſtinianus com
perit: Narſetem eunuchum cum magno ex-
ercitu in Italiaʒ propere mittit. Narſes eñ
vt nonnulli ſcribũt: primo quidem bibliopo
la fuit. Hunc cum in cubiculum ſuum acce-
piſſet imperator: cognita hominis virtute: cũ
in ordinẽ patriciatus aſciuit. Pietatis eñ:
religionis: miſericordie: munificentie: gratie
poſtremo vnicum exemplar tuʒ omnib9 erat
Is igitur acceptis etiam auxiliarib9 copijs
ab Alboino longobardorũ rege gotthos in-
uadit: obtruncat: perſequitur. Nam ⁊ Toti
la apud brixellum male pugnans occidit̃: et

Theias in eius locum ſuffectus: non longe
a Nucera fortiter oppugnãs: virtute Narſe-
tis opprimitur. Atqʒ ita ſecundo et ſeptuage
ſimo anno: poſteaq̃ Theodoricus eorũ rex
primo Italiã ingreſſus ẽ : gotthorum nomẽ
cum regno interijt. Juſtinianus quoqʒ non
ita multo poſt quadrageſimo imperij ſui an-
no moritur: vir quidem memoria dignus: cũ
merito ſuo alamaricus: gotthicus: vandali-
cus: perſicus : Aphricanus: more veterum
imperatorum appellari poſſet: licet alioꝝ ope
ra et ſuo conſilio hec geſta ſunt. Pelagius
aũt eccleſiam dei in tantis ꝑturbationib9 nõ
deſerens cõſtituit: vt heretici et ſciſmatici co-
herceri etiaʒ ſecularium manu poſſent. quãdo
ad ſanitatem rationibus nõ ducerent̃. Hic
autem accuſatus q̄ malorum vigilij cauſa fu
iſſet. cum Juſtinianus Vigilio preferret euʒ
vidente populo et clero crucem tangens : et
euangelium iureiurando ſuſcepto: ſe a tanto
crimine purgat. Inde Narſes ad vrbem ve-
niens ſupplicatiões pro rebus bene geſtis a
ſancto Pancratio vſqʒ ad ſanctum Petrum
celebrat: vrbemqʒ a gotthis liberatam : quo
ad fieri poteſt inſtaurat. Una võ cum Pella-
gio inſtituit: ne vllus ambitiõe vel precio ad
quoſuis ſacros ordines admittatur. Vigili-
us preterea Valentinum notarium ſuum vi-
rum probate fidei et religionis thezauris ec-
cleſie preficiens: baſilicam apoſtoloꝝ Jaco-
bi et philippi inchoat. Sunt qui ſcribãt Caſ-
ſiodorum monachum virum doctiſſimum vſ
qʒ ad tempora Pelagij perueniſſe: qui primũ
cõſul: inde ſenator factus: poſtremo monaſti
cam vitam ſpretis rebus om̃ibus complex⁹
eſt. Aiunt et victorem campanum epiſcopuʒ
libruʒ phaſe tum compoſuiſſe: quo potiſſimũ
Dyoniſium abbatem romanum inſcicie ar-
guit: qui paſchalem calculum inepte nimium
compoſuiſſet. Ornarunt etiaʒ pelagij tempo-
ra ſanctitate et doctrina Sabinus Canuſi-
nus: Gregorius lingonenſis: Vedaſtus bea
ti Remigij diſcipulus: et Attrebatum epiſco
pus. Herculanus võ Peruſinus antiſtes a
Totila interemptus. in ſanctos refertur. pe
lagius autem vndecimo ſui pontificatus an
no: menſe decimo: die octauo et vigeſimo mo
ritur: et in baſilica petri ſepelitur: vbi ex ſa-
cris ordinibus bis mẽſe decembri habitis p̃-
ſbiteros ſex et viginti. dyaconos vndecim. e-
piſcopos vndequadraginta creaſſet. Vacat
tum ſedes menſibus tribus: diebus ſex et vi-
ginti.

## Johannes .iij

IOhannes tercius: patre Anaſta
ſio ex illuſtri genere orto: Juſtini
temporibus fuit: qui Juſtiniano
ſucceſſit: cuius certe nulla in re ſimilis fuit.
Auarus enim improbus: rapax: deorum at-
qꝫ hominum contemptor habitus eſt. Hanc
ob rem: cum totus auaricie et cupiditati in-
hereret: libidine habendi in inſaniam verti-
tur: cuius vxor Sophia imperium vſqꝫ ad
Tiberij ſecūdi tempora gubernauit: hec aūt
mulier inſtigantibus quibuſdam delatoribꝰ
qui Narſetem oderant: hominem ab Italia
ad ſe cum ignominia verborum reuocat: vi-
delicet vt Eunuchus ad lanam et penſa re-
diret. Ferens id iniquo animo: vt par erat:
Narſes reſpondet ſe talem orſurum telam:
que inextricabiles errores emulis atqꝫ inimi
cis ſuis preſtaret: quod etiaꝫ fecit. Alboinū
nanqꝫ Longobardorum regem cum omībꝰ
copijs e Pānoniā in italiā capeſcēdas ſedes
vberiores q̄ꝫ q̄s in Pannonia occupauerāt:
lr̄is ⁊ nuncijs accerſit. Obtemperans itaqꝫ
Narſetis monitis Alboinus: Italiam per
Syrmium ingreſſus cum cōiugibus et libe-
ris: cunqꝫ exercitu lectiſſimo: primo quidem
omnem Venetiam occupat. Inde Inſubriā
ingreſſus: Medyolanum vi capit ac diripit
Papiam triennio obſeſſam in poteſtatem ſu
am tandem redigit. Hac autem victoria le-
tus Alboinus Veronam ſe contulit: quam
regni totius ſedem ꝯſtituerat. ibi v̄o cōuiuio
exhilaratus Rhoſimundam vxorem ea pate
ra bibere compellit: quā ex patris ipſius mu
lieris capite a ſe occiſi in poculum redegerat
Erat autem in exercitu Alboini Nelmel-
chidis Longobardus adoleſcens forma in-
ſignis. et nobilitate atqꝫ armis preſtantiſſi-
mus. cuius conſuetudine Rhoſimunda qui-
dem delectabatur: quemqꝫ in cubiculuꝫ ſecre
to ducens propoſita regni ſpe Alboinum ob-
truncare compulit. Verum cum aduerſanti-
bus lōgobardis de ſpe regni decidiſſent am-
bo ad Longinum: qui tum Rauenne preerat
confugere. Nec ita multopoſt ſeipos inuiceꝫ
veneno petentes diem extremum claudunt.
Multas clades tum paſſa Italia eſt irrum
pentibus prouinciam barbaris quas quidē
protendere prodigia illa tempeſtate viſa: et
ignee acies in celo apparentes. ita etiā in im-
menſum Tyberis creuit: vt inundatōne ſua
populo romano magnas calamitates intule
rit. Interim v̄o Johannes pontifex ⁊ ſancto
rum cimiteria reſtituit: ⁊ Jacobi ac Philip
pi eccleſiam a Vigilio inchoatā perfecit. Et
Narſetem Romanis non diſſimulanter ira-
tum: q̄ꝫ de ſe male opinarentur. idqꝫ ad So-
phiam ſcripſiſſent: e Neapoli ad vrbem du-
cit: vbi haud ita multo poſt Narſes moritur
cuius corpus loculis impoſitum Conſtanti-
nopolim defertur. Actum tum demum de no
mine italico putaſſem in tanta rerum pertur
batione: niſi ſanctiſſimi viri periture prouin
cie ſuccurriſſent. Nam et Paulus patriar-
cha Aquileienſis: et Felix epiſcopus Tar-
uiſinus Alboinum vbi Italiam attigit miti
orem ciuibus ſuis ⁊ ꝓuincie reddidere. Et
Fortunatus vir ſingularis litterature et elo-
quentie gallos ad mitiorem cultum redigit
ſcriptis et exemplo. Ad Sigibertum enim
eorum regem libellum de gubernādo regno
perſcripſit: ac beati Martini vitam elegāter
compoſuit. Sunt qui ſcribant Germanum
pariſienſem epiſcopum: virum quidem ſan-
ctiſſimum hoc tempore fuiſſe. qui francie re-
ges ſemper in officio continuit. et adeo qui-
dem: vt inter ſe certatum religione: pietate:
gratia: humanitate ſit. Nil enim in Germa
no cernebant: quod ipſi non imitarētur: tan-
tum valent boni paſtoris exempla. Johānes
autem cuius temporibus Armenij fidem cri
ſti recepere moritur: ac in baſilica Petri ſe-
pelitur pontificatus ſui āno duodecimo. mē-
ſe vndecimo die ſexto et vigeſimo. Vacat tuꝫ
ſedes eius morte menſibus decem. diebus tri
bus.

## Benedictus

BEnedictus patria romanus: pa-
tre Bonifacō: Tiberij ſecundi tē-
poribus fuit: quem quidem Juſti
nus per adoptionem in filium et regni here-
dem ſuſceperat: ac merito certe cum in homi
ne ea ornamenta eſſent: que in optimo princi
pe requiruntur: clementia: iuſticia: pietas: re
ligio: ſapientia: conſtantia et perpetua forti
tudo. Verum inter alias eius virtutes beni
gnus et liberalis in omnes: potiſſimum vero
erga pauperes habitus eſt: et ob eam rem do
minus largas opes ei ſumminiſtrauit. Naꝫ
dum ſemel per edes ſuas contētius inambu-
laret: cerneretqꝫ in pauimento marmoream
crucem: eā religionis cā: ne pedibꝰ ꝯculcarēt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

auferri iuſſit: meliorīqꝫ loco atqꝫ honeſtiore reponi. Poſt hanc vō vna atqꝫ altera inuenta eſt. ſub qua tantam vim auri et argenti reperit. quantā hominis beneficētia requirebat: cuius quidem magnam partem pauperibus erogauit. Ferunt etiam Narſetis theſauros ad eum ex italia delatos fuiſſe: quibꝰ conflatis ad munificentiam et liberalitatem vſus eſt. Ad ſigibertum nanqꝫ francoꝝ regē qui ſe ꝑ legatos inuiſerat: cum reliquis muneribus: que magna fuere: aureos etiam quinquaginta ſingulaꝝ librarum miſit: quorum pars vna imagine pricipis ſignata erat his litteris: Tiberij conſtantini perpetuo auguſti: Altera vō pars quadrigam cōtinebat cū aſcenſore: atqꝫ his litteris: romanoꝝ gloria. Et ne qd ad integrā eiꝰ felicitatē deeſſet: exercitus quem in perſas miſerat: victor rediens tantam predā cū elephantis. xx. auerit quantam nullus vnq̄ antea. Hoc requirebant eius merita erga genus humanū: hoc religio in deum ſaluatorem noſtrum: hoc poſtremo eius beneficētia erga populum romanum: quē et armis quoad fieri potuit ab hoſtibus tutatus eſt. ⁊ immiſſo ex egipto frumēto a ſeuiſſima fame liberauit: interuenientibus Bonifacij pontificis precibꝰ. quem Tiberius mirumimmodum dilexit ⁊ obſeruauit. Adeo eñ longobardi longe et late italiam vexauerunt diutino bello: vt ex illa vaſtatione rerum omnium caritas ⁊ inopia oriretur. Dum hec in italia agerentur Johannes Cōſtantinopolitane vrbis epiſcopus orientalem eccleſiam quoad fieri potuit in fide cōtinuit: legendo: diſputādo: ſcribendo: monēdo docendo: licet multos aduerſarios habuerit. Idē quoqꝫ fecit Leander tolletanus vel (vt quidam volunt) hiſpalenſis epiſcopus in q̄ doctrina et eloquentia pari lance certabant. Multa enim compoſuit tum ad confirmationem noſtri dogmatis: tum ad ꝯfutatōem arriane perfidie: quam tanq̄ teterrimā labem Vandali ex aphrica in hiſpaniam a Belliſario pulſi detulerant. Benedictus autem (vt quidā ſcribūt) ſolicitudine et dolore: quē in calamitatibus vrbis Rome et ꝓuincie italie conceperat moritur: quarto pontificatus ſui anno: menſe vno: et diebꝰ octo et viginti. Vacat tum ſedes menſibꝰ duobꝰ: ⁊ diebꝰ decem.

## Pelagius. ij.

Pelagius ſecundus: patria romanus: patre Vingeldo a Tiberio ad impatorē Mauritiū Tiberij generū peruenit. Huic eñ et ſi cappador erat: impium tamē ob virtutem ⁊ ſtrennuitatē in rebꝰ agēdis commiſſum eſt. At vō longobardi: cum poſt mortē albonij viginti annis ſub ducibꝰ fuiſſent: Eutharim regem ſibi creant: quē et flauiū appellarūt: quo quidem cognomēto oīes longobardoꝝ reges deinceps vſi ſunt. Mauritius aūt pellere italia longobardos conatus: Sigibertū francoꝝ regem mercede ad id bellū ſolicitat: qui ſtatim compato galloꝝ et germanoꝝ magno exercitu cum Euthari decertās: magno accepto incōmodo ſuperatur. Hac aūt elati victoria Longobardi vſqꝫ ad fretum ſiculum peruenere: vrbes italie in poteſtatem ſuam redigentes: quo minꝰ vō vrbe Roma diu obſeſſa potirentur: fecere ymbres ⁊ quidem frequētes: quibꝰ hoſtes a menibꝰ ꝓpelluntur. Tanta eñ tum inundatio aquaꝝ fuit: vt Noe diluuiū renouatū crederet. Hec aūt vna fuit cauſa: quare pelagiꝰ in iuſſu principis tū pontifex creatus ſit. cū extra obſeſſam ab hoſte vrbem mitti quiſpiā nō poſſet. Nil eñ tum a clero in eligendo pōtifice actum erat: niſi eius electōem impator approbaſſet. Miſſus itaqꝫ conſtantinopolim ad placandū impatorē Gregorius dyaconꝰ vir optimus atqꝫ doctiſſimus: vbi ex ſentētia pontificis oīa pegiſſet: nequaq̄ ocio ⁊ ingenio ſuo abuſus: et libros moraliū in Job cōpoſuit: ⁊ Eutichiū quendā Cōſtantinopolitane vrbis epm̄ ita preſente auguſto diſputationibꝰ ꝯuicit: vt oīa q̄ in libro ſuo de reſurrectōe ꝯſcripſerat: retractare coactus ſit. Dicebat eñ corpus noſtꝝ in illa reſurrectionis gloria vento aereqꝫ ſubtilius futurū: ob eam rem tangi nō poſſe. Quod contra illud dominicū eſt: palpate et videte quia ſpiritus carnem et oſſa non habet quemadmodū me videtis habere. Pelagius aūt vbi Gregoriū rogatu populi romani ad vrbem reuocaſſet: et domum paternam in xenodochion pauperum ſenum redegiſſet: Hermetiſqꝫ martiris cimiteriū ac baſilicā Laurentij martiris a fundamentis extruxiſſet peſtilentia moritur. que tum maxime europam omnem vexabat: anno pontificatus ſui decimo: menſe ſecundo. die decimo. Sepultus eſt autem in eccleſia beati Petri in vaticano. Vacat tū ſedes menſibus ſex: dies octo ⁊ viginti.

## Gregorius.

Gregorius patria romanus: pa-
tre Gordiano: viro ſenatorio: vno
omnium conſenſu inuitus etiam
pontifex creat̃: anno domini. dc.
ac.xix. Monachus nanqꝫ erat: ac leuita. Is
autem cum principis ꝯſenſus requireretur.
(vt antea dixi) nuncios cuꝫ litteris miſerat
qui Mauritium obſecrarent: ne pateretur
electionem cleri et populi Romani ea in re
valere. Intercepte ſunt littere a prefecto vr-
bis: ac diſcerpte: ſcripteqꝫ alie quibus roga-
batur: vt quem populus ac clerus in pontifi
cem legiſſet: eundem imperator confirmaret
quo nihil ei nunciari iocundius ac gratius
potuit: cum ſecum familiariter dum Conſtã
tinopoli erat Gregorius vixiſſet: filiumqꝫ eiꝰ
fonte baptiſmatis leuaſſet. Remittit itaqꝫ
Mauritius nuncios: ac quideꝫ propere qui
Gregorium confirmarent: cogerentqꝫ homi
nem ſanctiſſimum pontificatus gubernacu-
la in tanta ꝑturbatione reꝝ ſuſcipe. Is itaqꝫ
non ſibipſi: ſed vtilitati hominum: ac honori
diuino conſulens: quem certe ob religionẽ ⁊
pietatem rebus om̃ibꝫ ſꝑ antetulerat: ſpre-
tis opibus poſthabitis voluptatibus: atqꝫ
omni ambitione et potentia. Gubernacula
reipublice chriſtiane ſuſcipiens: ita vixit: vt
vſqꝫ ad tempora noſtra neminem ex ſucceſ-
ſoribus parem habuerit: nedum ſuperiorem
vel ſanctitate vite: vel diligentia in rebus a-
gendis: vel doctrina et ſcriptis. Nam et li-
brum de ſacramentis compoſuit: et antipho
narium: tam diurnum ꝙ nocturnum: et com
mentarios in Ezechielem: in q̃draginta euã
gelia: in Iob qꝫ (vt dixi) allegorice ad mo-
res et hiſtoriam reſpiciens: elegãter ſcripſit.
Edidit et libros quatuor in dyalogo. ⁊ li-
brum quem paſtoralẽ appellauit: ad Iohan-
nem epiſcopum Rauennatem de ratione gu-
bernande eccleſie. Inſtituit preterea ne quid
ornatus ⁊ concentus inter ſacrificandũ de-
eſſet: vt antiphone canarentur: hec vulgo in-
troitus vocant. Eius quoqꝫ inuentum eſt: vt
nonies kyrieleyſon caneretur ⁊ alleluia: in-
terpoſitis ſeptuageſime diebus vſqꝫ ad pa-
ſcha. Cantatur etiam poſt euangelium: poſt
communionem ſuo mandato. Ideꝫ quoqꝫ in
canone redegit: dieſqꝫ noſtros in tua pace di
ſponas. Preterea vͦ ſupplicatões maiores
quas greci letanias vocant. primus inſtitu-
it. Stationum quoqꝫ magnam partem: ma-
xime aũt q̃ in baſilica petri habent̃: die nata-
li Hieſu chriſti: in Epiphania: in dominica
paſſione: in albis paſche: in aſcenſione: in pẽ
thecoſte: natalibus apoſtolorum: in tercia do
minica aduentus: in dedicatõne eiuſdem baſi
lice: die feſto ſancti Andree: in cathedra Pe
tri: duꝫ maior letania fit in ſabbato quatuor
temporum. Quid plura de hoc ſanctiſſimo
viro commemorem? Cum omnis inſtitutõ ec
cleſiaſtici officij veteris preſertim ab eo ſit i-
uenta et approbata: quem quidem ordinem
vtinam ſequeremur. Non abhorrent hodie
a lectõe officij viri docti: quemadmodum fa-
ciunt propter barbariem neſcio: quam illi la
tinitati ⁊ compoſitionj additam. Ne vͦ vlla
in re vir ſanctiſſimus eccleſie deeſſet: ſynodũ
habuit apud ſanctum Petrum quatuor et
viginti epiſcoporum: qua certe multa ſuſtu-
lit que nocitura: mula etiam addidit que ꝓ
futura fidei noſtre videbantur. Miſit et vi-
ros optimos in Britaniam: Auguſtinum:
Melitum: et Iohannem: cunqꝫ his mona-
chos quoſdam probatiſſime vite. quoruꝫ mo
nitis ⁊ predicationibus fidei noſtre dogma
Angli tum primum integre receperunt. Re
diere etiam Gotthi Gregorij opera ad vni-
onem catholice fidei. Sunt preterea qui ſcri
bant Gregorium dyalogum ſuum de mori-
bus ad Theudelindam longobardorum re-
ginam miſiſſe: cuius lectione pre ferocem et
indomitum viri ſui Antharis animum ad
religionem et mitiorem cultum redigeret.
Erat enim matrona inſignis: et fidei chriſti
ane ſtudioſiſſima. Nã et baſilicam beati Io
hannis baptiſte Modoetie edificauit. quod
oppidum decem milibus paſſuum a Medio-
lano diſtat. et eandem eccleſiam predijs ac
vaſis aureis ornauit. Ferunt eo tempore: ꝗ
Hermichildus a patre Leuigildo Gottho-
rum rege interfectus eſt: ꝙ fidem catholicaꝫ
confiteretur: Hieſu chriſti tunicam: que ſor-
te vni militũ obtigerat: inuentam eſſe apud
vrbem Zaphat in archa marmorea eo loci
repoſitam Thome Hieroſolimitani epiſco-
pi: et Iohannis Conſtãtinopolitani: ac Gre-
gorij anthioceni tempore. Interea vͦ Mau
ritius ſuperatis in Hetruria ⁊ Campania
Herarcho romano duce: Longobardis in
omnia vicia ⁊ omnem arrogantiaꝫ prolapſis
legem tulit: vt qui romane militie aſcriptus
eſſet: niſi finita militia: aut manchus et debi-
lis ex vulnere factus: deo militare nõ poſſet.
Hãc ob rẽ motꝰ Gregorius hoiem admonet

ne ei⁹ religionē impugnet: cui⁹ benignitate ex
infima ſorte hominum ad ſummum gradum
dignitatis peruenerat. Preterea uo cum Io
hannes Conſtantinopolitanus epiſcopus ha
bita grecorum ſynodo ſeipm̄ oecomenicū: id
eſt vniuerſalem patriarcham creaſſet: monu-
iſſetq; gregorium mauritius: vt Iohanni ob-
temperaret. Reſpondit homo conſtantis in-
genij: et fidei poteſtatem ligandi et ſoluendi
Petro traditam. eiuſq; ſucceſſoribus: nō epi-
ſcopis conſtantinopolitanis: proinde deſine-
ret iram dei in ſe concitare: dum ſeditōes ſtu-
dioſe nimium in eius eccleſia ſerit. Nequaq̄
uo his malis contentus Mauritius: reuoca-
tis militibus ſuis qui in italia erant: longo-
bardos adhortatur: vt ſpretis federibus iam
iactis Romanos adorirentur: quare agilul-
phus ex ciſalpina mouens vaſtatis longe ac
late Hetrurie agris: qua iter faciebat: vrbem
romā magnis illatis calamitatibus integrū
annum obſedit: quo quidem tempore Seue-
rus aquileienſis epiſcopus in hereſim prola-
pſus eſt: que multorum malorum ſeminariū
fuit. Nam ſeuero mortuo aquileienſis eccle-
ſia biffariam diuiſa eſt. cum agilulphus lon-
gobardorum rex Iohannem aquileienſē gre
gorius Candianum gradenſem foro iulianis
epiſcopos prefeciſſent. Agilulphus uo omiſſa
ſpe potiunde vrbis obſidionem ſoluens Me
diolanum redijt. At Mauritius nō ſponte ſ;
coacte penitentia ductus cum gregorio miti-
us agere cepit. q intellexerat quendam mo-
nachi habitu indutum: ſtrictum gladium in
manu tenentem in foro Conſtantinopolitano
clamaſſe: imperatorem breui gladio moritu-
rum. hoc idem eius ſomnium confirmauit: q̄
ſe vxorem ac liberos cedi videbat. Interiā uo
milites ſtipendijs ſuis defraudati: Phocam
centurionem imperatorem creant: et Mauri
tium obtruncāt: vnde vigeſimo imperij ſui an
no. At Gregorius exornatis quibuſcūq; re-
bus potuit baſilicis Romāis: dedicataq; got
horum eccleſia: que in ſubura ē Agathe mar
tiris nomine. Fl. Ricimerij viri ꝯſularis op⁹
(vt littere muſiue indicant) paternam domū
in cliuo ſcauri poſitam nō longe a circomari
mo in monaſterium redegit: quo in loco et ho
ſpites continuo accipiebat: et pauperes vndi
q; confluentes: cibo et potu in vita retinebat
Vir certe omni laude dignus: ſi vitam: ſi mo
res: ſi doctrinam: ſi ſolertiā in rebus tum di
uinis: tum humanis inſpicis. Neq; eſt cur pa
tiamur Gregorium hac in re a quibuſdā lit
terarum ignaris potiſſimum carpi: q ſuo mā
dato veterum edificia ſint dirupta: ne peregri
ni et aduene vt ipſi fingunt ad vrbem religio-
nis cauſa venientes p⁹ habitis locis ſacris:
arcus triumphales et monumenta veterum
cum admiratōne inſpicerent. Abſit hec calū-
nia a tanto pontifice romano preſertim: cui
certe poſt deum patria q̄ vita carior fuit. Mi
ta profecto ex collapſis edificijs exedit vetu-
ſtas. Multa preterea demoliuntur homines
edificandi gratia: vt quottidie cernimus. Im
pacta illa foramina que tum in concauo for-
nicum: tum in coniuncturis marmorū qua
dratorumue lapidū videntur: non minus a
romanis q̄ a barbaris auellendi eris cauſa
crediderim. In fornicibus enim: quo leuior eſ
ſet moles: ollas cū nummiſmatibus colloca
bāt. Lapides uo quadratos eneis clauis fir-
mabant. Factū id quoq; a romanis dixi: epir
rhote: dalmate: pannonij. et fex totius orbis
terrarum huc miſſa romani appellari poſſunt
Gregorius autem confirmata omni ratione
eccleſia dei. anno. xiij. menſe. vj. die. x. pontifi
catus ſui moritur: Phoce uo imperatoris an
no ſecundo: ſepeliturq; collacrimantibus om
nibus in baſilica Petri ante ſecretarium q̄r-
to idus martij. Eius uo in morte menſibꝫ quī
q;. diebus vndeuiginti ſedes romana tum va
cat.

## Sabinianus

Sabinianus cuius patria ignora-
tur. ac merito quidē gregorio ſuc
ceſſit. homo enim obſcuro loco na
tus. obſcurior moribus. rebus geſtis Grego
rij viri ſanctiſſimi aduerſatus eſt. Nam cum
ſuo pontificatu fame laboraretur. inſtarentq;
pauperes. vt pietatē gregorij elemoſinis imi
taretur. nil aliud reſpondebat q̄ Gregorium
popularem famam aucupantem. patrimoni-
um eccleſie largitionibus diſſipaſſe. Paulu-
lum etiam abfuit quin libri eius comburerent
tur: adeo in Gregorium ira et inuidia exarſe
rat homo maliuolus. Sunt qui ſcribant Sa
binianum inſtigantibus quibuſdam romāis
hoc in Gregorium molitum eſſe: q̄ veterum
ſtatuas tota vrbe dum viueret et obtrūcaue-
rit et diſiecerit. quod quidem ita vero diſſonū
eſt. vt illud quod de abolendis edificijs maio-
rum in vita eius diximus. Iacent ſtatue tum
propter vetuſtatem collapſe. tum etiam quia
baſibus ſublatis vel aeris vel etiam marmo-

rum cauſa ſtare tante moles non poterant.
Quod autem capitibus careãt miruȝ nequa
q̃ videri debet: cum ipſius ſtatue caſu ea pars
vtpote fragilior: et ad accipiendam leſionem
paratior potiſſimum frangatur. Sed qd ego
has coniecturas quero? Uidemꝰ ſtatuas ex-
ciſis capitibus nõ diffractis iacere: quia fa-
cilius eſt caput ſtatue q̃ totum corpus defer-
ri: quod hodie quoqȝ fit ab his preſertim: qui
antiquitatis ſtudioſi ſunt. Non eſt igitur cur
tantũ facinus Gregorio obijciatur. Ad Sa-
binianum redeo: cuius hoc fuiſſe inſtitum fe-
runt: vt et ore in eccleſijs diſtinguerentur of-
ficij gratia: et accenſe lampades cõtinuo reti-
nerentur: potiſſimum võ in eccleſia beati Pe-
tri. Sunt qui ſcribant Phoca annuente pacẽ
tum cum longabardis ictam; reddita Agilul-
pho eorum regi filia: que ĩ bello capta fuerat.
Tanta võ hoc tp̄e apparuere prodigia quan-
ta nunq̃ antea: quibus certe future calamita-
tes protẽdebãtur. Nam et cometes viſus eſt
perlucidus: et byſantij puer quadrupes na-
ſcitur. Et apud delon inſulã duo marina mõ
ſtra omnino humanam ſpecieȝ habentia viſa
ſunt: Sirenes fortaſſe fuere Acheloi filie: vt
aiunt poete: q̃ ſi ita fuiſſet: nequaq̃ pro mon-
ſtro habenda erant: cum elementuȝ aque ani
malia terreſtribus ſimilia: in omni ſpecie p-
ducat. Sunt qui ſcribant tempore Sabinia-
ni et iohannem patriarcham Alexandrinuȝ
virum pietate et doctrina inſignem: ⁊ latinia
num epiſcopum carthaginenſem Johanni ne
quaq̃ diſſimilem: dignitatem vtriuſqȝ eccleſie
mirumimmodum auxiſſe. Seuerus quoqȝ la
tiniani familiaris vir doctiſſimus multa tum
in vincentium Ceſar auguſtanum epiſcopuȝ
ſcripſit: qui in arrianum dogma declinauerat
Idem quoqȝ de virginitate librum ad ſororeȝ
ſcripſit: quem aureolum appellauit. At Sabi
nianus cum annuȝ vnum: menſes quinqȝ. di
es. ix. ĩ pontificatu ſediſſet moritur: funuſqȝ
eius a ſancto Johanne per portam a inariaȝ
et pontem miluiam ad baſilicam Petri defer
tur. Uacat ſedes eius morte menſes. xj. dies.
ſex et viginti.

# Bonifacius. iij.

BOnifacius tercius: patria roma-
nus: a Phoca imperatore obtinu-
it magna tamen contentione: vt ſe-
des beati Petri apoſtoli: que caput eſt omni-
um eccleſiarum: ita et diceret ⁊ haberetur ab
omnibus: quem quidem locũ eccleſia conſtan
tinopolitana ſibi vendicare conabatur: fauen
tibus interdum malis principibus: affirman
tibuſqȝ eo loci primam ſedem eſſe debere: vbi
imperij caput eẽt. Affirmabãt romani pon-
tifices vrbem romam vnde Conſtantinopo-
lim colonia deducta eſt caput imperij merito
habendam eſſe: cum etiaȝ greci ipſi litteris ſu-
is principem ſuum
id eſt romanorum imp̄atorẽ vocẽt ipſiqȝ Cõſtã
tinopolitani etiam etate noſtra romei nõ gre
ci vocentur. Omitto q̃ Petrus apoſtolorum
princeps ſucceſſoribus ſuis pontificib᷒ roma
nis regni celorum claues poteſtatemqȝ a deo
ſibi conceſſam reliquerit: nõ conſtantinopoli
ſed rome. Illud tãtũ dico multos principes:
maxime võ Conſtantinum comparande ſyno
di ac diſſoluende: confutandi: vel confirman-
di ea que in ſynodis decreta erant: romane ſe
di tñmodo cõceſſiſſe. Merito igitur ſedes ro
mana ceteris antefertur: cuius integritate ⁊
conſtantia cuncte hereſes confutate ſunt et ex
ploſe. Idem quoqȝ Bonifacius inſtituit ha-
bita ſynodo epiſcoporum duo et ſeptuaginta
preſbiterorum. xxx. dyaconoruȝ trium: ne qs
ſub anathematis culpa in locum demortui
põtificis aut epĩ ſubrogaretur. niſi tercia ſal
tem poſt obitum eius die: vtuc anathematiza
rentur qui largitione et gratia ad pontifica-
tum vel epiſcopatum aditum ſibi quererent.
Uoluit item electionem epiſcopi a clero pari
ter et populo fieri: eamqȝ ita ratam fore: ſi a
principe ciuitatis approbata eſſet: et ſi ſũmꝰ
pontifex deniqȝ his verbis auctoritatem ſuaȝ
interpoſuiſſet: volumus ⁊ iubemꝰ: ſancta q-
pe inſtitutio et pernecceſſaria noſtris preſertiȝ
temporibus: quibus in peius omnia dilabun
tur. Eſt enĩ ſimile veri clerum et populum ac
principem ciuitatis: ſi libera ſuffragia ſunt ĩ
alium electuros. q̃ qui merito poſſit et debe-
at alijs preeſſe: quod eſt epiſcopi propriuȝ: vt
vocabuli ethymologiã. huic rei accomodatã
repetamus. Licet reuera (pace bonorum di-
cam) multi epiſcopatum deſiderent explende
auaricie et libidinis ſue cauſa: non quo com-
muni vtilitati: vt eorum expoſcit officium et
nomen conſulant. Queritur enim quãtuȝ red
dat epiſcopatus: non quot oues paſcue in eo
ſint: ſed de his ſatis. Ad Bonifacium redeo:
cuius cum vita: vt video etiam decreta extin-
cta ſunt: pontificatus ſui menſe nono. Sepul-
tus eſt autem in baſilica Petri. Uacat tuȝ ſe-
des menſe vno: diebus ſex.

# Bonifacius. iiij.

BOnifacius quartus: natione mar
ſus: patria valeriēſis: patre Iohā
ne medico templum ſancte Ma-
rie rotūde: quod veteres Pantheon: quia cy-
beli et omnibus dijs cōmune eēt a phoca im-
peratore obtinuit: cōſecrauitqꝫ quarto idus
maij. in honorem beate virginis omniumqꝫ
martirum: eiectis prius gentium ſimulacris
luſtratoqꝫ templo. Unde poſtea virgo ad mar
tires appellata eſt. Hoc eodem tempore perſe
rege Coſdra in romanas prouincias irrum-
pentes: ſuperato phoce exercitu hieroſolimā
occupant. Templa xpianorum ꝓphanant et
diripiunt. Lignum dominice crucis inde au-
ferunt. Zachariam virum ſanctiſſimum eiuſ
dem ciuitatis patriarcham in captiuitatem
abducunt. Hanc ob rem ab omnibus: potiſſi
muꝫ vō a ſenatu ſpretus phocas: ab heraclio
copiarum et aphrice prouincie duce imperio
ac vita priuatur. Cacannus vō bauarorum
rex per Pannoniam et illiricum ī italiam ir-
rumpens: longobardorum reges ita ſuperat:
vt paulum abfuerit quin prouinciam ipſam
caperet: ita tamen forum iulij proditōne Ro-
milde eius amore capte diripuit. vt vix ipſius
prouintie cernerentur veſtigia. Dum hec age
rentur in italia: Iohannes gerundenſis epi-
ſcopus religionem xpi predicatōe et ſcriptis
vbiqꝫ tuebatur. Hic eīn genere gotthus: in lu
ſitania natus: vbi ſapere aliquid per etatem
cepiſſet: Conſtantinopolim proficiſcens: ita
grece et latine doctus inde diſceſſit: vt in Lu-
ſitaniam rediens: arrianam hereſim: que tū
inualuerat facilime confutaret: hanc ob rem
Barchinonam ab hereticis relegatur. Verū
poſtea mortuo Lemungildo rege: qui hereti-
cis fauebat: in patriam rediens: et multa ſcri
pſit ad doctrinam noſtram pertinentia: et mo
naſterium cōdidit. rationemqꝫ viuendi mona
chis ſcripſit. Eutropius quoqꝫ valentinꝰ epi-
ſcopus hiſpanos doctrina et exemplo in fide
cōtinuit. Preterea vō Columbanꝰ abbas vir
ſanctiſſimus genere gotthus (vt quidam af-
firmant) ex Scocia in burgundiam primo ve
niens: lixonem ſe monaſterium egregium id
quidem extruxit: inde in italiam abiēs apud
Bobium in appennino aliud monaſteriū am
plum ſane edificat inter hetruſcos: lygures ⁊
inſubres. His autem hac in re nequaꝗ̄ cedēs
Bonifacius pontifex domum paternaꝫ ī mo
naſterium redigit: fundoſqꝫ ſuos monaſterio
aſcribit in monachorum vſum. Verum n̄ ita
multo poſt diem extremum obiens: ſexto pon
tificatus ſui anno: menſe octauo: die. xiij. quo
quidem tempore peſte: fame: et inundatione
aquarum laboratum eſt: ſepelitur in baſilica
Petri. Vacat tum ſedes eius morte mēſibus
vij. diebus quinqꝫ et viginti.

# Deuſdedit

DEuſdedit patria romanus: patre
Stephano ſubdyacono: pontifica
tum omnium ſuffragijs adeptus:
clerum mirumimmodum dilexit et auxit. Fe-
runt quidam hunc tante ſanctitatis fuiſſe: vt
quendam obuium elephantie morbo laboran
tem: oſculo ſuo lepra ſtatim liberauerit. Con-
ſtituit auteꝫ vir optimus: ne filius patrini pu
ellam e ſacro fonte a patre leuatam ducere in
vxorem poſſet. Eodem quoqꝫ tempore Hera-
clius magno compato exercitu multas proui
cias a perſis occupatas in poteſtatem ſuam
redigit. Ducem Perſarum ſingulari certami
ne ex equo deturbat et interficit. Coſdroeꝫ re
gem perſarum opprimit: filium eius captum
et baptizatum in regnum paternum reſtituit
Perſidem ingreſſus: turriꝫ coſdroe theſauris
plenam capit: quorum partem militibus tri-
buit: partem vō reparādis templis: que Per-
ſe diripuerant et vaſtauerant deſignat. Ipſe p̄
tera alia onuſtus preda cum ſeptem elephan-
tis hieroſolimam rediens crucem domini a p̄
ſis ablatam ſecum deferens eo loci reponit: ī
quo antea fuerat. Captes a Perſis in patri-
am remittit. Rediens deinde cōſtantinopoliꝫ
litteris et ocio delectatus: ad aſtrolagiam ſe
contulit. Sororis tamen ſue filiam tātus im-
perator contra ius faſqꝫ in vxorem accipit: et
vt ſceleri ſcelus adderet: quod fieri conſueuit
vbi quis in peiora labitur: ad Eutichianos
tranſijt: eo potiſſimum tempore: quo Anaſta
ſius Perſa monachus ſub nomine xpi a ſuis
captus martirium paſſus eſt: cuius reliquie
poſtea Romam aducete ſunt: et ī monaſterio
beati Pauli ꝓpoſite ad aquas ſaluias vt vul
go dicitur. Ferunt eodem tempore Siſebutuꝫ
gotthorum regem plurimas hiſpanie ciuita-
tes: que ad romanos defecerant in fidem rece
piſſe: iudeoſqꝫ omnes ī regno deprehēſos gra-
uioribus ſupplicijs ad xpi fidem compuliſſe
rogatu (vt aiunt) Heraclij. q in fatis habue-
rat: ſibi cauēdū a circūciſis eē: cum tn̄ poſtea

haud ſatis fati neceſſitatem circumſpiciens a ſaracenis circūciſionem obſeruātibus oppreſſus ſit. Agebantur hec in oriēte: nec ſuis athletis pro fide xp̄i carebat occidens. Arnulꝰ enim metenſis epiſcopus cōſilio et ſanctitate Dagobertum francorum regem in officio cōtinebat: adiuuante amando traiectēſi epiſcopo: viro quidem optimo: et religionis xp̄iane defenſore acerrimo. Hiſpanus quoqꝫ yſidorꝰ hiſpalenſis epiſcopus leandri ſucceſſor mlta tum ſcripſit que fidem xp̄ianam mirifice iuuant. De ſummo enim bono: de viris illuſtribus: de vocablis grāmatices ⁊ ethymologijs libros compoſuit. Hiſtoriam preterea ab adā vſqꝫ ad tempora heraclij: vitas quorundā ſanctorum: hiſtoriam longobardorum: et breuē quandam coſmographiam ſtilo ſatis eliganti edidit. In eo homine pluris facienda eſt certe ſanctitas ꝙ eruditio. Sunt qui ſcribant iſidorum germanum fuiſſe: quamq̄ hiſpani hūc ſuum eſſe affirment: vtcūqꝫ ſit ſatis cōſtat: eū fuiſſe quauis laude dignum ob doctrinam et ſanctitatē. Deus autem dedit cuius tempora ad hec etiam que diximus notiora fecere: et terremotus: et ſcabies quedam ita ad elephanciam tēdens: vt deformitate cognoſci homines non poſſent: moritur pontificatus ſui anno .iij. die tercio et vigeſimo ac ſepelitur in baſilica petri ſexto idus nouembris: eius morte epiſcopatus tum vacat menſem vnū. dies xvj.

# Bonifacius .v.

BOnifacius quintus: natione campanus: patre iohanne: eo tempore pontificatum inijt: quo eleutherius patricius Romam ab heraclio miſſus: vidicata iohannis herarchi morte ſemetip̄m regem italie creat. At vō cum romam proficiſceretur a militibꝰ ſuis necatur: eiuſqꝫ caput cōſtantinopolim mittitur. Huius in locum poſtea Iſatius patricius cōſtantinopolitanꝰ Herarchus ſuffectus eſt. At theudelinda (vt diximus) mortuo adoaldo marito: vna cū filio regnum longobardorum ſapienter et integre gubernans: inter longobardos et italos pacem decennio continuit: eccleſias multas donis et muneribus exornauit: fundos quoqꝫ his adiecit: quorum prouentibus ſacerdotes vterentur. Anno vō duodecimo Heraclij mahometus arabs: vt quidam volunt: vt alij perſa: nobili genere natus: patre qui deos gentium coleret: matre hebraica Hiſmalielitici generis: magnum in xp̄iano populo excitauit incendium: et ita magnum vt verear ne eius ſecta noſtra potiſſimum etate reliquias xp̄iani nominis penitus extinguat: adeo et peſcimus et animo ac corpore languidi interitum noſtrum expectantes concidimus. Inualeſcit eꝰ ſecta nunc multomagis ꝙ antea. Nam tota Aſia et aphrica magnaqꝫ pars europe Mahometanis principibus ſubiecta eſt. Inſtant nunc turci terra ac mari: vt nos tāꝙ cuniculos ex his Europe lateribus eruant: Sedemus ocioſi. alter alterū expectantes: quaſi ħ malū vniuerſe reipublice xp̄iane nō imineat Expectant ſacerdotes: vt a ſecularibus hoc tātū bellū et tamneceſſarium ſumatur. Expectant item ſeculares: vt preſbiteri tuende religionis cauſa pecunias in ſumptꝰ bellicos polliceantur et ſubminiſtrent: nec in peiores vſꝰ effundant: quemadmodum facere pleriqꝫ cōſueuere. pecunias elemoſinis et ſanguiē martirum comparatas. in aurea et argentea vaſa et pregrandia quidem fundentes. paruū ꝺ futuro ſoliciti: dei quem tantum vtilitatis gr̄a colunt: et hominum contemptores. Ad Mahometum redeo: virum adeo verſutū et acris ingenij: vt cū int̄ xp̄ianos diu verſatꝰ eſſet. omneſqꝫ omnium qui ante fuere ſectas cognouiſſet: nouam quandam ſuperſtitōnem introduxit: vt videmus: qua prope noſtra religio extincta eſt. Auſus eſt etiā comparato ingenti arabum exercitu fines romani imperij turbare: cuius motus heraclius cito cōpeſcuit: ſolicitatis eius ad defectōnē militibus pollicationibus et premijs. Bonifacius autem pontifex vir ſingularis humanitatis et clementie magna in omnes benignitate et gratia vtens: nullum genus officij (quod bonum paſtorem deceret) pretermiſit. Inſtituit preterea ne qui ad eccleſias confugerent inde vi retraherentur: neue Acholyti reliquias martirum attractarent: quod eſt preſbiterij: aut ſubdyaconi officium. Mandauit item vt quouis in loco ſacrilegi anathematizarentur: vtue teſtamētum iuſſu principis vbiqꝫ valeret. Cimiterium autē beati Nicomedis fecit et dedicauit. In clericos vō integre viuētes vnice liberalis ⁊ munificus fuit. Gallus autem beati columbani diſcipulus: ita in occidente tum viuebat: vt etiam in vita ſancti nomen mereretur. Huius veſtigia ſecutus eſt Euſtachius abbas: ſecuta et ſancta aurea: in cuius honorem beatus Elidius monaſterium virginum edificauit. Ferunt etiam Baſilium quendā Iſidoro eq̄lem vita. moribus et doctrina inſignem tum habitum fuiſſe. Moritur autem bonifacius pontificatus ſui anno quinto: die decimo: et i

baſilica Petri collachrymantibus oīb⁹ ſepelitur. Eius autem in morte diebus tredecim ſedes tum vacat.

## Honorius

Honorius natione campanus: patre petronio viro cōſulari: eo tempore pontificatum iniit: quo theudelinda moritur: eiuſq; filius Adoaldus e regno deiicitur: ſuffecto in eius locum arioaldo. Inſtabat tum (vt dixi) Heraclius qui d̄ perſis triūphauerat: vt omnes iudei imperio ſubiecti baptizarētur. Hanc ob rem ſaraceni et arabes arma ſumentes a natiuitate xp̄i anno ſexcenteſimo tercio ac vigeſimo: ita Heraclij duces ſuperarunt: vt hominem felicem primo mox infeliciſſimum reddiderint: duce mahometo: qui cum magnum ſe dei prophetam aſſereret: magicis artibus aſianos et aphricanos deludens: ita populos quoſdam concitauit noua a ſe religione imbutos: vt paulū abfuerit quin omnino imperij nomen delerent: capta alexandria: multiſq; alijs Syrie et Cilicie vrbibus: Saracenos ſectatores ſuos habuit: a Sara abrahe legittima vxore ita appellatos: quaſi legittimos diuie profeſſionis ſucceſſores et heredes. Secutus eſt homo callidiſſimi ingenij hac in re Hieroboaz exemplū qui tribui ſue alios colendi ritus conſcripſit: ne vnq̄ iudeorum imperio ſubeſſent. Idē poſtea fecere greci a catholicis diſſentientes: nō ob religionem tm̄modo: ſed ob imperium: cuius gratia Neſtorianorum. iacobitarum et hebionitarum errores ſecuti ſunt. Verū poſtremo hac pertinacia eo deducti ſunt vt vna cuʒ religione et ſecta imperium omnino amiſerit in turpiſſimam ſeruitutem redacti. Mahometus autem (vt in alcorano legitur) quo magis ſectatores ſuos a religione xp̄iana ſe iungeret hereticos quoſdā in componendis legibus: maxime vō Neſtorianos ſecutus eſt. multa hincinde contra legem Moyſeos et euangelij dei aſtute colligens: ac ī vnum quaſi corpus redigens. Ferunt heraclium tum quideʒ deſperatione et fedam pacem cum ſaracenis iniiſſe: et Pyrrhi patriarche Conſtantinopolitani et Cyrri alexandrini epiſcopi fraudibus deceptum. in hereſim quoq; monothelitarum incidiſſe: vnam tm̄modo voluntatem ī xp̄o eſſe dicentiū: vnde nomen accepere. Hos tamen poſtea tanti erroris auctores hortante honorio. et verum ante oclos litteris ⁊ nūcijs ponente: relegauit Heraclius. Honori⁹ autem a rebus externis aliquantulum quietis adeptus: doctrina morib⁹ ſanctiſſimis omnem prope clerum renouauit. Baſilicam beati Petri tegulis eneis ex ioue capitolino ſumptis cooperuit. Edem agnetis martiris via momentana: vt carmen in apſide indicat: edē Pancracij via aurelia reſtituit. Templa q̄ʒ anaſtaſij ad aquas ſaluias: templuʒ quatuor coronatorum martirum: templum beati Ciriaci via hoſtienſi miliario ſeptimo: templū ſeuerini apud vrbem Tyburtinam magnificētiſſimis operis edificauit: et argento et auro porphireticis: et marmoreis lapidibus incruſtatione parietum; opere tectorio: opere v̄miculato exornauit. Reſtituit etiam cimiteriuʒ Marcellini et petri via lauicana. Eccleſiam quoq; beate agnetis. apud ſanctuʒ Silueſtrū eccleſiam beati hadriani in tribus foris hui⁹ mandato et impenſa edificatas fuiſſe ſcribūt nonnulli: vt vō vnoq̄q; ſabbato a ſancto apolinari ad diuum Petrum iretur cuʒ letanijs primus inſtituit. Moritur autem vir ſanctiſſimus anno pontificatus ſui duodecimo: mēſe vndecimo: die. xvij. ac in baſilica Petri ſepelitur quarto idus octobris. Eius morte annum vnum: menſes ſeptem: dies deceʒ et octo ſedes interim vacat.

## Seuerinus

Seuerinus patria romanus: patre Labieno: in demortui Honorij locuʒ ſubrogatus: ab Iſatio totius italie Hexarcho in pontificatu confirmatur. Vana tunc enim habebatur cleri electio: niſi id imperatores: aut eoruʒ hexarchi cōfirmaſſent. Iſatius itaq; ob eam cauſam romam p̄fectus: cuʒ pontificem confirmaſſet: ne gratuito tātū laboris ſuſcepiſſe videretur: thezaurum et ſacrarium baſilice lateranenſis adiuuātibus romanis quibuſdam ſpoliat: reſiſtētibus aliquādiu: fruſtra tamen ſacerdotibus templi: quorum primates omnes poſtea ī exilium miſit. Indignabatur enim Iſatius eos tantū in thezauris habere: neq; quicq̄ ī vſus bellicos cōferre: p̄ſertim cū milites inopia rerū omniū tūc laborarent. Hui⁹ prede partem

militibus conceſſit:partem ſecum rauennam
detulit:reliquum vo ad imperatorē miſit. Sa
raceni autez:quos precio conductos ab hera
clio diximus:cuz eis auare maligneqꝫ pacta
merces perſolueretur:in ſyriam profecti: da
maſcum imperio ſubiectam vi capiunt. Dein
de vo cum reliquis arabibus:qui domi remā
ſerant coniuncti cōmeatibus et armis adiuti
mahometi furore incitati:pheniciam:egyptū
peruagati:reſiſtentes tum imperio ſuo:tū le
gi mahometane paſſim cedunt. Verſi deinde
in perſas.ormiſda perſarum rege interempto
non prius vaſtandi omnia finem fecere ꝙ ſara
cenorum legem et imperium ſuſcipiunt. Rex
Heraclius audita ſaracenorum licētia:capta
preſertim Antiochia:veritus ne hieroſolimā
occuparent:crucem domini Conſtantinopo
lim deferendam curauit:ne iterum in agare
norum manus deueniret. Agarenos eniz gre
ci arabas appellarunt ob ignominiam: quaſi
ab Agar ancilla abrae ortos:neqꝫ ita. multo
poſt hieroſolima capta eſt. Mahometo autē
(vt quidam ſcribunt)ad Mecham mortuo ī
principatu Calipha ſuccedit. poſt hunc Hali
quo quidem pulſo: ꝙ nimium ſuperſtitioſus
eſſet:alterum Caliphum ſibi ducē egyptij cre
auere. Ferunt tum etiam nequid calamitatis
deeſſet:quod romanum vexaret imperiū:Si
ſebutum gotthorum regem omēs hiſpanie ci
uitates Romanis adueniſſe: ac tum demum
romanos imperare in hiſpania deſijſſe. Seue
rinus autem pontifex vir ſingularis pietatis
et religionis:amator pauperum:in calamito
ſos benignus:in omnes munificus: in repa
randis templis ſplendidus: pontificatus ſui
anno primo:menſe ſecundo:moritur ac ſepeli
tur in Baſilica Petri quarto nonas Augu
ſti. Vacat tū ſedes menſes quatuor: dies vn
detriginta.

# Johannes .iiij.

IOhannes quartus:natōne dalma
ta:patre Venantio:pontificatum
iniens:ſtatim mira pietate vſus eſt
Ex reliquis ei thezauris:quos Iſatius apd
lateranum reliquerat captiuos omnes:quos
potuit Iſtrios et dalmatas a captiuitate re
demit. Interea vo Rhotaris:qui Arioaldo
in longobardorum regnum ſucceſſerat:licz iu
ſticia et pietate inſignis habitus ſit: ad arria
nos tamē declinat:paſſuſqꝫ eſt:vt eodem tem
pore omnibus regni ſui ciuitatibus duo epi
ſcopi pari poteſtate preeſſent:alter eñ catholi
cus:alter arrianus.habebatur. Tanti prete
rea ingenij fuit:vt leges que ſola memoria et
vſu retinebātur in ſeriem quandam redigerit
codicemqꝫ ipm edictum appellari preceperit.
In re autem militari ita preſtans fuit:vt He
truriam omnem et Lyguriam cum ora mari
tima Maſſiliam vſqꝫ in ſuam redegerit pote
ſtatem. Anno deinde ſexto regni ſui moriens
Rhodoaldo filio regnum reliquit. Ferunt ſa
cerdotem quendam Rhotaris corpus apud
templum Johannis baptiſte ſepultuz: noctu
aperto tumulo ſpoliaſſe:ſolent enim precioſa
quedam cum regum corporibus reponi. Hāc
ob rem beatus Johannes homini apparens
ei mortem interminatus eſt:ſi deinceps tem
plum ſuum ingrederetur. Huic enim ſancto
Rhotaris mirumimmodum in vita deditus
fuerat. Idem contigit temporibꝫ noſtris alo
uiſio cardinali patriarche aquileienſi. Eru
to enim ſepulchro ab his ſpoliatur: quos ipſe
ex infima ſorte hominum ad dignitatez ſacer
dotalem et meliorem fortunam erexerat. Rho
doaldus igitur regni gubernacula ſuſcipiens
Gundibergam regine Theodelinde filiam ī
vxorem accipit:que religionem matris imita
ta:vt illa Modoecie:ſic ipa Tarracine Jo
hannis baptiſte templuz edificat: plurimoqꝫ
auro et argento exornat. At Rhodoaldus in
adulterio deprehenſus:a marito adultere in
terficitur. Huic autez ſucceſſit Aripertꝰ Gu
ndualdi filius: Theodelide regine frater: qui
apud ticinum ſaluatoris oraclum condidit:
varijſqꝫ ornamentis inſigniuit et fundis dota
uit. Johannes autem pontifex veritus ne cor
pora Vincentij et Anaſtaſij aliquando ī ma
nus barbarorum deuenirent: vt Romaz ꝙdi
ligentiſſime ferrentur curauit:ac iuxta fontē
lateranenſem in oratorio beati Johannis ba
ptiſte magna cū veneratione collocauit. Sūt
qui ſcribant huius pontificis tempore et Vi
centium Beluacenſem epiſcopum et Muar
dum archiepiſcopum Remenſem ſanctitate
et doctrina in precio fuiſſe. His addunt ⁊ Re
ginulpham gallam matronam genere et ſan
ctitate inſignem.et Renaldum Traictenſem
epiſcopum:vita et miraculis clarum. Iudocꝰ
quoqꝫ his nequaꝙ inferior ē habitus:q Bri
tonum regis filius ſpreto regno:cum aliꝙ
diu in heremo vixiſſet: tandem in pago pon
tio moritur. Johannes autem pontificatꝰ ſui
anno primo:menſe nono:die nono moriens: ī
Baſilica Petri ſepelitur quarto idus octo
bris. Vacat tum ſedes menſem vnuz:dies tre
decim.

## Theodorus

Theodorus natione grecus. patre
Theodoro epiſcopo hieroſolimis
oriũdo: pontificatũ iniens. omĩa
que ad dignitatẽ religionis chriſtiane ꝑtine
re arbitrabaẽ circumſpiciebat. vt bonum pa
ſtorem decet: in oĩs. marie aũt erga paupes
mira benignitate vtens. Interea vͦo Heracli
us trigeſimo imperij ſui ãno morbo intercuti
neo perijt: cum paulo ante Theodorũ cogno
mento Caliopã mortuo Iſatio Herarchum
in ytaliam miſiſſet: In locũ vͦo demortui He
raclij prio ſufficitẽ Conſtãtin⁹ filius: q q̃rto ſu
ſcepti impij mẽſe veneno opprimiẽ Martine
nouerce et Heraclionis inſidijs: q̃s qdem ad
tantũ facin⁹ (vt aiũt) Phirrus pͥarcha in-
ſtigauerat. Heracleõ itaqꝫ mortuo frẽ impe-
rium occupat. eo potiſſimũ tpe. q̃ Cir⁹ Ser-
gius et Phir⁹ acephalorũ hẽſiꝫ inſtaurãtes
vnã opatione in xp̃o humanitatis ſcꝫ et diui-
nitatis. vnãqꝫ volũtateꝫ predicabãt. Ex his
aũt Pirhus audita Heraclij morte redeũdi
in patriam cupid⁹. ex Aphrica vbi exulabat
Romã veniẽs: ac errati veniã petẽs ñ ex aio.
ſꝫ ficte a Theodoro viuẽdi forã ꝫ accepit. Ue
rũ pri⁹ vitã amiſit quã tãto ſcelere q̃ſitã digni
tatem potuerit obtinẽ. Senat⁹ ei pplꝰqꝫ Cõ-
ſtantinopolitan⁹ cognito ſcelẽ in Martinaꝫ
Heracleonẽqꝫ ꝯſurgẽs: cum hũc naſon illã li
guam mutilatã relegaſſet. Pirrhum de fuga
retractum interficit. Conſtãtium vͦo Cõſtã-
tini dolo necati filiũ impatoreꝫ creat. in locũ
aũt Pirrhi Paulum ep̃m ſufficit: quẽ Theo
dorus pontifex romanus digtate ꝑuauit: q̃a
orthodoxe fidei normã ⁊ ratõeꝫ ſuſcipe recu
ſabat: adiuuãte eius ſtulticiã Cãſtantõ in eã
dem hẽſim ſtolide nimiũ ꝓlapſo. Conuerſus
deinde ab hꝫ certamĩe põtifex adornãda cor-
pa ſanctoꝝ: Primi et Feliciani martirũ re-
liquias ex arenario vie nomentanee ablatas
in vrbem deferẽs in baſilica Stephani pro-
thomartiris ĩ celio mõte collocat. multis or-
namentis. tum ex argento: tum ex auro adhi
bitis. Idem quoqꝫ baſilicam edificat via flã
minea non longe a ponte miluio: ⁊ ſtatim de
dicat duo poſtremo oratoria conſtruxit et or
nauit. quorum alterum erat apud lateranẽ-
ſem baſilicam beato Sebaſtiano. alterũ vͦo
via hoſtienſi Eupulo martiri dedicatũ. His
ita conſtanter et ſancte peractis: moritur põ-
tificatus ſui anno ſexto. menſe q̃nto: die deci-
mo octauo. ſepeliturqꝫ in baſilica Petri pri-
die idus Maij. Epiſcopatus autem diebus
duobus et quinquaginta. tum vacat.

## Martinus .j.

Martinus primus: patria Tuder-
tinus: patre Fabricio. in Theo-
dori locum ſuffectus. legatos ſta-
tim Conſtantinopolim miſit qui paulum ad
hortarenẽ. vt obmiſſis erroribus ſuis aliquã
do veritatis callem ingrederetur. Is autem
non modo pontifici benemonenti non obtẽ-
perat. verũ etiaꝫ eius legatos Conſtantij au-
toritate abuſus: in diuerſas inſulas relegat.
Quam ob rem indignatus Martinus ſyno
dum centu ⁊ quinquaginta epiſcoporuꝫ Ro-
me habuit: in qua Ciri alexandrini Sergij
ac Pirrhi damnationem renouauit: et Pau
lum patriarcham omni anathematis vincu-
lo damnatum priuauit. Interea vero dũ hec
ita agerentur. pax ytalie que inter romanos
et longobardos annis triginta durauerat:
turbari iam cepta eſt: longobardis oĩa ad
vtilitatem ſuã trahentibus: ꝯtra vͦo recuſan
tibus romanis. que preter ius faſqꝫ manda-
rentur: maxime vͦo cuꝫ Rotharis arriana la
be inquinatus. nullam ferme ciuitateꝫ habe
ret: cui non arrianum pariter et catholicum
ep̃m ꝑpoſuiſſet. Hũc aũt errorem emẽdare co-
nati Theodorus et Martinus rem ſepi⁹ fru
ſtra temptauerant. Ob has igitur cauſas in-
ſtante etiaꝫ Theodoro ytalie Herarcho. bel
lum longobardis indicitur. Non detrectarẽ
illi certamen. ad ſcultennam ſiquidem Mu-
tine amnem acriter vtrinqꝫ pugnatum ẽ: tan
dem vͦo Theodorus ſuperatus funditur et
fugatur: quo quideꝫ in prelio ex ſuis ad ſeptẽ
milia deſiderati ſunt. Rhotaris auteꝫ tanta
victoria elatus: liguriam omnem haud ma-
gno negocio breui in poteſtatem ſuaꝫ redigit
interea vͦo Conſtantius fortunam cum du-
ce mutaturus. reuocato Theodoro Olimpi
um Herarchum in ytaliaꝫ ſtatiꝫ mittit: qui
primo quideꝫ ⁊ Monthelitharum ſectam ꝑ
omnem ytaliam ſpargeret. et martinũ pon-
tificem. aut interficeret: aut captum ad ſe per
ducendum curaret. At Olimpius romaꝫ ve
niens: vbi iam ſinodus habebatur. contra
hunc atqꝫ alios orientalis eccleſie errores:
cum virus conceptum ſpargere non poſſet.
lictorem ſuum immiſit: qui Martinum in ec
cleſia ſancte marie maioris caperet et ad ſe
perduceret. vel ſaltem parere recuſantem in-
terficeret. Facturus mandata lictor dei mi-
raculo ſubita cecitate corripitur. atqꝫ ita di
uine maieſtatis nutu tantum diſcrimen tum

Martinus euaſit. Hac vō orientalis et occidentalis eccleſie diſcordia freti ſaraceni Alexandria cuꝫ ingenti claſſe ſoluentes Rhodū peruenē. captaqꝫ vrbe Coloſſum fama celeberrimum demoliti ſunt ex cuius ere noningentos camelos onuſtos ferunt. Erat eñ. lxx. cubitorum cuius auctor Chares Lyſippi diſcipulus habitꝰ eſt. Deinceps vō occupatis mlˀtis Egei maris inſulis in Siciliam nauigātes: multa damna ſiculis intulere: quod Olipius Martini precibus motus eos inſula depulit: non ſine magna nauium militū ac ſui ipſius iactura: ibi eñ morbo correptus moritur. Conſtantius vō tot calamitatibus nihilo melior factus: Theodorum caliopam cuꝫ his mandatis iterum in ytaliaꝫ mittit: vt p̄mo quoqꝫ tempore Martinum pontificē ad ſe vinctum mitteret: eiqꝫ rei ſocium addidit Paulum pellarium: qui tātuꝫ facinꝰ curaret Theodorꝰ a Romanis perbenigne exceptꝰ cum ſalutandi cauſa adire pontificem ſimularet: homini cathenas iniecit: eūqꝫ Conſtātinopolim mittit. Unde poſtea in cherſoneſū ponti exilij cauſa deportatur: vbi quondā beatus Clemens Romanus preſul exulauerat Martinus autē multis calamitatibus circūuentus: ac inopia rerum omniū preſſus: tādem in exilio moritur. pontificatus ſui anno vj. menſe vno: diebus ſex et viginti. Sedes autem Rome. xiiij. menſibus tuꝫ vacat: quia nil certi de ſanctiſſimi viri morte habebat.

## Eugenius. j.

Eugeniꝰ primꝰ: patria romanꝰ pr̄e Ruffiniano e celio monte. Martino in pontificatu ſucceſſit: eodē ferme tempore. quo Petrus in locum Pauli heretici Conſtantinopoli ſufficitur. Hic eñ etſi melius aliquantulum de religione ſenſit q̄ Paulus: nō tamē vſqꝫ adeo eandeꝫ fidei normam tenuit. quam ſancta romana eccleſia p̄dicat et ſeruat. Cuiꝰ quidem littere Romaꝫ miſſe duas operationes ⁊ voluntates in chriſto negantes ita ſunt exploſe: vt clerus ipſe interdicere pontifici auſus ſit: quo minus in eccleſia ſancte Marie maioris ſacrificaret: niſi prius tam prophanas litteras reieciſſet. Interea vō Grimoaldus dux bñuētanus Romoaldo filio Beneuēti duce relicto: cum ingenti exercitu in Galliam ciſalpinaꝫ mouēs Papia Pertheritem: Mediolano Gundibertuꝫ Aritheperti filios expulit. Quod vbi Clodoueus francoruꝫ rex intellexiſſet: caſuꝫ adoleſcentum miſeratus: magnas copias ſtatiꝫ in ytaliam miſit: que adoleſcentes in regnū paternum reſtituerent. In tranſpadana regione prelium vtrinqꝫ magna animorum concitatiōe ꝯmittitur: cum illi redire in ditionē paternam: hic retinere bello partum conarētur. Tandeꝫ vō ſe inclinante ad Grimoaldū fortuna fuſi ac fugati galli ytaliā expellunt. Sunt tamē qui ſcribāt gallos hac ratione deceptos eſſe. Lōgobardi eñ ſimulata fuga caſtra rerum omniuꝫ copia ac vini potiſſimum plena relinquentes haut longe in inſidijs cōſtiterant. Galli vō caſtra ingrediētes rati veram eſſe hoſtium fugam: in omnem voluptatem effundūtur: epulis ⁊ vino replentur: quare ſuperuenientibus hoſtibus cū ſomno etiam grauati paſſim veluti pecora ſine cuſtode iacerent. ita ab hoſtibus ceduntur: vt vix nuncius ſuperfuerit: qui tantam cladem Clodoueo nunciaret. Hac victoria fretus Grimoaldus: omnem prouinciaꝫ ſtatim in poteſtatem ſuam redigit. Eugenius autem pontifex: vir mire pietatis: religiōis: māſuetudis: comitatis: munificētie: pontificatꝰ ſui āno ſecūdo. m̄ſe nono moritur. ac in baſilica Petri ſepelit quarto nonas iunij. Vacat tum ſedes mēſeꝫ vnum. dies octo et viginti.

## Vitalianus

Vitalianus patria ſignimus ex oppido volſcorum: patre Anaſtaſio eo tempore pontificatuꝫ inijt. quo Ceſarea perſarum regina neſciēte marito cū paucis fidelibus Conſtantinopolim venit: āno ſexcenteſimo tercio ac. lxxx. Que quidem ab imperatore honorifice ſuſcepta: nō multo poſt karacterem baptiſmi ſuſcepit. cuius rei cauſa profecto venerat. Hoc vbi intellexiſſet perſarum rex: legatos ſtatim Conſtantinopolim mittit: qui vxoreꝫ ab imperatore repetāt Reſpondet imperator in arbitrio regine eſſe ſtandi vel diſcedendi: proinde eam ſciſcitentur. Interrogata regina reſpōdet. nūq̄ redituraꝫ i patriā: niſi rex chriſtiani nomē ſuſciperet: qui ſtatim re cognita cum q̄dragita milibus hoim Cōſtātinopoli pacato agmie veniens: perbenigne ab impatore ſuſceptus: vna cuꝫ militibꝫ ſuis baptizatꝰ: i regnū cū vxore reuertit̄. Pꝰea vō conſtātiꝰ cōſtantino filio i partem imperij ſuſcepto: comparata ingenti claſſe Conſtantinopoli ſoluens. Tarentum peruenit: copias etiam terreſtres na-

nibus onerarijs ſecum vehens. Inde vͦ terre
ſtri itiere in Samniuz veniens: obſidere Be-
neuentuz inſtituerat. Verū vbi intellexit vrbē
valido preſidio: multiſqz cōmeatibꝫ Rhomo
aldi diligentia munitaz eſſe: Luceriam mo-
uens: vrbem vi cepit: ac direptaz ſolo equit.
Inde autē acherontiam ꝓfectus cum vrbem
munitiſſimā capere nō poſſet: Beneuentū op
pugnare adhortus ſtatiz obſidionē ſoluit: ꝙ
intellexerat Grimoaldum prope diē cum ma-
gnis copijs affuturū: vt filio Romoaldo opē
ferret. Neapolim igitur prius: mox romam in
de Conſtantius petens: magna incōmoda in
itinere paſſus eſt. Saburro aūt ciue romano
cum. xx. milibus hominum apud Phormias
relicto: qui hoſtes reprimeret tandez ad vrbē
ꝑuenit. prodeunte obuiā pontifice cuz clero ⁊
populo vſqz ad ſextuz lapidez honoris cauſa
Ductus per vrbez plaudente multitudine ad
baſilicaz Petri palliū auro intextū ſancto
obtulit. Interiz vͦ Rhomoaldus patris au-
xilio fretus: Saburrū aggreditur et ſuperat:
ac plurimos grecos interficit. Hac deſperati-
one motus Conſtantius. quinta poſteaꝙ vr-
bem ingreſſus ē die: ad direptionē cōuerſus:
oīes ſtatuas ex ere et marmore ad ornatum
vrbis locis inſignibus poſitas: oīa eccleſiaꝝ
ornamenta paulo decentiora diſtrahit. ac na-
uibꝫ ad id ſubuectis īponit. pluſqz ipſe ornamē-
torū ſeptē diebus vrbi detraxit. quaz barbari
antea ducētis ⁊ quinquagintaocto ānis. Ne
dicant maliuoli. ⁊ hyſtoriarū ignari. Grego
rij pontificis iuſſu cōminutas eſſe maioꝝ ſta
tuas ⁊ monumēta. Duodecimo aūt die Roma
in malā rez abiens: greculus nequā ⁊ ꝑfidus
Neapolim cōtendens. inde quoqz in ſiciliaz
proficiſcit. vbiqz tributa adeo acerbe colligēs
vt filij oberati a parentum cōplexibꝫ diuellerē
tur. Cōmorat⁹ aliquādiu in ſicilia hō auariſ
ſimus: dū Syracuſis in balneo libidinis va-
cat a ſuis occiditur: in cuiuſqz locū Meſenti⁹
cuius fraude necatū putant Conſtātiū. impe
rator a militibꝫ creatur. Magna fuit in hoc ho
mie varietas. nā prius qdē vbi intellexit Vita-
lianū pontificatū iniſſe: nuncios miſit: qui ei
ſuo noīe gratularētur. quiqz euangelia aure-
is litteris ſcripta: ac multis gēmis ornata be
ato Petro condonarent. Deinde vͦ mutata
ſententia. nec dijs nec hoībꝫ pepercit. diuina
hūanaqz oīa confundēs. At Vitalian⁹ cultui
diuino intentus. et regulaz eccleſiaſticam cō-
poſuit: et cantuz ordinauit adhibitis coſonā
tiam (vt quidam volunt) organis. Theodoꝝ
quoqz archiepiſcopum: et Hadrianum abba
tem viros doctiſſimos atqz optimos in Bri-
tanniam mittit (quā angliam vocāt) cum ma-
gna poteſtate ligandi et ſoluendi: quo britan
nos in fide predicationibus et exemplo conti
nerent. Fecere mandata. ac quidem diligen-
ter viri optimi. librum preterea Theodorus
ſcripſit: quo declarauit. qua penitentia dilui
vnumquodqz peccatum poſſet: Sunt tamen
qui hoc opus Theodoro pontifici aſcribant
Vitalianus autem bene et ex ſentencia ꝙtuz
in eo fuit. gubernata eccleſia. anno. xiiij. pon-
tificatus ſui. menſe. vj. moritur. ac ſepelitur ī
baſilica Petri. vj. kalendas Februarij. Epi-
ſcopatus autem tum vacat menſibꝫ. iiij. diebꝫ
quindecim.

## Adeodatus

Adeodatus patria Romanus. pa-
tre Iouiniano: ex monacho ponti-
fex creatur. eo tempore potiſſimuz
quo lupus Foroiulianorum dux regnū ytalie
occupare conat⁹ eſt. Grimoald⁹ ei (vt dixim⁹)
a filio Rhomoaldo duce Beneuentano con-
tra Conſtantium imperatorem in auxilium
accitus. Lupo (vt aiunt) regnum ⁊ oues com
mendauit. in Hetruria enim Emilia et trāſ-
padana ytalia omnia tumultu Lupus inuol
uit. Hanc ob rez Grimoaldus Bauaros du
ce cacanno in Lupum pecunijs et pollicitati-
onibus mouet. qui primo congreſſu a lupo ſu
perati ſunt. Veruz ſequenti die prelium repe-
tentes. Lupum ſuperant et obtruncant: ac to
tum forumiulij diripiūt. Grimoaldus autez
abeunte ex ytalia Conſtantio in Ciſalpinaz
rediens. Forum Popilij ſabbatho ſancto ag
greſſus: ceſis omnibus diripuit, ac ſolo equa-
uit: propter iniuriam quam eo loci a rauen-
natibus acceperat. cum in auxlium filij profi
ciſceretur. Dum vero Arneſites Lupi filius
adiuuantibus dalmatis ducatum paternum
repetit: ad Natizonem fluuium a longobar-
dis ſuperatus. duce Vectari vicentinorum co
mite ceditur. Opitergini quoqz hāc calamita
tem ſenſere. Domo em̄ et patria pulſi ſunt. qr
Arneſitis ſtudioſi erant. In Sicilia vͦ tum
quoqz laboratum ē: eo em̄ ex omnibus proui
cijs romanis profecti milites ſunt. ad opprim̄
dum Meſentium. cuius dolo Conſtantius
interfectus fuerat. quo ſublato cū omnes paſ-
ſim dilaberentur. ſuperuenientibus cum ma-
gna claſſe Saracenis et Syracuſe et tota in-
ſula occupat. Unde poſtea onuſti preda Ale-
xandriam redeuntes. vrbis quoqz Rome ca
ornamenta ſecum detulere: que Conſtantius

Syracuſas aduexerat eo animo: vt inde Cō
ſtantinopolim traijcerentur. Indicabant pro
fecto tot clades: tot mala: ⁊ ſtella crinita. quā
greci cometem appellant. que tribus cōtinuis
menſibus apparuit: ⁊ pluuie magne. ac freq̄n
tia tonitrua. qualia nūq̄ antea fuere. Sed ce
cum ē humanū genus. etſi eīm futura preui-
det nō tn̄ vt deceret ſibi cauet. Ferunt aūt his
frequentibus pluuijs omnes ſegetes concul-
catas iterum renatas eſſe: ⁊ ad maturam fru
gem perueniſſe. in Ciſalpina potiſſimuꝫ. In
terea vo Adeodatus vir religione et omni co
mitate preditus. in delinquentes clemens. in
pauperes bn̄ficus: in hoſpites benignus: er-
ga calamitoſos miſericors. eccleſiā beati Pe
tri via portuēſi iuxta pontē Meruli tn̄ iſtau-
rauit ac dedicauit. Auxit et monaſteriuꝫ ſan
cti Heraſmi in celiomonte edificijs et fundis
vbi ipſe monaſticam vitaꝫ duxerat. Supplica
tiones quoqꝫ frequētes habuit ad abolenda
prodigia: q̄ dixīmus tn̄ apparuiſſe. Demū vo
pontificatus ſui āno. iiij. menſibus duobꝫ. di-
ebus quinqꝫ vir ſanctiſſimus moritur. et ab
omnibus fletus ad baſilicam Petri ſepelitur
ſexto kalendas Julij. Vacat tum ſedes menſi
bus. iiij. diebꝫ. xx.

## Donus

DOnus patria roman⁹: p̄re Mau-
ritio: eo tēpore pontificatum inijt
quo Grimoaldus longobardoruꝫ
rex moritur nono die poſt phlebotomiam in
brachio factam. dū arcu in columbā ſagittaꝫ
acriter intēdit: quod fieri n̄ ſine mag̃ neruoꝝ
et venaꝝ ꝯtentiōe ſolet: vnde ſanguis ſine vl-
la intermiſſione prodijt. Fuere in hoc rege ml̄
te preclare corpis et animi dotes. Tantū eīm
prudētia ⁊ ꝯſilio valuit: n̄ ſolū in rebus exter
nis. verū etiā in domeſticis: vt quedaꝫ capitu-
la ac quidē vtilia Rhotaris regis edicto addi
derit. que poſtea legis formā accepere. Fuit p̄
terea mediocris ſtature: corpore validus. ca-
pite caluo: promiſſa barba: nec aīo min⁹ in re
bus agēdis q̄ corpore promptus. Sepultus
ē aūt Papie in baſilica beati Ambroſij: quaꝫ
ipſe ſua impenſa edificauerat. Pertaris autē
Ariperti regis filius. quē pulſuꝫ a Grimoal
do diximus duꝫ exul ex Gallia in britanniam
traijceret. incerta voce admonetur: vt mortuo
Grimoaldo regnū paternū repetat. qua qui-
dem voce p̄motus. licet incert⁹ haberet auctor
in Ytaliam rediēs tercio menſe poſt Grimo-
aldi mortem. regno paterno ſine contentione
potitus eſt. Eodem ferme tempore Dagober
tus francoruꝫ rex viꝛ callidi et aſtuti ingenij.
nec conſilio minuſq̄ manu promptus morit̄:
c⁹ aīaꝫ e manibꝫ demonū lipareaꝫ inſulaꝫ ꝓ-
pe attingentium liberataꝫ ferūt. Dyoniſij ac
Mauricij martiris ac etiā Martini ꝯfeſſoris
auxilio. quos ſemper dū vixit: vt patronos co
luit. et tēplis honoratiores reddidit. Donus
aūt pontifex honori et cultui diuino ꝯſulēs:
veſtibulū beati Petri (quod paradiſū) vocāt
quadriportuꝫ marmoribus ſtrauit. ſublatis
(vt arbitror) ex illa pyrrhamide. que in vati
cano eſt e regione molis Hadriane. Inſtaura
uit preterea ⁊ reſtitutas dedicauit. eccleſiam
apoſtoloꝝ via hoſtiēſi: et eccleſiam beate Eu
femie via appia ſitaꝫ. Clerꝫ quoqꝫ diuerſis or
dinibus diſtinxit: ⁊ honoribus auxit. Mona
chos vo quoſdā Syros cū Neſtorianis ſenti
entes in monaſterio Boetiano dep̄hēſos ⁊
caſtigatos: in varia monaſteria diuiſit. boeti
anūqꝫ Romanis incolēduꝫ tradidit. Prete-
rea aūt tantū valuit doctria et ſanctitate vite:
vt Rauennatuꝫ eccleſiā a romano iaꝫ prideꝫ
ſegregatā: et ob eam rem Aliocaphaliꝫ appel
lataꝫ. ſedi apoſtolice obtēperantē reddiderit:
Theodoro eiuſdē eccleſie p̄ſide in hāc opi-
nioneꝫ deſcēdente. Sūt etiā qui ſcribāt huius
tēporibꝫ ⁊ proiectuꝫ ep̄m in agro cameracen-
ſi ob fidem chriſti martirij penā et gloriā ſub-
ijſſe: et Mezelindiꝫ feminā incōparabilis pu-
dicitie tn̄ hitaꝫ. que ab Ardenio amatore pe-
tita. et varijs cruciatibus affecta etiā pro pſe-
cutore ob crimē dei nutu obcecato: ita orauit
vt eius precibꝫ hoī ſceleſto. et intemperāti lux
tandē ſit reddita. At Donus potificatus ſui
anno quinto. mēſe quīto: die. x. morit̄ ac ſepe
litur ad baſilicam Petri apoſtoli tercio idus
Aprilis. cuius in morte epiſcopat⁹ vacat mē
ſibus duobus diebus ſexdecim.

## Agatho

AGatho natiōe ſicul⁹: patre roma-
no. Anno dn̄i ſeptigēteſimo ſecun
do: ex monacho pōtifex creat̄. vir
tcerte tāte ſcītitatis: vt leproſuꝫ obuiū ſcēm oſ-
culo ſuo ſtati liberauerit. Tāte p̄terea māſue
tudinis ⁊ hūanitatis fuit. vt nemeꝫ a ſe vnq̄ tri
ſtem dimiſerit. Nact⁹ itaqꝫ imp̄atorē moribꝫ
ſuis haud quāq̄ diſſimilē monothelitaꝝ cau
ſa concilium habere conſtituit. Expectauit
itaqꝫ donec Cōſtantinus a bello ī patria redi
ret. qui ſaracenos a ſe victos imperio romāo
vectigales reddidit. At vo cum Bulgari ex
Scythia venientes Traciam tum inuaſiſ-
ſent: eorumqꝫ impetum retardare impera-

toꝛ conaretur: ab hoſtibus Pannoniaz inter
et Meſiaz ingenti clade ſuperatur. Hanc ob
rem pacē n̄ equis conditionib9 inire neceſſe fu
it. Pannonia ſiquidem et Meſia his ad co-
lenduz conceſſa eſt: non ſine magno reipubli-
ce chriſtiane emolumento ⁊ cōmodo. hi eniz
tanq̄ ꝓpugnatores nr̄i bellū: iam ſeptingentiſ
et ſeptuaginta annis contra thurcos chriſtia
ni nominis hoſtes aſſidue gerūt. Pace itaqz
hac ratione parta: Agatho pontifex ſtatim
legatos Conſtantinopolim mittit. Johannē
portuenſem epiſcopum: ⁊ Johannem Roma
ne eccleſie dyaconuz. Hos perbenigne ſuſce
ptos mira caritate Cōſtantinus adhortatus
eſt: vt omiſſis cauillationibus et ſophiſticis
altercationibus: ex equo ⁊ bono omi contro-
uerſia ſublata duas eccleſias vnam tandē fa-
cerent. Aderant in ea ſynodo ducenti et octu
agintanouez epiſcopi. Delati in mediuz ſunt
imperatoris iuſſu e bibliotheca Conſtantino
politana libri: vnde antiquorum patruz ſentē
tie ⁊ decreta perlegerentur. Inuertebant ve-
ras m iorum ſententias Gregorius patriar
cha Caonſtantinopolitanus: et Macharius
anthiocenus: vnam tm̄ voluntatem et ope-
rationem in chriſto eſſe diiudicantes. Uerum
cum orthodoxi rationibus et autoritatib9 in-
ſtarent: ac Gregorium in veram ſentētiam de-
duxiſſent: Macharium pertinacē anathema
tizant: eiuſqz ſectatores. et Theophaniuz ab
batem vera ſentientē in locuz Machary An-
thiocenuz epiſcopū creant. Hac aūt re ex ſen
tentia feliciter geſta: vt deo gratie agerentur.
ꝙ vtranqz eccleſiam vnam feciſſet ſentētia et
animis: Johānes epiſcopus portuenſis octa
ua paſche coraz pricipe ac patriarcha: coraz
qz populo Conſtātinopolitano i baſilica ſan-
cte Sophie miſſaz latine celebrat. approban-
tibus oibus: qui tū aderant: veruz eſſe ac ſan
ctum illuz ſacrificandi morez. ⁊ qui aliter ſen
tiunt: a recto ⁊ honeſto diſcedere. Hec eſt aūt
ſexta vniuerſalis ſynodus ducētoꝝ et ſeptua
gintanouez epiſcoporuz Cōſtātinopoli habi-
ta: qua Cirilli. Athanaſij. Baſilij. Gregorij.
Dioniſij. Hilarij. Ambroſij. Auguſtini. Hie
ronimi. ſentētia cōcluſum ē. duas naturas et
operationes in chriſto eſſe: exploſaqz illoruz
pertinacia: qui vnicā eſſe in dn̄o volūtatez di
cerent: vnde monothelithe vocati ſunt. Pria
eni ſynodus tricētoꝝ et. xviij. patrū (vt antea
diximus) Nicee habita eſt: pōtifice Julio: ac
Conſtātino pricipe contra Arriuz. qui diuer
ſas in trinitate ſubſtātias ponebat. Secūda
Conſtantinopoli centum et quinquagita pa-
trum: Gratiani principis et Damaſi pape tē
poribus contra Macedonium et Eudoxum
negantes deum eſſe ſpiritumſanctū. Tercia
in Epheſo ducentoꝝ patrum: magno Theo
doſio principe ⁊ pontifice Celeſtino ꝯtra Ne
ſtorium conſtantinopolitanuz epiſcopuz. qui
virginem non dei: ſed hominis tm̄ genitri-
cem appellauit: quiqz aliaz perſonam carnis:
aliam faceret diuinitatis. et ſeiunctim alterū
eſſe filium dei: alteꝝ hoīs predicaret. Quar
ta chalcedonie. que vrbs regione Biſantij eſt
ſexcentorum ⁊ triginta patrum: Leone ponti
fice: et Martiano pricipe cōtra Euthicē Con
ſtantinopolitanum abbatem. qui aſſerere nō
dubitabat chriſtum poſt humanam aſſuptio
nem: nō ex duabus naturis cōſiſtere. ſed ſola
diuina contētum eſſe. Quīta Conſtantinopo
li cōtra Theodorum et hereticos omēs: qui
Mariam virginem ſolum hominem peperiſ-
ſe dicebant: nō deum et hominem. qua in ſy-
nodo cōſtitutum eſt. vt beata virgo theotocos
diceretur: quia verum deum et hominem pe-
pererat. De ſexta ſynodo ſatis ſuperius dixi
mus: in qua etiā plurimū valuere littere Da
miani epiſcopi Ticinenſis māſueti archiepi
ſcopi mediolanenſis noīe miſſe. quibus hec
potiſſimum inerāt. Hec eſt vera dei et hoīs
fides vt due credantur in deo volūtates: due
operatiōes. Ego inquit q̄tum ad diuinitatez
et pater vnum ſumus. q̄tum vō ad humaita-
tem pertinet pater maior me ē. Preterea vō
ſcđm humanitatem eum in naui dormientem
cernis: ſi diuitatem inſpicis. vētis et mari im
perat. Agatho vō: cuius tēpore poſt lune ac
ſolis eclipſim peſte ac grauiſſima quidem la-
boratum ē: pōtificatus ſui āno ſecūdo. menſe
ſexto: die quintodecimo moritur: ac ſepelitur
ad ſanctum Petrum quarto idus Januarij:
cuius morte ānum vnum: mēſeſ quinqz ſedes
tum vacat.

## Leo. ij.

Leo ſecundus: natione ſiculus: pa-
tre Paulo. vir doctiſſimus fuit la-
tine ac grece: vt eius ſcripta indi-
cāt. Preterea vō adeo muſices peritus ē habi
tus. vt pſalmodiam cōpoſuerit: ymnoſqz ad
meliorem cōcentum redegerit: arte exercitati
one cōfirmans. Idez quoqz inſtituit: vt in ce-
lebratione pax ppl'o daretur. Sextaz vō ſyno
dum (de qua in Agathone diximus) ita ſu-
ſcepit: vt eoſdem anathematizauerit. quos
ſancta ſynodus preſente Conſtantino dam
nauerat. Contudit etiaz ſuperbiam preſuluz

Rauennatum : quod Agatho inchoauerat:
Inſtituit em̄ ne electio cleri Rauēnatis vale
ret. niſi eadē romane ſedis autoritate confir
mata fuiſſet. Antea vō hexarchorū potētia fie
ri: diuina atq3 hūana omia pro arbitrio ani
mi miſcebant. nemini obtemperātes: quaſi ro
manis pontificibꝫ pares. Leonis quoq3 inſti
tutum eſt: ac quidem ſanctum: quod vtinā ho
die obſeruaretur. ne ad archiepātum aſſum
ptus pro vſu pallij aliorūue officiorū quicꝙ̄
eccleſie perſolueret. Cū ex hac largitione mł
ta quotidie mala orirētur. Agebātur hec a Le
one. cū Rhomoaldus dux beneuentanus cō
parato magno exercitu Tarentū: Brunduſi
um. Ac totam Apuliā3 occupat: eiuſq3 vxor
Theodata. mulier piētiſſima ex his mannu
bijs nō longe a Beneunto baſilicā in honorē
beati petri edificat: addito ſacrarum virginū
zenobio. Moritur deinde Rhomoaldus. cui
Grimoaldus filius ſine ſtirpe virili ſuccedēs
Giſulpho fratri ducatū3 reliquit. At Leo in
quo preter doctrinā ⁊ eloquētia ſingularis re
ligio: mira pietas ⁊ clemētia fuit. quiq3 omēs
verbis et exemplo ad iuſticiam et fortitudinē
humanitatem: benignitatē adhortabatur. pō
tificatus ſui menſe decimo moritur: ſepelitꝗ3
collacrimātibus omnibus tanꝙ̄ publico pa
rente orbati ad baſilicam Petri quarto ka
lendas Julij. Poſt eius mortē menſibus vn
decim. diebus vno et viginti epiſcopatus va
cat. Breuis fuit hu9 ſanctiſſimi viri pōtifi
catus. ſed gloria tanta vt diutius vixiſſe appa
reat: cum eius nomen omnium laudibus me
rito celebretur.

## Benedictus. ij.

Benedictus Junior: patria roma
nus : patre Johanne : abineunte
etate chriſto militās. diuie ſcriptu
re ita operā dedit: vt doctrina et exercitatione
in rebus diuinis ſingularis tū3 haberet. Ad
do eius humanitatē3: pietatem. gratiā3 ī oēs
maxime vō erga pauperes : quibus virtutibꝫ
hominū3 corda ita ſibi deiunxit: vt tū vn9 ha
beretur. qui omniū ſuffragijs in locū3 demor
tui Leonis merito ſubrogaretur. Adhūc aūt
Conſtātinus imperator hominis ſanctitate
permotus ſanctionē3 miſit. vt deinceps quē3
clerus populus exercituſq3 romanus in pon
tificem delegiſſet. eundē3 ſtatim verū chriſti vi
carium omēs eſſe crederent. nulla aut cōſtan
tinopolitani pꝛīcipis aut ytalie hexarchi ex
pectata autoritate: vt antea fieri conſueuerat
Jd eī ratum erat incrcādo pontifice. quod
princeps cōfirmaſſet: vel qui eius vices ī yta
lia gerebat. Perthāris vō longobardorū rex
religionem Benedicti et pietatem imitatus:
monaſterium Papie in honorē3 ſancte Aga
the edificat. Eius aūt vxor Rhodelinda viri
exemplo permota. extra menia Ticinenſiū3
baſilicam beate virgini extruit. que ad perti
cas dicitur. Hoc aūt fecere emulatione moti.
ꝙ̄ itellexerant Benedictū pontificem Rome
beati Petri apoſtoli. Laurentij martiris in
Lucina: beati Ualentiniani via flamminea:
vɡinis genitricis ad martires tēpla magnis
ſumptibꝫ reſtituiſſe: eademq3 ophitico ⁊ pur
phyretico lapide: incruſtatione parietū. ope
re tectorio et vermiculato argenteis atq3 au
reis vaſis. veſtibus inauratis et holoſericis
exornaſſe. Erat ⁊ Perthari in animo maio
ra templa extruere. ſed cū retraxit Alalchis
longobardus Tridentinus dux. qui elat9 vi
ctoria ꝙ̄ bauaros ingenti clade ſuperaſſet: in
regem ſuū3 arma mouet. Uerum Perthāris
comparato exercitu hoſtem prīo impetu fūdit
ac fugat: clauſum Tridenti aliq̄diu obſidet
quo quidē noctu fuga inde abeunte. Tridē
te potitur. Tanta preterea Perthāris regis
clementia fuit: vt et hominē ad ſe redeūtē3 in
gratiam reciperet et eū Brixianorum ducem
creauerit. Sunt qui ſcribant benedicti tēpo
ribus ſtellam iuxta vergilias per aliquot dies
et noctes appariuſſe ſereno celo inter natalem
domini et Epiphaniā. Stellā ipā3 appariuſſe
non negauerī3. ⁊ quidē crinitā3 atq3 aliquid
protendētē. Sed de ortu vergiliarū non cohe
ret. niſi id quoq3 prodigioſe factū arbitremur
Equinoctio em̄ verno oriunt̄ vergilie: cū3 ſol
arietis ſignū ingreditur. qđ fieri ꝯſueuit nono
kalendas Aprilis. occidētq3 incipiūt equino
ctio autūnali. Cū aūt ex Ueſeuo monte Cam
panie tantus ignis tū eruperit. vt loca circū
quaq3 poſita exuſta ſint. minus mirū videt̄. cū
Plinius ille: q natalē3 hyſtoriā ſcpſit: ex claſ
ſe cui tū iuſſo Traiani p̄erat. ad viſendū ſpec
tacl'm profectus conſumptus incendio dicat̄
Utcunq3 ſit: conſtat tamen non ita multop9
cedes. rapinas. incendia: mortes principum
ſubſecutas eſſe: maxime vō Benedicti ponti
ficis. qui vt eque omnibus in vita carus fuit.
ita poſt mortem ab omnibus vt ſanctus. ⁊ be
ne de hūano genere meritus celebratur. Mo
ritur aūt pontificatus ſui: menſe decimo. die
duodecimo: ſepeliturq3 apud beatum Petrū
Jdibus Maij. Eius autē3 in morte ſedes va
cat menſibus duobus: diebus quindecim.

# Johannes.v.

IOhannes quintus: natione ſyrus patria anthiocenus: patre Lyriaco: Pontifex creatur eo fermē tēpore: quo imperator Conſtantinus decimoſeptimo imperij ſui anno moritur. filio Juſtiniano ſecūdo in imperio relicto: qua quidē tēpeſtate ſaraceni Lybiaꝫ et Aphricā inuaſere omniaqꝫ mari expoſita haud magno negotio occuparūt. Verū Juſtinianus confirmato aliqua ex parte imperio. cōparatoqꝫ ſatis magͦ exercitu in ſaracenos mouēs. eorū duci Abimelech (quem admiratū vocant) tantuꝫ terroris incuſſit: vt vltro pacē petierit: atqꝫ Aphricam reſtituerit. Sunt qui ſcribāt pacem in decenniuꝫ bis cōceſſam. hac conditione tamen vt mille nummos aureos ſeruū vnum ex gente ſua equo inſedentem romano imperatori ſingulis diebus penderēt. Johānes itaqꝫ vir ſingularis religionis et māſuetudīs vno omniuꝫ cōſenſu pōtifex creatus in eccleſia ſaluatoris. que Conſtātiniana appellatur ad Lateranum ea ratiōe. qua leo ſecūdus cōſecratur a tribus epiſcopis: Hoſtienſi. Portuenſi: et Veliterno: quē quidē moreꝫ poſteri deinceps tenuere. Huius pōtificatū celebrē etiā fecere: et Felix Flauiani patruus: vir tāte integritatis et doctrine. vt Condiperthus Arithperti filius Longobardorum rex ei baculuꝫ argento et auro. inſignitū virtutis gratia dono dederit. et Johānes Pergomatū epiſcopus: cui ob ſanctitatē et doctrinā reges etiā ⁊ pricipes honoris gratia aſſurgē ꝯſueuerāt. Johānes aūt et antea ⁊ i pōtificatu valitudinarius: cū libellū de pallij dignitate cōpoſuiſſꝫ. pōtificatꝰ ſui āno pͥo moritur: ſepeliturqꝫ ad ſanctum Petrum. iiij. nonas Auguſti. Eius in morte ſedes vacat menſibꝫ duobꝫ. diebus. xix.

# Conon

COnon thracia oriundus: in Sicilia educatus: inde Romane eccleſie militans: ex preſbitero pontifex creatur. Nā dū Romani Petrū archiepiſcopus. exercitus vͦ Theodorū preſbiterum in Johannis demortui locum ſufficere conarentur: tandem poſt longam altercationeꝫ i hanc ſententiam venere omnes nutu diuino impulſi: vt Cononeꝫ eligerent. viruꝫ certe tanto principatu dignum: ſi animi dotes. ſi corporis inſpicimus. Erat eñ moribus: litteratura: pietate: religione dignitatis ſpecie inſignis. quē nōnulli angelicū ob venerādā caniciem et dignitatem forme appellarunt. animi ſimplicis et integri: modeſtie ⁊ iuſticie ſingularis. cōſtātie ⁊ prudentie pluſq̄ humane ſemper eſt habituſ. Hanc ob rem e veſtigio omēs. ad quos pertinebat eum confirmarunt cum maxima acclamatione laudum ſuarū Ideꝫ fecit Theodorus hexarchus Rauēnas. cui quidem in magiſtratu mortuo nō ita multopoſt Johannes Platyna i hexarchatu ſucceſſit: hūc ego crediderim dediſſe nomen meo natali ſolo. qd̄ Platyna apellatur in agro Cremonenſi poſitum. Nam cū inter hexarchos et longobardorum reges frequentia bella cōmitterentur: haud diſſonuꝫ vͦ fit. cum ille locus prope medius inter Rauēnam et Papiam ſit. quaruꝫ altera longobardorum: altera hexarchi ſedes haberetur. ibidem aliquando vel pugnatum eſſe: vel caſtra habita: quibus ex rebus locis ipſis plerumqꝫ nomina indita legimus: vt in eodem agro vitellianā oppidum a vitellianis caſtris et vicū bebrignanū nō longe a Bebriaco Ottonis clade inſigneꝫ videmus. Ad cononem redeo: qui poſt initum pontificatū ſtatim in valitudinem incidit. vnde Paſchalis archipreſbiter. ac theſauri pontificis diſpenſator regnandi cupidus. Johanneꝫ hexarchū pecunia ſolicitat: vt eius ſuffragijs pꝰ morteꝫ Cononis pontificatus ſibi decernatur. Accepit pecuniam Hexarchus. quāq̄ nihil eoruꝫ que premiſerat deinceps preſtiterit. Non erat certe alio premio q̄ fruſtratiōe dignus homo auarus: et imperandi cupidus. qui theſaurū eccleſie. quē mandato Cononis: tū in elemoſinas pauperum. tū in reſtitutiōeꝫ templorum erogare debuerat in largitionē effuderit: quo nihil poteſt eſſe in viro preſertim eccleſiaſtico deteſtabilius. Hoc nō feciſſet Hubertus ep̄s britannus. vir ea tempeſtate doctrina et integritate vite inſignis. non Leodegarius martir epiſcopus Auguſtudinenſis. qui Theodorici francoruꝫ regis iuſſu interfectus eſt. q̄ eū perſepe tyrannidis arguerit. Non Audoenꝰ Rhotomagenſis archiepiſcopus. doctrina et ſanctitate nulli ſecundus. Hi eñ nō in ambitione et auaricia. ſed in deo ⁊ doctrinam ſpeꝫ omneꝫ ſuam collocarunt. vnde poſtea condignam. cum apud deum. tum apud homines accepere mercedeꝫ felicitatis eterne ac glorie Moritur aūt Conon pontificatus ſui menſe vndecimo: die tercio: ſepeliturqꝫ ad ſanctum Petruꝫ vndecimo kalendas octobris. Vacat tū ſedes mēſibꝫ duobꝫ, diebꝫ tribꝫ et viginti.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# Sergius

Sergius natõne ſyrus: patria An
thiocenus: patre Thiberio. Ade-
odati pontificis tempore Romaꝫ
veniens in cleruꝫ Romanuꝫ aſciſcitur. Dein-
de vͦo ob eius doctrinam ⁊ diligentiam circa
myſteria ac rem diuinam: per ordines conſcē
dens ſancte Suſanne ad duas domos presbi
ter cum titulo eius loci creatur. Frequentare
tum magis atqꝫ magis cimiteria cepit eiſdē-
qꝫ in locis ſolēnia celebrare: quia ex re tantuꝫ
ſibi nomis comparauit: vt defuncto Conone
in eius locum ſuffectus ſit nō ſine altercatio-
ne tamē. Populus em̄ Romanus biffariam
diuiſus: hinc Theodorum: hinc Paſchaleꝫ
archidyeconū petebat. Irruperat iam The
odorus cum factione ſua interiorem partem
epiſcopatꝰ lateranēſis. exteriora vͦo Paſcha-
lis occupauerat ab oratorio ſancti Siluestri
vſqꝫ ad baſilicam domus Iulie: que campo
imminet. Uerum cum ibi tanta altercatō ⁊ ri
xa eſſet: vt de pugna non ambigeretur cum al
ter alteri ceſſurus non videretur: niſi vi ⁊ ar-
mis pulſus princeps ciuitatis cleri militieqꝫ
Romane vnum in locuꝫ ſecedentes: quid ma-
xime fieri oporteret ad tollendam ſeditioneꝫ
conſultant. Tandem vͦo re ipſa diſcuſſa. cum
neutri eorum qui ob ambitionē tantos motꝰ
concitauerat demandandum pontificatū cen
ſerent: dei nutu nemine aduerſante Sergiuꝫ
pontificem deligunt: eūdemqꝫ e media turba
humeris tollentes: primo in oraculum Ceſa
rij martiris: mox in lateranenſem epiſcopatū
detulerunt: refractis vi foribꝫ. repulſiſqꝫ his
qui locum occupauerant. At vͦo Theodorus
cognito omnium conſenſu Sergium pontifi-
cem ſalutat ⁊ oſculatur. Idem fecit Paſcha-
lis alter competitor: licet inuitus. cogente mł
titudine que armis circūſtrepebat. Hic tamē
clanculum Iohannem platynam Hexarchū
Rauennatem litteris nuncijs et pollicitatio-
nibus adeo cōcitauit: vt que antea pollicitus
erat. largitione corruptus tandem preſtaret:
vt idem Iohannes Romam confeſtim vene-
rit nullis premiſſis nuncijs quo negligentes
et incautos opprimeret. Ueruꝫ vbi intellexit
Sergium omnium conſenſu pontificeꝫ decla
ratum: inſtaretqꝫ: vt que Paſchalis pollici-
tus erat ſibi: preſtaretur aduerſante Sergio
ꝙ tantam largitionem improbaret. donaria
quedam ex Baſilica Petri ſuſtulit. Uex Pa
ſchalis tāti mali cauſa. magiceo accuſatus ⁊
conuictus: vt ſortilegus archidyaconatu pri-
uatur: in monaſteriumqꝫ penitentie cauſa re-
truditur. vbi quinquennio poſt eadem ſemper
pertinatia vſus moritur. Interea vͦo cum in
deum Iuſtinianus tum in homines mira in-
conſtantia vſus. et ſaracenos et bulgaros pre
ter federa pacis inite adoritur: a quibus cer-
te plus incōmodi accepit ꝙ̄ intulit: et Conſtā
tinopolim rediens a ciuibus omnibus odio
habitus ꝙ ſeuiciā prefecti vrbis compeſcu-
iſſet: ſynoduꝫ habuit in qua nōnulla approba
ta ſunt orthodoxe fidei nequaꝙ̄ congruentia
Eadem quoqꝫ Sergij apocriſarius qui tum
Conſtantinopoli erat: ſubſcriptione ſua ſtoli-
de nimium confirmauit. Uerum cum poſtea
Romam delata a Sergio exploderentur: q
non vnam. ſed duas in chriſto naturas tene-
bat ac ōgiez fuiſſe: ira parcitꝰ Iuſti
nianꝰ Zachariā, pthoſpatharīū (quē nos pri
cipem militie dicere poſſumus) Romaꝫ. mi-
ſit qui Sergiuꝫ ad ſe vinctuꝫ traheret: quod
vbi ſenſere milites Hexarchatus ytalici ra-
ptis propere armis: non ſolum pontificem a
tanta iniuria tutati ſunt. Uerumetiam parū
affuit quin Zachariam occiderent. queꝫ pō-
tifex ad ſe confugientem in cubiculo ſuo aliꝙ̄
diu conſeruatuꝫ: clanculum ad imperatorem
remiſit. Agebantur hec Rome cum Leonti-
us ānuente Gallanico patriarcha plebe Cō-
ſtātinopolitana ad arma excita: refractis om
nibus cuſtodijs vrbis vnde multi neri prodi-
ere: Iuſtinianum imperio deiecit. ac truncis
naribus exulatum in cherſoneſum ponti mit
tit. Hec cuꝫ intellexiſſet Abimelech ſaraceno
rum admiratus: Aphricam ſtatim inuadit ſe
ditiombus Conſtantinopolitanorum fretus
eo propere et Leontius copias ſuas mittit: q̄
barbaroꝝ impetuꝫ retardarent. Uerum non
ita multopoſt ſeditione inter eos orta: Tibe
riuꝫ quendam ciuem Conſtantinopolitanuꝫ
imperatorem creant. qui confeſtim Conſtāti
nopolim cum exercitu adnauigans Leontiū
capit. et codeꝫ affectum ſupplicio. quo Iuſti-
nianum dirimus in carcerem conijcit: maio-
ri ludibrio hominem reſeruās. Philippū pre
terea Nicophori patricij filium. qui ei in adi
piſcendo imperio fauerat: in exiliuꝫ mittit qꝺ
equalibus ſuis narrauerat ſe per quietem vi-
diſſe Aquilam caput ſuum alis obtegere: ve-
ritus ne imperium adoleſcenti portenderetur
Dū hec cōſtātīopoli agerent: Pipinꝰ Auſtrie
gubernator ⁊ dux. occupādi regnū Frācie fū
damēta iecit. Cū ei intellexiſſet Bertariū qn
dam ignobilē: cuius opera Theodoricꝰ Frā-

cie rex plurimuz vtebatur: omnibus odio eſſe
coactis in vnũ ingentibus copijs in Galliam
traijcit: ac Theodoricum cũ Bertario obui
um factũ: collatis ſignis fundit fugatqꝫ. Sa
lutem ſibi Bertariꝰ fuga queſiuit. In regnũ
vo Theodoricꝰ ſeſe recipiens: Pipinum vi
ctorẽ pace ſequeſtra regni gubernatorẽ et ma
iorem domus (vt galli aiunt) efficit. Is autez
in Auſtriam rediens. ꝙ a Germanis et Sue
uis vexari ſuos intellexerat. ſupatis hoſtibus
in Franciam denuo redijt. qđ mortuo Theo
dorico regnũ ad Childepertũ fratrẽ eius per
ueniſſe cognouerat: eo pueniẽs ⁊ a rege perbe
nigne ſuſceptus. cũ filium Grimoaldũ domꝰ
regie gubernatorez inſtituiſſet. in Sueuos et
Germanos iterꝫ rebellãtes in feſto aĩo redijt
At vo Sergius põtifex relegato Juſtinião pa
ce ac quite viſus. baſilicã Petri ablatis rude
ribus renouatiſqꝫ tignis. ſtillicidijs ac parie
tibus: in antiquam formã reſtituit. Frõtiſpi
ciuz baſilice opere vermiculato exornauit: cã
delabra atqꝫ alia templi ornamenta ex auro
et argento cõfecit in eadẽ baſilica. et partẽ do
minice crucis inuenit in capſula enea. et beati
Leonis corpus vilius vſqꝫ ad tempora ſua
iacens ꝙ̃ eius merita requirebãt. honeſtiore
ac celebratioẽ loco repoſuit. Statuas apoſto
lorum vetuſtate exoletas renouauit. Multa
rum preterea eccleſiarum. quas cõmemora
re longum eſſet: ornamenta collapſa. vel reſti
tuit: vel noua de integro fecit. Conſtituit pre
terea. vt in fractione domici corporis canere
tur Agnus dei qui tollis peccata mundi miſe
rere nobis: vt letanie quoqꝫ a ſancto Hadria
no quotãnis ducerentur per vrbem. die annũ
ciationis ſancte genitricis ac Simonis inſti
tuit. Rauennatibus aũt Damianũ: Berſta
uardũ vo brittãnis archiepiſcopos dedit. Ec
cleſiam aquileienſem quintam ſynodum nõ
omnino approbantem ad ſanitatem doctrina
et autoritate ſua tandem perduxit. Sunt qui
ſcribant Lambertum virum ſanctiſſimũ epõ
Leodium ea tempeſtate martiriuz ſubijſſe: ꝙ
Pipinum reprehenderit: qui vxori pellicem
Alpiadem ſuperinduxerit. Hoc autẽ facinus
ipſius Alpiadis fratrem cõmiſiſſe: qui poſtea
morbo pediculari conſumptꝰ ẽ. Sũt etiã qui
ſcribãt Sergij virtute et ſanctitate Saxones
tum primũ fidei noſtre karacterem ſumpſiſſe
His tot rebus vir ſanctiſſimus inſignis: pon
tificatus ſui anno. xiij. mẽſe octauo: die. iij. et
xx. moritur. et in baſilica Petri collacriman
tibus oĩbꝫ p̃ dolore ob amiſſuz põtificẽ cõmu
nem oĩm parentẽ magno funere ſepelitur. vj.
idus Septembris. Uacat tum ſedes menſem
vnum. diebus viginti.

## Johãnes. vj.

IOhannes ſextus. natione grecus:
eo tempore põtificatum inijt. quo
Theophilacius herarchus Ita
liam petẽs: Primo in Siciliam venit. quod
vbi ſenſere milites ytali veriti. ne qđ mali ei
us aduentus portenderet: ꝙ ſupioribꝫ tempo
ribus fere magis cũ põtificibꝫ ꝙ̃ cũ imperato
ribus ſenſiſſent. ingreſſarũ vrbẽ Romã interfi
cere cõſtituerãt. Uerꝫ Theophilacius aucto
ritate Johannis põtificis defenſus: q ſeque
ſtrum ſe inter ducem et milites fecerat: cõpo
ſitis rebus omnibus Rauennã pficiſcit. In
terea vo Giſulphus beneuentanus dux mili
tum et Herarchi diſcordia fretus: Cãpaniaz
inuadit: Soram et arpinũ occupat. villas in
cẽdit: ruſticos et pecora abigit: quibus malis
permotus põtifex: legatos ad Giſulphũ mit
tit. qui ei mandẽt: vt obmiſſis campanie ⁊ her
nicorũ oppidis in Samniuz reuertat. ꝙ ſi ſe
cus fecerit: breui ſenſurꝫ oĩpotẽtis dei in ſe irã
His monitis pterritus Giſulphus oppida q̃
ceperat reſtituẽs. Beneuẽtuz reuertitur. Ca
ptiuos aũt oẽs quoad per erarium eccleſie ſi
bi licuit Johãnes redemit ex toto Sãnio cõ
qſitos. At Juſtinianus (quẽ diximus) a Ti
berio in cheroneſuz ponti relegatũ: inde fugi
ens ad Cacãnũ Bauarum peruenit. a quo p̃
mo ita perbenigne ſuſceptus eſt. vt ei filiam ĩ
vxorẽ ſpopõderit. verꝫ poſtea pecunia et mũe
ribus a Tiberio corruptus: hoſpitẽ et generꝫ
ei pdẽ inſtituerat. Hoc vbi Juſtinianus intel
leriſſet: ad Trebelliũ bulgarorꝫ regẽ ꝯfugit:
a quo etiã ñ ita m̃ltopꝰ vi et armis ĩ impiũ re
ſtituit. At vo dũ hec in Europa agerẽt. ſara
ceni occupata Lybia et Aphrica ex Septa
ſoluentes tranſmiſſo Atlantico freto. omnes
Hiſpanias preter aſtures et cantabros occu
pant. Hi eñ ſicuti vltimi fuere in Hiſpania:
quos romanum ſubigeret imperiuz: vltimi ꝙ̃ꝫ
qui ab eo deficerẽt. ſoli poſtremo: qui veſogot
thorum a ſe diſcuterent iuga ita nunc demuz
accepta chriſti fide et religione armis ſe a per
fida ſaracenorum gente conſtantiſſime tutati
ſũt. Aphrica igit̃ q̃ a Balliſario primi Juſti
niani duce recupata centum et ſeptuaginta
ãnis romano paruit imperio: a ſaraccis vna
cum Beticha Hiſpanie (quã nũc Granataz
vocãt) tũ occupata eorꝫ moribꝫ ⁊ legibꝫ iã ſep
tigentis et quadraginta annis obtemperat:

cum maxima chriſtiani nominis ignominia.
Et ſi hyſpani qui iactare ingeniuȝ et fortitu-
dinem ſolent: nequeant tantam labeȝ ab Eu-
ropa propellere. Sunt qui ſcribant Bedam
qui eiſdeȝ temporibus fuit. hanc ca lamitatẽ
litteris. ad principes chriſtiani nominis ſcri-
ptis lamentatum fuiſſe. quo bellum in hoſtes
dei atqȝ hominum ſuſciperent: Beda eñ pre
ter grece atqȝ latine lingue doctrinam: quam
nõ mediocriter tenebat. ob religionẽ etiã atqȝ
modeſtiã venerabilis cognomentum adeptus
eſt. Scripſit eñ multa in actus apoſtolorum
in Lucam. Edidit et librum de tẽporibus et
Omelias pleraſqȝ. quibus multuȝ gallici ſa-
cerdotes vtuntur. Strabo quoqȝ et Haymo
viri doctiſſimi Bede fratres ſunt habiti. quo-
rum alter pleraſqȝ omelias eleganti ſermone
compoſuit. alter võ geneſim cõmentatus eſt.
At Johãnes põtifex reſtituta baſilica ſancti
Andree in vaticano ſarctoqȝ tecto diui Mar
ci. atqȝ ornato altari principis apoſtolorum
Petri. ductis columnis dextra leuaqȝ. mo-
ritur pontificatus ſui anno. iij. menſe. iij. mar
tirio. vt quidaȝ volunt. Sed a quo martiriuȝ
paſſus ſit. non ſatis conſtat. Sepultuȝ ad Ca
tecumbas ſebaſtianas via Appia quidã affir
mant. Eius ex morte vacat tuȝ ſedes mẽſem
vnum. dies vndeuiginti.

## Johannes. vij.

Iohannes ſeptimus: natione gre-
cus: patre Platone: eo tẽpore põ-
tificatũ iniyt. quo Juſtinian⁹ Con
ſtãtinopolim reuerſus. Tiberiuȝ et leontiũ
a quo fuerat imperio deiectus ſpectãte populo
interfici iuſſit. Multos preterea ex inimicis
e medio ſuſtulit vario generẽ mortis: pleroſqȝ
in carcerem coniecit. quoruȝ de numero quo-
tidie aliquem ſupplicio afficiebat: cum nares
emungendo illate iniurie reminiſcebatᷣ. Pre
terea võ Gallanicum patriarcham conſtan-
tinopolitanuȝ confoſſum oculos: Romam ex
ulatum miſit. Cirumqȝ abbatem. cuius mu-
nificentia in Ponto vixerat in locum Galla
nici patriarcham ſufficit. Eademvõ ſtulticia
vexatus. q̃ fuerat añ amiſſuȝ imperium Ser
gio pontifice duos metropolitanos Romam
miſit: qui Johannem adhortarentur: vt habi
ta ſynodo que de Homuſio crederent orienta
les. eadẽ vera etiã occidẽtales affirmarẽt. pre
poſitis libellis in quib⁹ ei ſubſcribendũ erat
Homines autem re infecta ad imperatorem
pontifex remiſit: neqȝ tamen (vt par erat) er-
rores male ꝺ deo opinantiũ emendauit. cenſu
ris et interdictis. quemadmodum conſtantẽ
pontificeȝ decuiſſet. Sunt qui ſcribant (ſine
autore tamen) Arithpertum longobardoruȝ
regem religione motum. condonaſſe alpes co
ctias beato Petro. ⁊ quicquid a Taurinis ⁊
medulis genuam vſqȝ Lyguſticam protendi
tur. Alij autem affirmant donationem ipſam
ab Arithperto confirmataȝ fuiſſe. Veruȝ cuȝ
de donatione nil certi habeatur. paleãqȝ pon-
tificij iuris periti appellent. quod ſine frumen
to ſit. nihilqȝ conſtantiniane elegantie ac di-
gnitatis habeat. quomodo de confirmatione
conſtabit? Ad Johannem pontificem redeo.
virum certe multe eloquentie et ſanctitatis: q
in baſilica Petri oratorium (ita enim appel-
lant) locum orandi in honorem dei genitricis
extruxit. cuius parietes vermiclato opere in-
tecti: dextra leuaqȝ quorundam ſanctorum
patrum vultus oſtendebant. Baſilicam pre-
terea ſancte Eugenie reſtituit: iaȝ pridẽ vetu
ſtate collapſam. Cimiteria quoqȝ ſanctorum
martirum Marcellini. Marci: Damaſiqȝ
pontificis exornauit. Poſtremo võ mltas ba
ſilicas pictura et ſtatuis ſanctorum cultiores
reddidit. Has aũt qui cernebant ipſum pon-
tificem intueri videbantur: vnde exemplaria
grauitatis et dignitatis pictores ac ſtatuarij
ſumpſerant. Moritur autẽ Johannes ſecun
do pontificatus ſui anno. menſe ſeptimo die
xvij. ſepeliturqȝ in Baſilica Petri ante alta-
re dei genitricis: quod ipſe extruxerat. quin-
decimo kalendas nouembris. Eius auteȝ in
morte tribus menſibus ſedes vacat.

## Siſinius

Siſinius vl (vt alij volũt) Soſim⁹
natione Syrus: patre Johanne
xx. tantum diebus in pontificatu
vixit: quo quidem tempore ferunt ſancti Be-
nedicti corpus e monte caſſino furto ſublatũ
ꝓpter ſolitudinẽ loci ⁊ in Galliam tranſlatuȝ
fuiſſe. Soſimus auteȝ licet podagra et chira-
gra ita laboraret: vt neqȝ ambulare: neqȝ ci
bum capere poſſet: tamen ita vrbis Rome et
reipu. chriſtiane curam geſſit. vt nil pretermi
ſerit: et ante pontificatum et in ipſo magiſtra
tu: quod bonum pontificem deceret. Jam eñ
materiam omnem parabat: qua et menia vr-
bis et templa vetuſtate collapſa in meliorem
formam reſtitueret: celebratioraqȝ redderet.
Verum ſubita morte correptus: in Baſilica
Petri ſepelitur octauo idus nouembris. Va
cat tum ſedes menſem vnum et dies decem et
octo.

# Conſtantinus

COnſtantinus natione Syrus: pa
tre Johanne: eo tempore pontifi⸗
catuz inijt. quo Rome triennio fa
me laboratum eſt qua quidem in re ita omẽs
tum: vel maxime pauperes iuuit: vt Conſtā⸗
tinum celitus miſſuz homĩes arbitrarentur.
Interea vͦo Juſtinianus odio pontifici noĩs
Mauritium patricij ordinis virum: et He⸗
liam ſpatariuz in Cherſonenſuz vbi exulaue
rat cum claſſe mittit: qui omnes pubertatem
ſupergreſſos occiderent. Fecere mandata pre
fecti claſſis: vt rabiem imperatoris explerẽt
Et ne in homine ſolam crudelitatem fuiſſe ex
iſtimes: tante ingratitudinis fuit: vt Trebel
lium regem. cuius ope et copijs in imperiuz
reſtitutus fuerat: cum Tracibus contenden
tem de improuiſo hoſtili manu adortus ſit:
quem certe Trebellius non modo ſuſtinuit:
verumetiaz cum detrimento repulit. De pri⸗
ſtina vita ob calamitates quas perpeſſus fu⸗
erat Juſtinianus nil imutauerat. preter hoc
tantum: quod ſedem apoſtolicam contra at⸗
qꝫ antea conſueuerat: veneratione deinceps
obſeruauit tutatuſqꝫ eſt. Nam cum felix ar⸗
chiepiſcopus Rauẽnas ordines a romão põ
tifice accepiſſet: cogereturqꝫ de more formulã
obtemperandi ſcripto: et pecunia Romam
mittere: neqꝫ id pre arrogantia faceret. Juſti
nianus re cognita Theodorum patriciũ claſ
ſis prefectum ſtatim admonet: vt primo quo
qꝫ tempore ex Sicilia in Rauẽnates moue⸗
at. Js autem dicto imperatoris obtemperãs
et Rauẽnantes prelio ſuperatos: maximis
affecit cladibus: et felicem cathenis vinctum
Conſtantinopolim miſit: quem poſtea Juſti⸗
nianus in Pontum relegauit: orbatũ prius
luminibus eneo vaſe cancauo: ac quidem ca
dente diu inſpecto. Inde em̃ pyramis ignea
exit: que facillime oculorum aciem preſtrin⸗
git et obcecat. Nequaquã tamen hanc ſeui⸗
tiaz Conſtantinus probauit. redigere em̃ ho
minem ad ſanitatem volebat: nõ tantis ma⸗
lis affici. Interea vͦo cuz hec a pontifice ⁊ im
peratore agerentur: Ariſprandus regnũ aui⸗
tũ repetens: auxilio Bauarorꝝ fretus: in yta
liam deſcendens collatis ſignis cum Arith
perto dimicat et vincit. regnoqꝫ longobardo
rum potitur. Arithperto ipſo duz trepide ni⸗
mium aufugit in rapido flumine ſubmerſo.
Uerum ariſprandus nõ ita multo poſt mori⸗
ens: Luitprandũ filiũ regni ſucceſſorem ap
probantibus omnibus reliquit. Juſtinianus
autem videndi Conſtantini pontificis admo
dum ſtudioſus hominem rogat. vt ad ſe pro
ficiſcatur. premiſſa claſſe quo tutius nauiga⸗
ret. Appropinquanti autem vrbi regie Con⸗
ſtantino Tiberius Juſtiniani filius cum re
gio comitatu. et Cyrus patriarcha cuz omni
clero honoris cauſa ad octauum lapidez ob
uiam prodeunt: eumqꝫ camelanto pontifica⸗
li amictu indutum ſolenni pompa vrbem in⸗
greſſi in regiam perduxere. Inde vͦo Nicome
diam proficiſcens: quo venturus et impera⸗
tor Nicea erat. non ſecus quã Conſtantino⸗
poli a nicomedienſibus ſuſcipitur. Juſtinia
nus autem non ita multo poſt vrbem ingreſ⸗
ſus: non ſolum pontificem amplectitur: verũ
etiam eius pedes venerationis cauſa exoſcu
latur. Cum vͦo ſequentibus diebus multa in
ter ſe collocuti fuiſſent: confirmaſſetqꝫ Juſti⸗
nianus pontificum decreta. Conſtantinꝰ abi
ens hominem adhortatur: ne in Philippicũ
Cherſone exulantẽ grauius aliquid decerne
ret. veritus ne aliquid mali oriretur. qꝛ Phi⸗
lippicum magni animi eſſe et conſilij viruz in
tellexerat. Uerum Juſtinianus conſilio pon
tificis bene monentis nequaq̄ obtemperans
claſſem in Pontum mittit: eo animo vt Phi
lippicum interficeret. qui quidẽ deficientibus
ad ſe militibus: eadẽ claſſe vſus duodecio ab
vrbe Conſtantinopoli miliario: cuz Juſtini⸗
ano ⁊ Tiberio dimicãs. eos vicit et interficit
imperioqꝫ ſtati oĩm ꝯſenſu potitur. Deinde
vͦo Cyro patriarcha in põtuz relegato: qꝛ hñ
cũ põtifice romano ſentiret: in eius locũ Jpã
nez monachũ hereſiarchã ſufficit. Cuius qui
dez dogmata ſtatiz Romaz miſit. mandauit
vt oĩm cõſenſu approbarẽtur. At Cõſtãtinꝰ
habita ſynodo ñ modo Philippici et Johan
nis monachi opiniones improbat: verũetiã
decernit. vt ſanctorꝝ patrꝝ imagines: qui ſex
cõcilijs ab oĩbꝫ probatis interfuerãt: ĩ porti⸗
cu beati Petri depĩgerẽtur: cũ ĩtellexiſſet eas
a Philippico e parietibus ſcẽe Sophie igno⸗
minie cauſa abraſas fuiſſe. Preterea vͦo idez
põtifex ꝯſtituit: ne ĩpatoris hẽtici nomẽ pu
blicis ſcriptis aut ꝑuatis ĩ ere. argẽto. plum⸗
boue recipeꝛ̃. At Anaſtaſiꝰ cognomẽto Ar⸗
themius ſumptis armis Philippicũ imperio
deijecit: ãno ꝑmo. et mẽſe imperij ſexto. eũqꝫ
captuz oculis priuauit. Litteras preterea ad
Cõſtãtinũ põtifice immittit. qbꝫ ſe catolice fi
dei ac ſexte ſynodi acerrimũ defenſorẽ futurum
pollicetur. Uerꝫ hic qꝫ triẽnio pꝰ a militibus
ſpretus ĩpio deijcit̃: cogitꝗꝫ a Theodoxio:
qui in eiuſ locuz ſuffectus eſt. ſacros ordines
recipe: ne ei ſacris initiato amplꝰ redire ad
impiũ liceat. Theodoxius autez catholicus

impatoꝛ ſtatim imagines ſc̄toꝝ patꝝ (vt di-
ximꝰ) a Philipico demolitas reſtitui priſti-
no in loco mādauit. Felix vō (quem diximꝰ)
in pontū a iuſtiniano relegatū: a priſtina he-
reſi diſcedēs i patriā reuertit̄: ac ſedē vñ pul-
ſus fuerat repetit. Declaratū eſt etiā eodem
tp̄e Ticineſē ep̄m romāe ſedi tātū ñ et̄ medi-
olanēſi archiep̄o obtpare debere. Ea em̄ d̄ re
magna ⁊ diuturna inter vtrūqꝫ antiſtitē ꝯtē-
tio fuerat. Sunt q ſcribāt duos reges Saro-
nuꝫ hoc eodē tp̄e Romā voti ⁊ religionis cā
veniſſe: mortuoſqꝫ ibidē eſſe peſte: vt arbitroꝛ
Poſt hos vō nō ita multopoſt morit̄ Cōſtā-
tinꝰ ſeptimo pōtificatꝰ ſui anno. dic. xx. ac in
baſilica Petri ſepelit̄ tercio idus Februarij.
Sedes aūt huius i morte menſē vnū: ⁊ dies
quadraginta tum vacat.

## Gregoriꝰ. ij.

GRegoriꝰ ſc̄ds patria romanꝰ: p̄re
Marcello ſub Sergio pōtifice ſa-
cris initiatꝰ: ſacellis ⁊ bibliothe-
ce p̄fuit tante fidei ⁊ integritatis eſt habitꝰ.
Sumēs deinde dyaconatꝰ ordinē: Cōſtanti-
nopolim cū Cōſtātino pōtifice ꝓficiſcit̄: vbi
cū acriter diſceptaret̄ quibuſdā de reb9 ad fi-
dē ptinentib9: ita acute r̄ndit: vt oib9 ingenij
ſui ⁊ doctrine admiratōꝫ iniiceret. Tāte em̄
eruditōis ⁊ facūdie erat: vt facile ꝯuinceret
male de fide noſtra opinātes. Inito aūt pon-
tificatu: ⁊ menia vrbis aliq̄ ex pte vetuſta-
te colapſa inſtaurat: ⁊ trabes baſilice princi-
pis apoſtoloꝝ Laurentijqꝫ martiris ex̄t mu-
ros ānoſitate quaſſas reſtituit: reſarctis te-
ctis ac parietib9: introductiſqꝫ de more aqs:
ꝯpaginatis fiſtulis iā dudū vetuſtate ⁊ hoim
incuria viciatis. Alias qꝫ eccleſias reſtituit
muneribuſqꝫ tū aureis: tū argenteis exorna-
uit: quas quidē enumerare longū eſſet. Non
reticebo tñ reſtitutum eſſe ab eo monaſteriū
via hoſtiēſi poſitū nō lōge a Baſilica Pau-
li: cuius ruinas adhuc cernimꝰ. Reſtitutūqꝫ
etiam monaſteriū beati Andree qd̄ barbare
nuncupat̄ ibiqꝫ diſpoſitos monachos: q die
ac noctu laudes deo canerēt. Huius p̄terea
hec peculiaris laus ē: q̄ eiꝰ opa germani ad
fidē noſtrā ꝯuerſi ſūt. miſſo eo bonifacio mo-
nachos: q eos e tenebris educeret ꝓpoſita ve-
ritatis luce. Ipoꝝ aūt germanoꝝ magnam
ptem Romā venientē ſuis manib9 vir ſc̄tus
baptizauit ipulit itē ſua auctoritate Luith-
prandū pmo quidēꝫ recuſantem Arithperti
donationē (de qua antea diximꝰ) ꝯfirmare: q
quidē Luithprandꝰ principio regni ſui ⁊ ba-
iouarie magnā ptē occupat: ⁊ Rauennā ob-

Germani
ad fidē
conuerſi

ſidet ac capit. Eiuſdē tempib9 tyberis adeo
in immēſum creuit: vrbē porta flāminea īflu-
ens: vt i via lata hois magnitudinē aqua fe-
re equaret: ⁊ a ponte miluio vſqꝫ ad gradus
ſancti Petri nauigaret̄ lyntrib9 nō paruis.
Durauit aūt hec illuuies dieb9 ſeptē cū ma-
ximo ciuiū dāno ⁊ detrimēto: euerſis domib9
ac erutis arborib9 ſatiſqꝫ. Luna qꝫ eclipſim
tū paſſa vſqꝫ ad mediā noctem: colorē ſangui-
neū p̄ ſe tulit. Dedit ⁊ ſigna futuri mali cō-
metes: extēſa ad ſeptentrionē cauda. Grego-
rius aūt quo ſūmi dei iram a ceruicib9 xp̄ia-
noꝝ auerteret: frequētes ſupplicatiōes vrbe
tota facit. Dum hec Rome a pōtifice ageren-
tur: nūciatum eſt longobardos Beneuētano
duce arcē cumanā inſidijs occupaſſe: qua ex
re Gregoriꝰ vehement̄ ꝯmotus longobardos
admonet: vt arcem p̄ter federa pacis frau-
de occupatā reddāt: aliter eos breui indigna-
tionem omnipotētis dei ſenſuros: verꝫ cum
hoſtes ſepius moniti res repetitas nō redde-
rent: Neapolitanꝰ pontifex adhortat̄ ꝓpoſito
premio. ꝓmiſſiſqꝫ etiam quibuſdā militibus
romanis: vt arceꝫ vi occupent. Hi vero man-
data ſtrennue facientes. Theoduno ſbdya-
cono hanc rem curante arcē recidiunt: ceſiſqꝫ
tricētis ex his qui in p̄ſidio erāt: ad quingen-
tos viuos capiūt: ac Neapolim pducunt vbi
ſtatim militib9 p̄mia reddita ſunt. Pace ita-
qꝫ foris parta. Gregorius reparandis locis
ſacris aīm adijcit. Baſilicā nanqꝫ ſancte cru-
cis in hieruſalem iam pridem deſtitutam re-
ſtituit: porticus circumquaqꝫ poſitas inſtau-
rat fornicibus ⁊ tectis. Oratorium Oſanne
in monte celio a fundamentis extruxit. Do-
mum paternam mortua matre in honorem
Agathe chriſti martiris dedicauit: eoqꝫ loci
monaſterium extruxit: additis ſuburbanis
⁊ ruſticis p̄dijs ad monachorum vſum ⁊ cō-
moditatē. Saraceni aūt diſcordia xp̄ianorū
freti ex ſepta Aphrice in Hiſpaniam traijci-
entes: ꝓuinciam omnē p̄ter Beticaꝫ a ſuis
iam antea poſſeſſam depopulantes: ad aqui-
taniam vſqꝫ cum coniugibus ⁊ liberis pue-
nere: eam quoqꝫ prouinciā occupaturi. Erat
tum Carolus marcellus Pipini regis filꝰ
magno apud omnes in precio. Duos em̄ fili-
os Pipinus tum habuit. mortuo Grimoal-
do. Carolomanum. ⁊ Carolum marcelluꝫ q
poſtea ſolus hoc quoqꝫ mortuo regnum Frā-
cie obtinuit: multis tamen aduerſantibus:
maxime vō Eudone Aquitanie duce: ⁊ chil-
perico rege: quē franci quidā poſt theodori-
cum emulatione moti regeꝫ conſtituerāt. Ve-
rum Carolus marcellus trāſmiſſo Sequa-

ne fluuio in aurelianos mouens : vno impe-
tu hoſtes fundit fugatq3:ac regno francie ſo-
lus potitur. Renū3 deinde traijciens Saxo-
nes. Alemanos. Sueuos. Bauaros: regno
ſuo adijcit. Verū cū3 intellexiſſ3 ſaracenos ab
Eudone in Galliā euocatoſ :magnis itinerib9
in hoſtem proficiſcitur. pugnandiq3 poteſta
te3 facit. et vincit n̄ longe a Turonū finibus
In eo aute3 prelio ſcribunt hyſtorici ad tricē
ta et. lx. milia ſaracenoꝝ cecidiſſe. ex francis
vō mille tm̄modo centum et .l. deſideratos
Sunt tamē qui ſcribant. Eudonē tanto peri
culo motum . poſtremo cum Carolo ſenſiſſe
Hac itaq3 ratione ſaraceni beneficio Caro-
li a ceruicibus hiſpanorū et gallorum pulſi:
rabiem omnem et indignatiōem ex tanta cla
de conceptam in Conſtantinopolitanos ver
tere: vrbe3 eñ terra mariq3 triennio obſidēt
Verū cū fame: frigore. peſte. bello. poſtrēo ma
gna incōmoda paterentur: obſidionem ſoluē
tes: ad ſua quiq3 rediere: Ex cōſtātinopoli-
tanis aūt ad tricenta milia eadem peſte con
ſumpta traduntur. In ytalia vero longobar
di duce Luithprando Rauēnā diu obſeſſam
tandem capiunt et diripiūt. inde Ticinum
auferentes quicqd preclaru3 in vrbe erat: vn
de crediderim tum equum illum eneum viro
inſidente. Papiam aduectum: quem Accole
regi ſolem vocant. Sed ita fit in rebus hūa-
nis viciſſitudo eſt. quod eñ Theodoric9 alij
q3 reges gotthorum: atq3 deinceps hexarchi
Rauentes Roma 3Rauennam detulerāt id
poſtea in varia loca diſiectum eſt. Interi3 vō
rome a quibuſdam ſedicioſis. in pontificem
coniuratur pricipib9 cōiurationis Baſilio:
iordane carthilario Johanne ſubdiacono co
gnomento lurici. Mario ſpatario: qui duca
tui romano imperatoris nomine tum ꝑerat.
Veru3 dilata in aliud tēpus res ē ꝙ Mari-
nu3 imperator reuocauerat: Tentare et pau
lum hexarchum cōiurati cepere. quo quide3
duce in tanta re vti volebant. Sed romanuſ
pplˢ re ipa tandem patefacta arma capit. Jo
hannem et Lurione3 interficit. reliquoſq3 cō
iuratos diſſipat. Baſiliū monaſterio inclu-
dit. vbi et vitam finiuit. Paulus autem vehe
menter pontifici infenſus : ꝙ ab eo prohibe-
retur: ꝗ minus noua vectigalia exigeret. cla3
et aperte mādato imperatoris viri ſanctiſſi-
mi mortē querē: ſ romaī et lōgobardi ſūptis
armis ꝗ min9 id fieret prohibuē. Tū vō Leo
tercius imperator : cum apte inuehi in pon-
tificē nō poſſet: edictum proponit . vt omnes
ſub imperio romano eſſent ſanctorum omni-
um martirum et angeloru3 ſtatuas atq3 ima

gines e templis abraderent et auferrent. tollē
de (vt ipſe dicebat) ydolatrie cauſa. qui vō ſe
cus feciſſet eū ſe pro hoſte publico habiturū.
Gregorius aute3 tante impietati non modo
nō obtemperat: verū etiam omnes catholicos
admonet. ne in tātu3 errorem timore vel edi-
cto pricipis vllo modo dilabantur. Qua co-
hortatiōe adeo certe animati ſunt ytalie po
puli. vt paulum abfuerit quin ſibi aliū impe
ratorem deligerent. Quo minus aute3 id fie
ret. autoritate ſua obſtare Gregorius anni-
xus eſt. Rauenne tamē tanta ſeditio orta eſt
cum alij imperatori alij pōtifici obtemperan
du3 dicerent. vt in ipſo tumultu Paulus he-
xarchus cū filio occideretur. Mittitur dein-
de ab imperatore Eutichius eunuchus. qui
pollicitationibus 7 donis lōgobardos a beni
uolentia et ſocietate romani pontificis ſepa-
raret. Verū cum id fruſtra quereretur rē toti
ens tēptatam ad tēpus obmiſit . vnde ponti-
fex tanta moleſtia liberatus. loca pauperum
et baſilicaſ inuiſere cepit: eaq3 reſtituere que
ob vetuſtatem et incuriam ruinā minaban-
tur. Pacē preterea inter regem longobardo-
ru3 et duces ſpoletinū. ac Beneuentanū cō-
poſuit. Hos eñ rex ipſe opprimē inſtituerat
cuius animum adeo pontifex ad manſuetu-
dinem redegit interpoſita ſaluatoris noſtri
autoritate: vt obmiſſo bello armillas balteū
enſem. ac reliqua arma tēplo pricipis apſto-
loꝝ offerret. cu3 exercitu eñ vſq3 ad vaticanū
peruenerat: pacto tamē agmine hac de re cu3
pontifice locuturus. Leo aūt imperator pha
natico ſpū iterum incitatus oibus mādat: vt
ſimulacra vel lignea vel enea vel marmorea
ad ſe deferāt 7 delata ſtatim incendit. non de
ferentes vō capit et obtruncat. Germanum
patriarcham id potiſſimum improbantem ī
exilium mittit: in eiuſq3 locu3 anaſtaſiu3 ma
le ſentientem ſufficit. quē poſtea Gregorius
ſynodo habita priuauit: et ab officio diuino
ſemouit : niſi ad catholicam fidem reuertere-
tur. Sepius preterea. vt ſactiſſimum virum
decuit. Litteris imperatorem admonuit : vt
obmiſſis quorundam improborum errori ho
veram tandem amplecteretur fidem. et abo-
lere ſanctorum imagines deſineret : quoru3
memoria et exemplari ad virtutem et imitati
onem excitarentur homines. Sunt qui ſcri-
bant bonifaciū hui9 pōtificis tempore e Bri
tania Romam veniſſe. et ex monacho ob ei-
us ſanctitatem epiſcopum factum: ac in Ger
maniam ad confirmandos predicatione et
exemplo germanos in fide miſſum quod qui
dem ita egregie fecit: vt maguntinus epiſco-

pus creari meruerit. in Aphricã deinde pro-
ficiſcẽs: cum verbum dei elegãtiſſime predica
ret: ab hoſtib⁹ chriſtiani nomis occidit̃. Fe-
runt ⁊ ſãctum Egidiũ natione grecũ: exem-
plo ⁊ miraculis inſigneȝ tum habituȝ fuiſſe
⁊ Petronium ciuem romanum ex voto baſi-
licam beati benedicti prope derelictã ſua im-
penſa reſtituiſſe. At Gregorius qui ſuo exẽ-
plo omẽs ad virtutem ⁊ ſanctitatem incita-
bat: pontificatus ſui ãno ſextodecimo: menſe
nono: die. xj. morit̃: ſepeliturqȝ ad baſilicam
Petri tercio idus Februarij. Eius in morte
epiſcopatus tũ vacat dies quinqȝ ⁊. xxx. Le-
tum aũt ⁊. viij. ac. xl. epiſcopos toto ſuo pon
tificatu creaſſe dicitur.

## Gregorꝰ. iij

GRegorius tercius: natione ſyrus patre Johanne: anno domini ſeptingenteſimoquinquageſimonono: omnium conſenſu pontificatum inijt. Fuit aũt vir ſingularis doctrine: ⁊ humanitatis precipue greca atqȝ latina lingua eruditus. Mentem diuine ſcripture ita callens: vt nemo tum diſertior predicatione atqȝ interpretatione rerũ occultaꝝ ⁊ admirabilium haberetur. Preterea vo: ne verbo tantũ ⁊ cohortatione populos mouiſſe arbitreris: omnia q̃ exemplo mouere poſſunt: ita aſſidue obibat vt iudicare difficile ſit promptior: ne lingua q̃ opere habendus eſſet. Orthodoxe fidei ita acerrimus defenſor fuit: vt ob eam rem maximorum principũ graues ſimultates ⁊ inimicitias ſuſcepit: ñ armis: ñ potẽtia: ñ minis cuiuſpiã e gradu ꝯſtantie ſue deiectus. Tante poſtremo hũanitatis fuit: vt ⁊ pauperes mira caritate complecteretur: ac elemoſinis foueret: captiuos redimeret: ere alieno nexos solueret: viduas ⁊ pupillos: quo minꝰ a potentibus circumuenirentur: tutaretur adeo vt fere omnium parens ac paſtor merito vocaretur. Hic ſtatim vbi pontificatũ inijt: cleri romani conſenſu Leoneȝ tercium imperatorem Conſtantinopolitanum imperio ſimul ⁊ communione fideliũ priuat: ꝙ ſãctas imagines e ſacris edibus abraſiſſet: ⁊ ſtatuas d-molitus eſſet: ꝙqȝ etiam de homuſio male ſentiret. Interim vo cum Luithprandus longobardorum rex cupiditate imperandi motus vrbem Romam obſideret: captis circumquaqȝ oppidis omnib⁹ Gregorius legatos naui quia terreſtri itinere nõ licebat: ad Carolum Francie principem ſtatim mittit: qui hominem rogarent. vt primo quoqȝ tempore laboranti Rome et eccleſie auxilium ferret. Conſueuerant autem pontifices Romani ſi quid mali ab externo hoſte immineret auxilia ab imperatore conſtantinopolitano petere. Quod facere Gregorius ſubſtitit: cũ ob eaſdem cauſas quas pauloante commemoraui: tum vel maxime ꝙ vrbem regiam egre Leo a ſaracenis tutaretur: nedum alios defenderet. His itaqȝ rationibus accidit: vt tunc primum tutela eccleſie ab imperatoribus Conſtantinopolitanis ad alios tranſlata ſit. Carolus autem rogatu Gregorij patrocinium eccleſie ſuſcipiens: Luithprandũ regem amicum et compatrem rogat vrbem ne obſideat: ac pontificem vexet: hac re nil ſibi fieri moleſtiꝰ quicq̃ aut grauiꝰ poſſe. Obtemperat Carolo Luithprandus atqȝ vrbeȝ obſidione ſoluit. Nam inito iam antea inter ſe federe: Carolus Pipinum filium in ciſalpinam galliam ad Luithprandum miſerat: vt ei capillum de more ſacrorum ſuccideret: vnde compatres more chriſtiano inuicem facti ſunt: quod eſt quoddam affinitatis vinculum. Remiſerat puerum ad parentes Luithprandus multis ac maximis donatum muneribus. At Carolus pacatis Italie rebus in burgundiones verſus: eos vi capit: ⁊ pre modeſtia ſocios appellat. Phryxiões idolatras opprimit. Lugdunum arelate Maſſiliande veſogottis occupat: qui athimum ſaracenorum regem in auxilium vocant. Is itaqȝ cũ magno exercitu Rhodanũ traijciens: Auenionem vi capit opportunitate loci pro arce vſurus. At Carolus re ꝯgnita eo propere cũ exercitu mouet: ⁊ Auenionem recuperat: interfectis ſaracenis omnibus qui in preſidio erant. Inde Narbonem proficiſcitur: quo aufugiſſe Athimum cognouerat. Ab obſidione Narbone diſcedens: ꝙ ammoreum alterum ex ſaracenis Hiſpanie regem venire in auxilium Athimi cum magno exercitu intellexerat: haud procul inde in vallem Corbariam deſcendit. vbi inerat planicies ad dimicandum aptiſſima. Amoreus autem arbitratus Carolum deſperatione rerum in fugam verſum in vallem ingreditur: ſtatimqȝ pugnandi copiam facit. Non detrectat certamen Carolus: licet hoſtium numerus prope infinitus eſſet. Tandem vo acriter aliquandiu vtrinqȝ pugnatum eſſet. Cadente autem in primis aciebus Amoreo fundũtur hoſtes fuganturqȝ. quorũ pars magna ĩ proximis

paludib⁹ ⁊ ſtagnis:quo ꝯfugerant oppreſſa ē
Athim⁹ vō forte fortuna nauigiū nactus:in
de in Hiſpaniam vlteriorem fugiens omēs
inſulas quas adijt: deſperatione rerum fer-
ro ac flāma vaſtat. Eodem ferme tpe btī Au
guſtini corpus:qḋ antea ducentis ⁊ qnquagi
ta annis ab Hippone in Sardiniā trāſlatū
fuerat:cum vandali pdabundi Aphricā va-
ſtarent:diligētia Luithprandi ex inſula ipā
Papiam delatū eſt:⁊ egregio in loco recōdi
tū. At ſaraceni his cladib⁹ domiti:intra py
reneū ſe deinceps ꝯtinēt:vñ deſogotthi oēs q
citeriorem Hiſpaniam ⁊ ptem Gallie occu
pauerāt:auxilio carētes:in poteſtatem Caro
li deuenere:atq ita gotthi:qui tricētis ꝑpe ā
nis imperauerāt:funditus deleti ſunt preter
paucos:quos barchinonēſes ab interitu libe
rarunt. Sunt qui ſcribant Luithprandum
copias auxiliares in tanto bello Carolo mi-
ſiſſe atq ita rebus bene geſtis ſuos oēs onu-
ſtos preda domum rediſſe. Interim vō Gre-
gorius pontifex nequaq̄ ocio ⁊ pace abutēs
ad exornandas eccleſias aīm adijcit. Nā ⁊
altare beati Petri ſex columnis onychinis
auguſti⁹ reddidit. dextra ac leua poſitis apō
Philopareas vetuſtate fere comminutas.
Stabāt in his colūnis trabes argēto delibu
te. In trabibus vō equis ſpacijs ſaluatoris
⁊ apoſtolorū ſimulacra diſtinxit. Struxit et
oratorium in eadem baſilica: in quo de reli-
quijs fere ſanctorū oīm recondidit:celebrari-
q co loci quotidie mādauit:atq ī canone ce
lebritatis hec verba addit:marmorib⁹ circū
quaq poſitis inſculpta. Quorū ſolennitas in
ꝯſpectu tue maieſtatis celebrat dñe deus no
ſter toto in orbe terrarū ⁊c. Quibus verbis
nūc ſacerdotes in ſecretis nō vtunt. Prete-
rea vero huic baſilice mlta argentea vaſa cō-
donauit:eius quoq iuſſu ⁊ impēſa aurea dei
genitricis imago ſaluatorem amplectens ex-
tructa eſt:⁊ in baſilica ſancte Marie ad pſe
pe collocata. Reſtituit etiam tectum ſancti
Chryſogoni:eoq in loco monachos colloca-
uit:qui rem ſacram quotidie celebrarēt. His
addidit ⁊ fundos vnde viuerent. Monaſte-
ria quoq multa partim reſtituit: partim vō
a fundamentis extruxit:addita regula q̄ mo
nachi integre ⁊ ſancte viuerēt. Inſtaurauit ⁊
menia vrbis magna ex parte vetuſtate col-
lapſa. Idem etiam centumcellis fecit iam ꝑ
pe deſertis ꝓpter collapſa menia. Inſtituit
preterea: vt fere ſine interuallo ⁊ a preſbite-
ris hebdomadarijs ⁊ a monachis in eccleſia
ſancti petri diuina officia celebrarent:vñ ap
paret ⁊ monachorum ⁊ preſbiterorū ſecula
rium domicilia multis in locis contigua fu-
iſſe:qui emulatione moti vō q̄ diligentiſſime
ſeruiebant. Gregorius vō bene de deo ⁊ ho-
minibus meritus:āno pontificatus ſui deci-
mo:menſe octauo:die.iiij.⁊.xx.moritur ac ī
baſilica Petri ſepelit qrto kalēdas dcēbris
collacrimantibus omnibus tanq̄ ꝯmuni pa
rente orbatis. Sedes aūt dies octo tantum-
modo tum vacat.

## zacharias

ZAcharias natione grecus:ex pre
Polycramio:inter optimos pon
tifices annumeratur. Fuit eñ vir
mitiſſimi ingenij:mire ſuauitatis ⁊ gratie:oī
virtute preditus:cleri ac populi romāi ama-
tor. Ad iram tardus:ad miſericordiam ⁊ cle-
mentiam promptiſſimus:nulli malū ꝓ ma-
lo reddens:ſed imitationē ſaluatoris malū
in bono vincens:⁊ adeo quidem:vt quos ha
buerat emulos ⁊ inimicos:eoſdē poſtea ini-
to pontificatu honoribus ⁊ premijs affece-
rit. Cum aūt initio pontificatus ſui ardentē
bellis Italiam offendiſſet:legatos de pace cō
ponenda ſtatim ad Luithprandū longobar-
dorum regē miſit perſequentē bello Trāſ-
mundum Spoletinum ducem. Uerum cum
a legatis eadem re nil fieret : ipē comitante
clero romano in ſabinos proficiſcitur. Ferūt
aūt octauo miliario a Narnia regem pontifi
ci honoris cauſa obuiam factum ex equo de-
ſcendiſſe:ac pedibus virum ſanctiſſimum in
vrbem comitatum fuiſſe. Qui ſequenti die in
ter miſſarum ſolennia orationem publice ha
buit:⁊ quidem elegantē:qua oſtendit:quid
maxime regem chriſtianum deceret:ſiue pa-
cem:ſeu bella gerat. Hac oratione ita permo
tum regem ferunt:vt ſtatim arbitriū omne
componende pacis ei commiſerit. Iam vero
Tranſmundum ducatu ſpoletino rex priua
uerat:in eiuſq locum Agrandum nepotem
ſuum ſuffecerat. Accipitur tamen in gratiā
Tranſmundus rogatu pontificis:⁊ ex duce
in clericatum aſſumitur. Redduntur itē Ro
manis oppida ſua ex ſabinis capta:redditur
Narnia ⁊ Ancona ex Picentibus:⁊ quicqd
a longobardis triginta iam annis in Hetru
ria occupatum fuerat. Redduntur ⁊ captiui
omnes eo bello capti. Mira etiam humani-
tate pontifex vſus eſt:adhibito eñ rege in cō
uiuium nullum genus comitatis ⁊ gratie ꝓ-
termiſit. Inde vō rex pacato agmine abiens
nō ita multo poſt moritur:anno regni ſui tri
geſimo ſecundo. Fuit autem vir tanto regno
dignus:quippe qui ſapientia prudentia:con-

ſilio plurimum valebat : ac ita manu prom-
ptus erat vt nemo veteranꝰ eo pugnatior ha-
beretur. Juſticia autem ⁊ clementia ita inſi
gnis habebatur: vt difficile iudicaretur vtrū
in re maiorem laudem mereretur. Huic aūt
in regno Aldeprandus nepos ſuccedit: quo
quidem poſt menſes ſex defuncto Rachis
dux omnium ſuffragijs rex decernitur. Uir
certe omni laude dignus: ſi vitā eius: ſi mo
res: ſi animi integritatem inſpicis. Redinte
gratum quoqꝫ fedus cum hoc rege a ponti-
fice eſt miſſis legatis: quibus omnia ex ani-
mi ſententia rex ipſe pius ⁊ religionis ama-
tor benigniſſime conceſſit. Poſtq̄ vo regni
ſui animum rex diuino numine tactus: ſpre-
to regno vitam monaſticam amplectitur. vx
orem ⁊ filios. vt idem ipſi facerent adhorta-
tus. Huius quidem frater Aiſtulphus re-
gnum occupat: qui ob aſtutiam ingenij ⁊ fe
rocitatem animi omnibus arma intentabat
maxime vo pontifici ⁊ romanis: quorum di-
tionem ſibi vindicare armis conabatur. In-
terea vo Carolus marcellus graui morbo
correptus ſuadentibus amicis regna a ſe ar-
mis occupata filijs ſuis diuidit. Nā Carolo
magno maiori natu Auſtria ⁊ Sueuia: Pi
pino vo iuniori burgundia ⁊ pars Frācie ob
tigit. Moritur autē Carolus vir animi ma
gni ⁊ ſapientie ſingulari villa Cariſiaco apd
Iſarim fluuium anno magiſtratus ſui (quē
maiorem domus vocant) quinto ⁊ trigeſimo
ſepelliturqꝫ Pariſius ī baſilica dioniſij mar
tiris. Habuit ⁊ alium filium Carolus ex pri
ma vxore ortum: quem Griphonem appella-
bant: cuius cum nomine etiam moēs conue-
niebant. Rapere enim ex alieno conſueuerat
vnde ⁊ bella fratribus intulit: ⁊ ſaxones gen
tem ferociſſimam contra eos ſolicitauit. Ca-
rolus autem ⁊ Pipinus hoſtili manu pro-
uinciam ſaxonum ingreſſi. Theodoricum
gentis principem in deditionem accipiunt.
Ab hac autem expeditione digrediens. Ca-
rolꝰ magnꝰ Romam venit. ibiqꝫ dimiſſa im
periorum ⁊ regni gloria in montem Caſſina-
tem ad monaſterium ſancti Benedicti profi
ciſcitur: vbi ⁊ monachi habitum ⁊ mores ſu
ſcipit. At Pipinus regnandi cupidius: le-
gatos ſuos ad pontificem mittit: eumqꝫ ro-
gat: vt regnum Francie ſibi auctoritate ſua
confirmet. Annuit pontifex eius poſtulatis
accepti beneficij. ⁊ veteris beniuolentie me-
mor: que inter pontifices ⁊ principes huius
familie interceſſerat: atqꝫ itaqꝫ eius auctori
tate regnum Francie Pipino adiudicatur:
anno domini ſeptingenteſimoquinquageſi-
moterciо: ex maiore nanqꝫ domus: qui poſt
regem ſummus erat: apud francos magiſtra
tus regis Francie deinceps a Pipino ſecun-
do eiuſqꝫ familia originem habuere. Ferunt
Carolum: quem diximus monachi habitum
ſumpſiſſe: ex monte Caſſino cum alijs mona
chis ad Zachariam pontificem veniſſe. ab
eoqꝫ precibus obtinuiſſe: vt eis liceret repete
re ſancti Benedicti corpus furtim ablatum:
quod tum in floriacenſi monaſterio regni
Francie collocatū fuerat. Annuit iſtorum p̄
cibus pontifex: ⁊ litteris Pipinum adhorta
tur: vt patiat̄ monachos ſancti Benedicti
corpus repetere. Quod quidem rex haud ḡ
uate conceſſit: quia inde furtim ablatū a mo
nachis quibuſdam ſenſerat. Zacharias au-
tem pace iam vbiqꝫ parata: multas baſilicas
ruinam minantes reſtituit. Porticum quoqꝫ
⁊ turrim ante baſilicam lateranenſem a fun-
damentis erexit: vbi ⁊ cācellos ⁊ portas ene
as extruxit. In ipſo frontiſpicio porticus vr
bis terrarum imago deſcripta erat: ſanctorū
imagines vetuſtate exoletas renouauit. La-
teranenſes edes auxit ⁊ exornauit. Biblio-
thecam beati Petri reſtituit. Uectigal prete
rea vnicuiqꝫ baſilice aſſignauit: vnde oleum
pro lampadibꝫ emeretur. Condonauit ⁊ ve-
ſtem altari beati Petri auro gemmiſqꝫ diſti-
ctam: qua depicta inerat hieſu chriſti natiui
tatis. Idem quoqꝫ baſilicam beati Georgij
in velabro condidit. eoqꝫ loci caput ipſius ſā
cti collocauit. Edificauit ⁊ oratorium beate
Cecilie via Tyburtina quinto ab vrbe mi-
liario. Huic autem baſilice oratorium quoqꝫ
addidit in honorem beati Cyri abbatis: ad
didit: ⁊ fundos vnde ſacerdotes viuerēt. Re
ſtituit ⁊ tectū Euſebij martiris quod ſuo tē-
pore corruerat. Conſtituit item vt Buccella-
rij quotidie elemoſinas e leteranenſi palatio
cuiuſuis generis preberent. Uenetis preterea
inhibuit ſub anathematis pena: ne ſeruos
chriſti ſigno notatos ſaracenis ⁊ gentilibus
venderent: vt mercatores facere conſueuerūt
Poſtremo vo ne litteras in tanto rerum fa-
ſtigio eum pretermiſiſſe arbitreris: quattuor
libros Gregorij in dyalogo e latino ī grecū
tranſtulit: vt haberent greci vnde beneuiuē-
di rationem perdiſcerent. Cum vo ita ſacte
⁊ integre populum dei annis decem: menſibꝫ
tribus cum maxima omnium beniuolentia
gubernaſſet: moritur ac ſepelitur in baſilica
Petri idibus martijs. Eius autem ex mor-
te epiſcopatus tum vacat diebꝫ duodecim.

# Stephan⁹. ij.

STephanus ſecundus: natiõe romanus. patre Cõſtantino: per gradus eccleſiaſticos ad pontificatũ peruenit: licet defũcto Zacharia Stephanũ quendam preſbiterum romanum pontificez populus ſtatim creaſſet: quia tercia die pontificatus ſui ſomno excitus. dũ res domeſticas diſponere incipit: morbo apoplexie correptus interijt. Poſt hunc võ cleri ac populi ꝯſenſu ĩ templo ſancte dei genitricis ad preſepe: Stephanus ſecũdus põtifex creatus. humeris oĩm (adeo erat oĩbus gratus) in baſilicam ſaluatoris: que etiam Cõſtantiniana dicit̃ deportatur: atq; inde in patriarchatũ lateranẽſe. Erat aũt vir ſingl'aris religiõis ⁊ prudẽtie. amator cleri: eccleſiarũ reſtitutor chriſtiane doctrine diligẽs predicator ⁊ ſcriptor: pater pauperum pupillorũ ⁊ viduarũ defenſor acerrimus fortiſſimus ⁊ cõſtans ĩ rebus agendis: nõ tamẽ pertinax. Placare ei Aiſtulphũ romanorũ agros ⁊ fines bello vexantez. primo quidem verbis et muneribꝫ conatus eſt. Nam tributũ ſibi rex auariſſim⁹ penderi volebat a populo romano quotãnis ſingulis aureis in capita collatis: vnde pontifex coactus ad externa auxilia ꝯfugere: ad cõſtantinum imꝑatorez Cõſtantinopolitanum legatos mittit: qui auxilium petant cõtra Aiſtulphum totaz Italiam vexantem quiq; iam Rauennam hexarchatus ſedez ⁊ magnaz partem flãminee ceperat. Uerum cuz id fruſtra ac ſepius tẽptaſſet: eius rei cauſa proficiſci ad Pipinum regez Francie inſtituit. Mittit itaq; legatos ad regez qui Aiſtulpho mãdet: vt ei tuto liceat iter facere ꝑ regnum ſuum. Poſtulata conceſſit Aiſtulphus Pipini rogatu. Stephano aũt iam fines regni Francie attingẽti: Carolus pipini fili⁹. cui poſtea a rebus geſtis magno cognomentũ fuit: ad cẽteſimum lapidez honoris cauſa fit obuiam. Idez facit ⁊ Pipinus tercio ab vrbe lapide. qui ex equo deſcendens ⁊ pedes ſanctiſſimi viri exoſculatus eſt: ⁊ a freno equi: quo pontifex vehebatur pedes nũꝙ̃ ip̃e diſceſſit: donec hominez in vrbem perduxerit: ⁊ in cubiculo vbi diuerſaturus erat collocaret. Aiſtulphus aũt veritus: nequid mali ĩ ſe Stephanus moliretur. Carolo magnũ monachũ ad fratrem Pipinũ mittit: qui cum adhortaretur ne Stephani gratia bellũ longobardis inferret. qui certe nõ modo monacho nõ obtemperat: verum etiam cum in viennẽſe monaſterium relegat: vbi non multo poſt dolore aĩmi ⁊ cruciatu moritur. Interea võ cum pro ãni tempore bellũ geri nõ poſſet Pipinus veteri amicicie multum tribuẽs legatos ad Aiſtulphum mittit: qui hominem adhortentur res repetitas reddere: aliter ei ſe eas bello ⁊ armis breui repetiturũ. Non paruit ſanis admonitionibus Aiſtulphus: vnde Pipinus apparente iam vere copias ĩ longobardos mouet: premiſſis leuis armature militibꝫ: qui Aiſtulphi predia e clauſtris alpium deturbarẽt. In planiciez. deinde Inſubrium deſcendẽs cũ longe ac late oĩa depopulatus eſſet. nemine obſtãte Papiaz lõgobardorum ſedem obſidione cingit ⁊ oppugnat: defendẽte Aiſtulpho ⁊ qui cuz eo ĩ preſidio erant. At Stephanus tot calamitatibꝫ hominis pertinaciſſimi ⁊ prouincialium motus: pacez vltro Aiſtulpho pollicetur: modo ablata reſtituat. Accepit tandem cõditiões pacis Aiſtulphus. ⁊ plura etiam ꝙ̃ que peterentur promiſit iureiurãdo interpoſito. Hãc obrem Pipinus ſatiſfactum pontifici arbitratus. ſoluta obſidione in patriam reuertitur: relicto Uarreno huiuſce pacis arbitro. Cũ Romaz Stephanus ⁊ Uarrenus arbitrati Aiſtulphum ꝓmiſſa breui preſtiturũ: qui cõtractis celeriter vndiq; copijs tumultuario magis ꝙ̃ iuſto exercitu: eos ſubſecutus Romã obſidione cingit. ac ſuburbana oĩa vaſtat ⁊ incẽdit: maiore ꝑpe dãno ex hoc latrocinio accepto: ꝙ̃ tricentis iam aũ ⁊ quattuor ac quadraginta annis ab inclinatiõe imperij ſenſiſſẽt. Rogat⁹ denuo Pipinus a pontifice vt vrbi Rome perfidia ⁊ rabie Aiſtulphi laborãti opẽ ferret: exercitũ quãta maxime celeritate poteſt ꝑparat. Interim võ Thurci meliores ſede expetẽtes: alanos p̃mo: mox Colchos: ⁊ armenios: inde mĩoris aſie populos poſtremo perſas ⁊ ſaracenos vincũt ⁊ opprimũt. ãno dñi ſeptingẽteſimoquinquageſimo quinto. Sunt qui ſcribant hos fuiſſe Scythas: ex his preſertim. quos Alexãder Macedonum rex intra Hyperboreos ferreis repagulis clauſit: hac metaphora vſi: ꝙ gentez indomitam in angulũ illũ tanꝙ̃ ĩ ergaſtulũ incluſiſſet. Uerum cũ poſt multas illatas inuicem ⁊ acceptas clades: de pace inter ſaracenas ⁊ thurcos ꝯueniſſet decretũ eſt: vt thurci qui in Perſide habitabant ſaraceni appellarẽtur: atq; ita equiore aĩmo ſaraceni ĩ aſia regnare thurcos paſſi ſunt: ⁊ ꝙ etiam eos breui accepturos Mahumetanam ſuperſtitionem videbant: adeo erant eorum ingenia ad malum prona. Pipino aũt iam in Italiam cum exercitu deſcendẽti. Gregori⁹ Cõſtãtini

quarti imperatoris protoſecretarius fit ob-
uiam. hominem imꝑatoris nomīe admonet
ne herarchatum Rauēnatem oppreſſū a lon-
gobardis ad ſe ꝑtinentem: vel pontifici: vel
Romanis dedat: ſi ei cōtigerit longobardos
ſuparē: cui Pipinus ita r̄ndet: ſe quidem in
Italiā ideo veniſſe: vt ⁊ pontifici ⁊ populo
romano rem gratam faceret: conſulturumqꝫ
eorum commodis quoad eius fieri poterit.
Deinde vō Papiam mouens: ita Aiſtulph-
um obſidione preſſit. vt breui eum coegerit
priſtinas conditiones pacis accipere. Red-
ditus itaqꝫ romanis herarchatus eſt: quic-
quid Padum ⁊ apeninum interiacet a Pla
centinis vſqꝫ ad ſtagna venetorum. ⁊ quicqd
intra Iſaurum flumen ⁊ apeninum: ⁊ hadria-
ticum continetur. Addo etiam que Aiſtul-
phus de Hetruſcis ⁊ Sabinis ceperat. Pi-
pinus autem qui ad radices alpium tandiu
conſtiterat: donec deditio fieret: relicto abba
te Folcado cum parte copiarum: qui Aiſtul-
phum in officio contineret. non prius alpes
tranſcēdit: ꝙ intellexit Aiſtulphum in vena-
tione apoplexia interijſſe: nōdum plane dedi-
tione facta. Deſiderius autem: qui dux He-
trurie erat: copias longobardorū ſtatim vn
diqꝫ ꝯtrahit regnum inuaſurus. Idem quo-
qꝫ facit Rachiſius Aiſtulphi frater: quē di-
ximus monachi habitum ſumpſiſſe. Hūc aūt
longobardi oīnes p̄ter eos q̄ in hetruria erāt
ſecuti ſūt. Verū Deſiderius multa pontifici
⁊ romanis pollicitus. eos ſtatim in ſniā ſu-
am trahit: q̄ quidē ꝓpere legatos ad Rachi-
ſium miſere: atqꝫ inter hos Pholcadum ab
batem: qui hoī mandarēt: vt ab armis diſce-
deret. ac Deſiderio obtēparet. Atqꝫ ita Fauē-
tia ⁊ Ferraria poſtremo pōtifici reddita. no
mē herarchatꝰ ceſſat. q̄ cētum ⁊ ſeptuaginta
durauerat ānos a Narſete vſqꝫ ad captam
ab Aiſtulpho Rauēnam: Foris itaqꝫ pace
parta atqꝫ aucta: mirumimmodum eccleſie
ditione: Stephanus habita ſinodo oues ſu-
as atqꝫ earum paſtores recenſet: delinquen-
tes caſtigat ſeruata clementia: errantes ī vi-
am rectā deducit: ignaros docet ⁊ admonet
quid deceat epiſcopum: quid preſbiterū. q̄d
deniqꝫ omnes ſacris initiatos proponit. Le
tanias preterea inſtituit ad placandam dei
iram. Itum eſt primo ſabbato ad ſanctā dei
genitricem ad preſepe: ſecundo ad beatum
Petrum in vaticanum: tercio ad ſanctum
Paulum via hoſtienſi. Reſtituit ⁊ baſilicas
quaſdam ab Aiſtulpho: dum vrbem obſide-
ret comminutas: non tamen recuperauit ſan
ctorum reliquias: quas idem rex Papiam ſe

cum detulerat: ibiqꝫ nō in decore in quibuſ-
dam baſilicis collocauerat. His itaqꝫ artibꝫ
Stephanus vir ſanctiſſimus bene de deo: de
patria: de ciuibus ſuis: deqꝫ omnibus chriſti
anis meritus: pontificatus ſui anno quinto
menſe vno moritur ac ſepelitur in Baſilica
Petri collacrimantibus omnibus: tanꝙ cō-
muni parente orbatis ſexto kalendas Maij.
Vacat tum ſedes dies duos ⁊ triginta.

# Paulus.

PAulus natione romanus: patre
Conſtantino. Stephani ſecundi
frater. in patriarchatu mores et
doctrinā eccleſiaſticam perdidicit: ſub Gre-
gorio ſecundo ⁊ Zacharia pontificibus quo
in dyaconatus ordinem cum fratre aſcitus
eſt: verum mortuo fratre in ipſo pontificatu
cū ſucceſſor quereretur: fuere qui Theophy
lacum archidyaconum proponerent. Fue-
re item qui dicerent Paulum ob integritatē
vite ⁊ doctrinam in demortui fratris locum
ſubrogandum eſſe. Exploſo itaqꝫ poſt longā
contētionem Theophylaco: ſolus bonorum
oīm ſuffragijs Paulus pontifex decernitꝰ cō
ſtātini et Leonis temporibꝫ. Erat aūt paulꝰ
vir mitiſſimi ingenij. clementieqꝫ ſingularis
⁊ adeo ſaluatoris noſtri immitator. vt nulli
vnꝙ malū pro malo redderet. ſed contra ma
los a quibus perſepe iniuria afficiebatur in
bono vinceret. Hic autem tante pietatis et
humanitatis fuit: vt noctu cū duobus ⁊ eo
amplius tribus familiaribus cubicula pau-
perum egrotantium circuiret: vnumquenqꝫ
eorum ⁊ verbis ⁊ elemoſinis ad recuperan-
dam valitudinem cohortatus. Carcerem ꝙ
frequenter adibat: indeqꝫ pleroſqꝫ ere alieno
nexos: perſoluto creditoribus precio dimitte
bat. Pupillos ⁊ viduas circumuentas frau
de cauſidicorum tuebatur: ⁊ elemoſinis ſu-
ſtentabat. Idem quoqꝫ congregato clero vni
uerſoqꝫ populo romano corpus beate Petro
nelle petri filie: vna cum ſepulchro marmo-
reo his litteris notato: Petronelle filie dul-
ciſſime. ex via appia in vaticanum detulit ca
nentibus (vt fit) ſacerdotibus: populoqꝫ ce-
lebritate agente. Atqꝫ corpus ipſum ſanctiſ-
ſimum in templo Apollinis ad caput baſili
lice patri dedicate collocauit. Interea vō cū
Conſtantinus imperator ſacras imagines
vbiqꝫ demolitus Conſtantinum regie vrbis
epm̄ impietati ſue r̄ſiſtētē vberibꝫ necaſſet: i
locūqꝫ demortui Nicetam ſpadonem ſui ſa

crilegij conſcium ſuffeciſſet: pontifex ipē omī ex parte religioni conſulēs: nuncios Conſtā tinopolim mittit: qui imperatorem adhortarentur: vt ſacras imagines ⁊ ſtatuas reſtitueret: id ſi facere recuſaret: eidem anathematis cenſuraȝ minarētur. Sed Conſtantinus in ſacrilegio ſuo pertinax: ⁊ ſanas admonitiones contempſit: ⁊ Sabinum bulgaroruȝ regem in demoliendis ſacris imaginib⁹ ei⁹ impietatē imitatū: i grāȝ recepit: cū antea bello bulgaros perſecut⁹ fuiſſet. Aſcito deinde Leone filio eius nominis quarto in parteȝ imperij: cui Hirenem Athenienſem mulierum omnium pulcherrimam in matrimoniū collocaret: fedus cum ſaracenis inijt: ſtomachū orthodoxis chriſtianis facturus. Interea vō Pipinus ⁊ Taxillonem Bauarorum ducē ſuo imperio ſubijcit: ⁊ ſaxones in amicitiam recipit: hac tamen conditōne: vt tricentos equites: quotiēs belluȝ geri oporteret auxilio mitterent: cum Aquitanis diuturnuȝ ei fuit bellum: quod quidem poſtremo Carolo adoleſcenti ꝯmiſit: cum ipē ſenio confectus interesse nō poſſet. Hoc bello abſoluto Carolus Borbonium: Claromontem: ⁊ multa de Aluernis oppida vi capit. At Pipinus: quem diximus annis grauem eſſe: nō ita multo p⁹ moritur: duob⁹ filijs Carolo ac Carolo magno i regno relictis. Sunt qui ſcribant h̄ tēpore mortuū eſſe Aiſtulphum longobardorū regem: quem diximus multa ſanctoꝝ corpora Roma Papiam ſecū detuliſſe: eorūq3 ſacella edificaſſe: ac monaſteria virginū: vbi ⁊ filias deo dicauit. Monachos autē ſup̄ modum dilexit: quoꝝ etiam in manib⁹ regni ſui anno ſexto: mēſe quinto morit̄. In principio regni nimiū ferox ⁊ audax: in fine moderat⁹. Tante ꝑterea litterature fuit vt edicta lōgobardoꝝ in leges r̄tulerit. Huic aūt (vt dixi) Deſiderius dux militaris ſucceſſit lāgueſcēte iam ob delitias lōgobardoꝝ virtute. Moritū et Paul⁹ i baſilica Pauli via hoſtiēſi: reſtitutis qbuſdā eccl'ijs vetuſtate collabētib⁹: pōtificat⁹ ſui āno decio: mēſe vno: eiuſq3 corp⁹ mag̃ ac ſolēni pōpa i vaticanū defert̄. Vacat tū ſedes annū vnum: menſem vnū.

## Stephanus .iij.

Stephanus tercius natione ſiculus: patre Olibo: anno domini ſeptīgēteſimoſexageſimooctauo pōtificatum inijt: vir certe doctus atq3 erudit⁹: ⁊ in rebus agēdis: maxime vō eccleſiaſticis ſtrenuus admodum ac conſtans. Hic enim a teneris annis Romam veniens: mandato Gregorij tercij ī monaſterio ſancti Chryſogoni rationem bene viuendi ⁊ doctrinam eccleſiaſticā ꝑdidicit: accepto clerici ac monachi ordine. Vocatus deinde a Zacharia pōtifice in patriarchatū lateranenſem: cū eius vita ⁊ doctrina ab omnib⁹ probaretur: ſancte Cecilie preſbiter cum titulo inſtituitur: quē tamen ⁊ Zacharias ⁊ Stephanus ⁊ Paul⁹ a ſe nunq̄ dimiſere: tāte probitatis erat: ⁊ ꝑſtantie in agēdis rebus. Mortuo autē Paulo: quem nunq̄ ne in extremo quideȝ ſpiritu reliquit. Deſiderius: quem ex duce regē longobardoruȝ creatum eſſe adiuuante Paulo diximus: liberatus omni metu Pipini morte. Totonem Nepeſinum ducem adhortat̄: vt Conſtantinū fratrem vi etiam: quādo largitione ⁊ ambitione fieri non poſſet: pontificem deligat. Is itaq3 Romam cum exercitu ꝓfectus: Conſtantinum fauentib⁹ quibuſdā amicis largitōe ⁊ pollicitationib⁹ corruptis pontificem creāt. Fuere etiā qui Philippum quēdam huic ꝓponerent: qui ſtatim abdicare ſe magiſtratu armis ꝯpulſus eſt. Cogitur et Gregorius preneſtinus epūs: Conſtantinuȝ ipm̄ laicum ſacris ſtatim initiare: atq3 epūȝ inungē: cui⁹ man⁹ ita ob eam rē exaruiſſe miraculo dicunt̄: vt eas ori admouere n̄ poſſet. Cum vō Conſtantin⁹ munera pōtificat⁹ per annū obſtinate exercuiſſet: tandeȝ e ſede deijcitur a populo Romano ira et in dignitate rei percito: in eiuſq3 locum omnium ſuffragijs Stephanus tercius ſufficitur. Hanc ob rem Conſtantinus in baſilicaȝ ſaluatoris ꝑductus videntibus omnibus: ac ſacris canonibus perlectis: vt fieri ſolet: depoſito pontificali habitu magiſtratu ſe abdicat: in monaſterio vitam priuatam ducere iuſſus. Tunc vō Stephanus in baſilica ſancti Hadriani inter tria fora a tribus epiſcopis conſecrat⁹ ⁊ ab vniuerſo clero ac populo vt verus pōtifex ſalutatus: ad corrigendos mores quorundam improborum labefactare integritatem eccleſie romane volentium animum adijcit. In dicto itaq3 concilio Carolum litteris ac nuncijs adhortatur: vt primo quoq3 tempore epiſcopos quoſdam Gallie ad hanc rem doctrina ⁊ integritate morum idoneos Romam q̄ primum mittat. Idem quoq3 ceteris principibus chriſtiani nominis ſcribit. Obtemperarunt omnes mandato pontificis. In lateranenſi baſilica concilium habetur. Multa inter ſe de componendis eccleſie rebus collocuti: Conſtantinum ad ſe perduci iubent. Nam cum Deſiderij longobardorum regis ſubornatōe ⁊ Pauli cognomento

apbiarte imperatoris Conſtantinopolitani
fraude crebre ſeditiones in populo romano
orirent᷑: qd Deſideri⁹ reuocare aīmos roma-
norum a Carolo ad imperatorem ſtuderet: et
interfecti pleriqꝫ ſunt. ⁊ ꝯſtantinus: cui⁹ cau
ſa tot mala ꝯmittebantur. ab aduerſa factōe
reclamāte Stephano ⁊ indignāte oculis ca-
pitur. Sed ire obuiam populo in furorē ver
ſo nō licet. Perductus itaqꝫ in medium Cō-
ſtantinus ⁊ accuſatus: ꝙ nullis ſacris initia
tus ſedez apoſtolicā occupaſſet: omne crimē
in vim populi ⁊ quorundā facinoroſorū reij-
cit: ꝙ ſe etiaz inuitum coegerint pontificatū
obire: cum vero in pauimēto pronus ⁊ ſup-
plex iaceret veniam petēs: cōmiſeratione mo
ti qui aderāt: cum e medio duci iubent. atqꝫ
ita rem integram in ſequentem diez reijciunt
maturius cōſulturi qd in tali re facere opor-
teret. Uerum Cōſtantinus ſequēti die in cō
cilium rediēs mutata ſentētia oſtendit. que
adhuc egerat maiorum exemplo feciſſe: ꝙ et
Sergius Rauēnatuz archiepiſcopus. ⁊ ſte-
phanus Neapolitanorum ex laico epiſcop⁹
creatus ſit. Ob hanc vō impudētiā indigna
ti: qui in cōcilio aderāt. eum turpiter eijcien-
tes ad cōponendam rempublicā chriſtianaz
aīmuz adiecere: abrogatis primo Cōſtanti-
ni decretis. Inſtitutum eſt aūt oīm cōſenſu:
ne quiſꝙ laicus: niſi per gradus eccleſiaſti-
cos aſcendēs pontificatum occupare auderet
ſub anathematis pena. Promulgatum eſt
item: vt q epiſcopatus dignitatē Cōſtantini
tempore cōſecuti fuerāt: magiſtratu ſe abdi-
cātes ad priſtinos ordines reciderēt. Quod
ſi iſtorum vita ⁊ doctrina a populo probata
fuiſſz placere vt ad ſedez apoſtolicā veniētes
denuo ꝯſecrarētur. Idē de pſbiteris ⁊ dyaco
nis adiudicatū eſt. Uetitū tn̄ eſt ne qui iſtoꝝ
maiores grad⁹ attingerēt. Ueritos credo: ne
qt erroris: aut ſecta aliqua inde orire᷑ tāꝙ ex
ſeminario quodā diſcordie ac ſeditōis. Cōſtitu
tū eſt ꝑterea. vt q̄ Cōſtantin⁹ in re ſacra egiſ-
ſet: irrita haberē᷑ ꝑter baptiſmū ⁊ chriſma.
Poſtremo vō abrogata ſynodo conſtātinia-
na. qua decretū int̄ grecos fuerat: vt ſctoꝝ ſi
mulacra ⁊ ſtatue e tēplis abradarē᷑ eijcerē᷑-
ue: ꝯſtitutū ē vt edez ſtatue vbiqꝫ reſtituerē᷑
anathematizātes execrabilē ⁊ ꝑnicioſā illā
ſynodū: qua dei immortalis cōditio peior ꙗ
hoīm fieret. Referre eīm ſtatuas mortaliū be
ne de repu. meritoꝝ lꝫ: ne ingrati videamur:
vtqꝫ coꝝ facta emulatōe imitari cogamur: ſi
nō licet: quē ſp aīi oculos ſi fieri poſſet hēe de
berem⁹: ſi eius merita erga humanū gen⁹: ſi
nature diuie dignitatez inſpicimus. His vō
ex ſnīa pactis decretū eſt: vt ſequēti die ſuppli
cationes haberen᷑: quibꝫ ⁊ deo gratias age-
rēt: ⁊ iram ipſius: ſiqua ex hoīm peccatis cō-
cepta eſſet placarēt. Itū eſt aūt a lateranenſi
baſilica ad ſāctū Petruz cum maria omiuz
religiōe nudis pedibꝫ: ⁊ a pōtifice ⁊ ab hoī-
bus qui tū aderāt. Nūc vō adeo refrixit pie-
tas ⁊ religio nō dico nudis pedibus. ſed ca-
ligati ⁊ coturnati vix ſupplicare dignā᷑. Nō
flent inter eundum: vel dū ſacrificā᷑: vt illi
ſācti patres: ſed rident: ⁊ quidē impudēter:
de his eī loquor: quos purpura inſigniores
facit: nō hymnos canūt: id eīm ſeruile vide᷑:
ſed iocos ⁊ fabulas ad riſū ꝯcitandū inter ſe
narrāt. Quid plura? quo qs dicatior eſt ⁊ pe
tulātior: eo maiorē ī tācorruptis moribꝫ lau-
dez mere᷑. Seueros ⁊ graues viros reformi
dat hic nr̄ cler⁹. Quid ita? qꝛ in tanta licētia
mallūt viuere: ꙗ benemonenti: aut cogēti ob
tempare: ⁊ ob eā rem xpiana religio quotidie
in pei⁹ labi᷑. Ad Stephanū virꝫ ſāctiſſimuz
redeo: q pactis ſupplicatōibꝫ: ſtatim q̄ in ꝯci-
lio acta erāt: ⁊ voce Apocriſarij ⁊ ſcripto ꝓ-
mulgauit: penāqꝫ anathematis illis ꝓpoſuit
q abrogare auderēt. q̄ in ſcta ſynodo inſtitue
rāt. Uerꝫ nō ita multo poſt mortuo Sergio
Rauēnatū archiepō. Michael eiuſdē eccl̄ie
ſcriniari⁹ ſedē occupat: nullis ſacris initiat⁹
adiuuāte Deſiderio rege ⁊ Mauritio Ari-
minēſiū duce: qs Michael pecūia ⁊ largitōe
corrupat: pulſo leone archidyacono: quē po-
tiſſimū cler⁹ expetebat. Auſi qnetiam miſſis
ad Stephanū legatis cū pecūia ſbornare: vt
eūdē Michaelē ī eccl̄ia ꝯfirmaret. q n̄ mō do-
na reiecit: verꝫ etiā edictū ꝓpoſuit. q̄ ille ana-
thematis pena notare᷑: niſi ſedez relinq̄ret:
quā ꝯtra ius faſqꝫ occupauerat. Tādiu tn̄ vi
Rauēnatū eā obtinuit: ꙗdiu aliqd hūit: ⁊ ꝓ
phanū ⁊ ſacꝛ. qd Deſiderio mūeꝛ cupiētiſſi
mo elargire᷑. Uerꝫ cū pōtifex eo legatos ſuoſ
miſiſſet cū oratoribꝫ Caroli regis ob eā rē in
Italiā miſſis: admonuiſſētqꝫ qd marie pōti-
fex expēteret: ſtatim eiecto Michaele Leonē
deligūt: quē pōtifex ꝯfirmauit. At vō cuz ob
hāc rē a Deſiderio clāculū vexare᷑. Caroluz
rogat Deſideriū admōeat vt ab iniuria iſerē
da caueat. Fecit id Carol⁹ ⁊ qdē ꝓdiligen᷑. re-
tinere tn̄ hoiez ī officio armis nō potuit. q ei
mortuo frē. q ſecū ꝑibꝫ aīs biēnio regnauerat
mlta bella obire neceſſe fuit. Aqtanos ei. qd
bellū pr̄ ichoauerat. ī ꝑtatē ſuā redegit. guaſ
conos domuit in Aqtana poſitos. Deide vō
trāſmiſſis pyreneis mōtibꝫ. fuſis ac fugatis
ſaracēis vſqꝫ ad hetim fluuiū ꝑuenit. q̄ nūc in
Hiſpania ſaraceni Granate ſe ꝯtinēt. Interī

vo Stephanus paſtor ꝙ diligentiſſimus: et
verus Petri ſucceſſor: ac chriſti imitator q̃r
to pontificatus ſui anno moritur: menſe qui
to: die. vij. ⁊. xx. ſepeliturq́ʒ in baſilica Petri
Eius autem ex morte dies novē ſedes tum
vacat.

## Hadrianus. j.

Hadrianus primus: patria roma-
nus: patre Theodoro ſumme no
bilitatis viro: pontificatū iniens
nequaq̃ a maioribus ſuis degenerauit. Nā
magnitudine animi: conſilio: doctrina: ⁊ ſan
ctitate vite: cum quouis optimo pontifice cō
parari poteſt. Cuius amplitudinem Deſide
rius longobardorum rex veritus: ſtatim de
pace ineunda ⁊ de amicitia mentionē per le
gatos fecit. Uerum Hadrianus cognita ho
minis perfidia pluſq̃ punica in aliud temp⁹
pacem diſtulit. Interea vero mortuo Carolo
magno: Berta eius coniūx Hildegradi Ca
roli vxori ob amplitudinem mariti inuidēs:
Adoarij cuiuſdam conſilio vſa: cum filijs ad
Deſiderium regem in Italiam confugit: qui
eam ꝑbenigne ſuſcepit: ⁊ ꝙ ſe tutiorem futu-
rum hac ratione ab impetu gallorum exiſti-
mabat: ⁊ ꝙ frācos propoſitis Caroli magni
filijs facilius ſumpturos arma in Carolum
regem: ſiquid in ſe moueret abitrarēt. Uerū
cum obtinere ab Hadriano precibus nō poſ
ſet: vt filios Caroli magni reges inūgēt: ad
vim conuerſus in Rauennates mouens diti
oni romane obtemperantes: Fauentiam et
Comachuʒ vi cepit. Preerat tum Rauenne
archiepiſcopus ⁊ tribuni tres: qui primo q̃ʒ
tempore ab Hadriano auxiliuʒ petiere. Pō
tifex autem primo quidem Deſiderium nun
cijs ⁊ litteris adhortatus eſt: vt ſuis finibus
ſe contineret: nec ditionē eccleſie inuaderet.
Deinde vero vbi intellexit eū Urbinuʒ: Seno-
galliā ⁊ Eugubiū cepiſſe: tū magis atq́ʒ ma-
gis minari: cū paulopoſt affuturū deū vindi
cem violati federis diceret. Qui quidē in tā-
tis minis nil aliud dicebat q̃ pōtifici i ſuas
ꝑtes trāſcundū eſſe. Separare eīm hoīem ab
amicitia Caroli oīno nitebaẗ: ⁊ ob hāc rem
cū precibꝫ ⁊ pollicitatōibꝫ id obtinē nō poſ-
ſet: minabaẗ ſe vrbē breui obſeſſurū. Iaʒ eīm
Spoletū cuʒ Aldagaſio Caroli magni filio
ꝑuenerat: inde tamē ad vrbē ꝓuetur⁹ (vt ipſe
dicebat) pacato agmīe voti grā. Uerꝫ Hadri
anus redactis i vrbē reliquijs oīm baſilicarū
que extra vrbis menia habebātur: tres epōs
ad Deſideriū miſit: q ei ſub anathematis pe
na minarēẗ: ne vllo mō fines romanos attin
geret. Rex igiẗ veritus ne irā dei incurreret
in Ciſalpinā ſtatim redijt. Interea vero caro-
lus ab Hadriano de iniuria ſibi illata certi
or fact⁹: deſideriū ꝑ legatos admonet: ac fru
ſtra qdē: vt res iniuria ablatas pōtifici reſti
tueret: aliter ſe breui cū exercitu affuturū vt
qđ ſponte nollet: id vi facē cogereẗ. Utrinq́ʒ
igiẗ magni paranẗ exercitus: ſʒ Carolus mi-
ra celeritate vſus: ꝑmiſſa ꝑte copiaꝝ q̃ i trā-
ſitu alpiū iouis montē occuparet: cū reliquo
exercitu ꝑ montē Ciniſiū in Italiam deſcen-
dit: fuſoq́ʒ ac fugato Deſiderio obuiaʒ facto
oīa longe ac late populaẗ ⁊ capit. Deſideri⁹
aūt deſperatis rebus tanto accepto incōmo-
do: Papiam ſe recepit: vxore ac liberis Uero
nam miſſis. At ſpoletini: Reatini ac longo-
bardi omnes qui eas regiones incolebant:
audita Deſiderij calamitate Romam venie-
tes: ſe ac ſua omnia Romani pōtificis fidei
committunt: adhibito iureiurando depoſito
capillo ⁊ barba: quod apud eam gentē ma
ximum vero deditionis ſignum erat. Horuʒ
ſecuti exemplum Anconitani auximates fir
mani pontifici ſe ac ſua libere dedunt. Lon-
gobardis autem ad ſuos redire nolentibꝫ va
ticani ſedes ad incolendum conceſſa: quo po
ſtea ex tota Italia multi ſue gentis ꝯfluxere
iſtorū exēplo ꝑmoti. At Carol⁹ relicto Ber-
nardo patruele ſuo in obſidione Ticinenſis
vrbis: cū parte copiarum Ueronam profici
ſcitur. Que quidē ciuitas haud ita multop⁹
inclināte in ꝑtes francoꝝ: Berta ac Caroli
magni filijs deditōeʒ fecit. Aldegiſi⁹ vero De
ſiderij filius inde abiens: ad imperatorē Cō
ſtantinopolitanū ꝯfugit. Carolus aūt acce-
ptis in deditōeʒ omnibus ferme tranſpada-
ne Italie vrbibus Romam petit: vna cū pō-
tifice reſurrectionis feſtuʒ celebraturus: cui
iam vrbi appropinquanti ad tria milia iudi
cum honoris gratia occurriſſe Bibliotheca
rius ſcribit: iudices eos vocans: qui nequa-
q̃ ſordidis artibus impliciti eſſent. Expecta
bat hominem Hadrianus cum clero ſuo in
gradibus ſancti Petri: quem quidem acce-
dentem mira beniuolentia complexus ē: nec
retinere eum potuit: quo minus pedes ſuos
exoſcularetur. Inde poſt datam acceptamq́ʒ
ſalutem baſilicam ingreſſi: cū ad altare apo
ſtoli ſimul perueniſſent: iurarunt mutuo Ca
rolus ac pontifex romani ac franci: et perpe-
tuam ſe amicitiam ſeruaturos: et cōmunes
eorum hoſtes fore: qui alteram partem laceſ
ſiſſent. Urbem deinde ingreſſus: omnes baſi
licas pie admodū ⁊ religioſe inuiſit: ac mu-

neribus quibuſdam ornauit. Nudius vero
quartus poſteaꝗ̃ vrbem ingreſſus fuerat: qđ
dono pater Pipinus Gregorio tercio dede=
rat: eadem ipe amplioribus priuilegijs ꝯfir=
mauit iureiurando interpoſito. Que quidez
(vt Bibliothecarius refert) hec ſũt quicqđ
in Lyguria ab vrbe luna iam pridem euerſa
vſqꝫ ad alpes Italie fines ptinet: huic ditio=
ni additur: ⁊ Corſica inſula: ⁊ quicquid Lu
cam ⁊ parmam interiacet. Additur ⁊ Forũ=
iulij cũ hexerc hatu Rauennatũ cumqꝫ bene=
uentano ⁊ Spoletino ducatu. His aũt reb9
ita compoſitis: Carolus cum bona Hadria
ni gratia in tranſpadanaz rediens: ſexto mẽ
ſe poſteaꝗ̃ obſideri cepta eſt. Papiã deditio=
ne occupat. In Deſideriũ aũt clementia vſ9
hominem ſpoliatuz regno: nõ etiaz vita Lu
gdunum cum vxore ⁊ liberis exulatum mit=
tit. Verſus deinde in Arcbim beneuentanũ
principem Deſiderij generum: qui eius furo
res iuuerat: hominem pacẽ petere breui coe
git duobus filijs obſidib9 datis. At vero dũ
iter in Ciſalpinam facit: ad Caſſinuz diuer=
tens religionis cauſa: omnia monaſterij do=
na ab alijs principibus diuo benedicto data
ꝯfirmauit. Atqꝫ ita ſedatis in tota Italia re
bus: propoſitiſqꝫ Ciſalpine firmiſſimis preſi
dijs: cum magna preda ⁊ gloria in patriaz re
uertitur: Caroli fratris vxorem ⁊ liberos ſe=
cum ducens: quos quidem ſp in honore ha=
buit. Paulum quoqꝫ longobardum aqui=
leienſis patriarchatus dyaconuz Deſiderio
ob doctrinam ⁊ ingenium admodum carum
ſecuz in Galliam ducens: libertate donauit:
in precioqꝫ aliquãdiu habuit. Verum cuz po
ſtea ꝯperiſſet hominez Deſiderij libertatez q̃
rere: eum in Diomedis inſulaz relegauit: vñ
poſt aliquot ãnos aufugiens: ⁊ ad Arachim
perueniẽs rogatu Adelperge Deſiderij filie
⁊ Arachis vxoris. Eutropij hyſtorie duos
libros addidit a Iuliano principe vſqꝫ ad pri
mi iuſtiniani tpa oĩa perſcribẽs. Mortuo
deinde Arachi Caſſinẽſe cenobium ingreſſ9
reliquum vite ſanctiſſime vſqꝫ ad mortez du
cens: ſepe ad Carolum regem litteras elegã
tes. ⁊ humanitatis plenas ſcripſit: ab eodem
qꝫ a quo fuerat ob litteraturam ſeruatus vi=
ciſſim accepit. Lõgobardi itaqꝫ quarto ⁊ du
cẽteſimo ãno poſtꝗ̃ In Italiam venerant re
gnum amiſere: anno domini ſeptingẽteſimo
ſeptuageſimoſexto. Carolus aũt nulla inter=
poſita mora in Saxones idolatras: qui ob
eius in Italiam diſceſſum rebellauerant mo
uet: eoſdemqꝫ: quib9 cum ad triginta ãnos
bella geſſerat: vincit ⁊ fidem chriſti oĩno ſu=
ſcipere cogit. Conuerſus deinde ĩ hiſpanos
a noſtra ꝗ̃qꝫ fide aliẽos: Pampalunaz ⁊ au=
guſtaz vi captas militibus diripiẽdas cõceſ=
ſit. Neqꝫ hiſpanis pacem ⁊ quietez daturus
erat: niſi ipſi quoqꝫ integre fidez chriſti rece=
piſſent. In Galliam võ tuz quoqꝫ rediẽs re=
bus ex ſentẽtia geſtis: dum pyreneos trãſit: ĩ
Guaſconum inſidias incidit. quo in prelio
licet ſe acriter tutatus ſit: Anſelmuz tamẽ et
Egibardum ſummos in bello duces amiſit.
Sũt qui eo quoqꝫ prelio cecidiſſe ſcribãt Ro
landuz Caroli ex ſorore nepotem poſt editaz
ingẽtem hoſtium cedez ⁊ ſtragẽ. Perierit ne
ſiti vt aiũt an vulnere haud ſatis ꝯſtat. Va
ſcões võ tandẽ a Carolo ſuperati: defectiõis
ac perfidie meritas penas dedere. Mouet
bellum in frãcos Taxillo Baiouarie dux
Deſiderij gener: ſolicitatis hunnis: qđ qui=
dem celeritate ſua prius pene Carolus cõfe=
cit ꝗ̃ incboatum ſit: huic quoqꝫ pacem nõ ne
gauit: acceptis prius obſidibus. Dum hec ĩ
Gallia gererẽtur: Cõſtantinus ĩ oriente im=
perator elephãtie morbo correptus: vnde for
taſſe nata eſt illa de lepra magni Cõſtantini
vana opinio ob ſimilitudinez nomis: moriẽs
Leonem quartuz imperatorez reliquit: qui
adeo gemmis delectatus eſt. vt direpto ſacra
rio ſãcte Sophie coronaz magni põderis ac
precij ſibi cõſtituerit: qua quidez ita frequen
ter vtebatur. vt aut propter pondus: aut ob
frigiditatez lapillorum ſubito morbo corre=
ptus ſit. Idem quoqꝫ accidiſſe noſtra etate
Paulo ſcđo putauerim: qui adeo his mulie=
ribus delinimẽtis delectatus eſt. cõquiſitis
vndiqꝫ magno precio gemmis: ⁊ exhauſtu pe
ne eccleſie Romãe erario. vt quotieſcũqꝫ in
publicum rediret. Cybeles quedaz phrigia
ac turrita non mitrata videretur. Hinc ego
ortaz tũ ſudore prepiguis corporis. tuz gem=
marũ põdere apoplexiam illam puto. qua
correpť9 ſubito morbo iterijt leone itaqꝫ mor
tuo. Hirene eius vxor ⁊ filius Cõſtantinus
ſextus imperiuz accipiẽtes. cõcilio trecẽtoruz
⁊ quinquaginta epiſcoporuz in Nicena vrbe
ſecũdo habito inſtituere. vt qui ſacras ima=
gines delẽdas dicerẽt. perpetuo anathemate
notarẽtur. Quam quidem cõſtitutionez Cõ
ſtantinus adoleſcens patris flagitia ſecutus
quorundam improboruz ſuaſu. nõ ita multo
poſt ⁊ abrogauit. ⁊ matri oĩno adminiſtra
tionem imperij abſtulit. Repudiata deinde
vxore. Theodorã eius ancillam corona im=
perij auguſtiorez redditaz in ſuos complex9
traduxit. Subornauit et duces ſuos. quos ĩ
Italia habebat contra finitimos. hos qđem

vnico nũcio ſua auctoritate Carolus in offi-
cio continuit: qui tum in ſclauos ⁊ hunnos
(quos vngaros merito dicemus) copias mo
uerat: quod horum incurſionibus circa Da
nubium vexarentur omnia: quibus certe per
domitis in Franconiam duxit maiorum ſuo
rum natale ſolum: vnde franci nomen ſũpſe-
re: qua quidem ĩ prouincia haud magno ne-
gocio in poteſtatẽ ſuam redacta: biẽnio poſt
Theophilacius ⁊ Stephanus epiſcopi inſi-
gnes Hadriani nomine ſynodum francorũ
germanorũq; epiſcoporum habuere: in qua
⁊ ſynodus (quam ſeptimã greci appellabãt)
⁊ heresis feliciana de tollendis imaginibus
abrogata eſt. Hadrianus vͦ opera ⁊ aucto-
ritate Caroli a terrore bellico ſecurus: ad ex
ornandam vrbem ſacraſq; baſilicas animũ
adijcit. Nam ⁊ corpus beati Pauli laminis
argenteis incluſit: ⁊ altare Petri pallio ex-
ornauit auro intertexto: ĩ quo depicta hiſto-
ria inerat: quẽadmodum angelus beatũ Pe
trũ e vinculis liberauerat. Reſtituit itẽ ⁊ ſtra
uit marmoribus Pauli apoſtoli atriũ: iam
antea vetuſtate collapſum. Inſtituit item vt
ſingulis diebus centum pauperes ĩ atrio la-
teranenſi paſcerẽtur: in quo etiam diſcũben
tes pauperes picti cernebantur. Reſtituit p̃-
terea magna impenſa aqueductus quoſdam
⁊ vetuſtate ⁊ hoſtiũ maleficio collapſos. Al-
phentinum potiſſimũ ductum iam antea ab
Auguſto via claudia ex lacu alphẽtino duo-
bus ac viginti milibus paſſuum in ſubiacen
tem tranſtyberinã regionem magis ad viũ
hortorum naumachie thermarumue q̃ ad po-
tum: cum aqua illa inſalubris haberet. Sa-
batinum vͦ ex lacu ſabatino nomen ducens
quem quidem lacum alio nomine angularẽ
appellant: a tribus angulis: quos pre ſe fert
via aurelia in vaticanum duxit: vt eo vteren
tur ſacerdotes beati Petri: tum ad vſum ba
ſilice: tum ad lauãdos chriſti pauperes: qui
in paſchate elemoſinam accepturi lauabant
ad imitationem apoſtolice doctrine ⁊ religio
nis. Molendi quoq; vſum ea aqua interdũ
preſtabat: e ianiculo in planum cadens. Sa
batinum autem lacum angularem etiã ap-
pellatum fuiſſe declarat emptõ p̃ ole rutilie
que fundum hac ratione in ripa lacus ſaba-
tini vel angularis emit: vt quicquid agri ex-
hauſto lacu deſiccaretur: id fundo Pole ad-
iudicaretur quaq̃ verſum fundus tenderet.
Reſtituit ⁊ Iuliam a duodecimo lapide via
latina in vrbem ductam: que quidem (vt ait
Frontin⁹) tepule ex agro tuſculano ducte ri-
uum intercipit. Ita vͦ Claudiam formã re-
parauit via ſublacenſi conceptam ad trige-
ſimumoctauum lapidem ex duobus fontib⁹
ampliſſimis: vt eius aque pars in baptiſteri
um ſaluatoris ad lateranũ deriuaretur. Re-
ſtituit etiam virginis formam ab octauo la-
pide via collatina in vrbem introductã. Te-
cta quoq; multarum baſilicarum ob vetuſta
tem ruinam minantia reſarſit. Dum vͦ his
operibus detineretur Hadrianus: adeo im-
menſum excreuit tyberis: vt ⁊ portam flam-
mineam a fundamentis euerterit: ⁊ pontem
Antonini Pij: quem olim ſublicium voca-
runt: inter Ianiculum ⁊ auentinum et mul-
ta vrbis edificia demolitus ſit: ſecum ⁊ arbo
res et ſegetes et vrbis ornamenta trahens.
In tãta autẽ calamitate hac diligentia Ha-
drianus vſus eſt: vt per vicos nauiculas mit
teret: vnde cibaria ob excreſcentiam aque e-
gredi domo nequeuntibus ſumminiſtraren-
tur. Eos preterea qui tanta calamitate ma-
gis ac magis vexati fuerant: et verbis ⁊ mu-
neribus conſolatus eſt. Turres ⁊ vrbis mu
ros collapſos reſtituit: centum auri libris in
eo ſumptu expenſis. Quid plura? nil preter-
miſit in vita Hadrianus: quod ad bonum
principem: ad optimum pontificem pertine
ret. Nam et religionem chriſtianam: et liber
tatem ciuium ſuorum et vitam pauperum:
pupillorum: viduarum acerrime tutatus eſt
Moritur autem pontificatus ſui anno ter-
cio et vigeſimo: menſe decimo: die decimoſe-
ptimo: ſepeliturq; magna cum laude in baſi-
lica Petri ſexto kalendas Ianuarij.

## Leo.iij.

LEo tercius: patria romanus: pa-
tre Azzupio: pontifex creatur: ac
merito quidem. Ab ineunte enim
etate ita erat educatus et eruditus diſcipli-
na eccleſiaſtica: vt dign⁹ eſſet qui ceteris an-
teferretur. Fuit preterea vir caſtus: integer:
pudicus: facundus. Doctorum virorum ita
amator: vt eos vndequaq; ad ſe premijs al-
liceret: eorumq; conſuetudine mirumimmo-
dum delectaretur. Preterea vͦ egrotos viſe
re: eoſq; ad patientiam adhortari: elemoſi-
nas indigentibus prebere: deſperatos conſo
lari: errantes in viam rectam deducere: pre-
dicatõib⁹: admonitõib⁹: q̃b⁹ plurimũ ob elo
quẽtiã ⁊ doctrinã valebat ei peculiare fuit. bo-

mo certe ita mitis ingenij: vt omnes dilige-
ret: neminem odio hꝫet: tardus ad iram: ad
miſerendum ꝓmptꝰ: inſignis pietate: fortiſ
ſimꝰ rex eccliaſticaꝝ: honoriſqꝫ diuini ꝓcu-
rator ⁊ defenſor. Creatur itaqꝫ (vt dixi) pon-
tifex vno omnium ꝯſenſu in natalicijs Ste-
phani ꝓthomartiris: ſequētiqꝫ die acclamā-
tibꝰ omnibꝰ ꝑ fauore in ſede Petri collocaṫ.
Hiſdem vͦ temporibꝰ Conſtantini impato
ris mater Hirene filij flagitia nequaq̄ ferēs
impellentibꝰ qbuſdam ciuibꝰ Conſtantino-
polim reuertiṫ: ac Conſtantinum captum
oculis in carcerem conijcit: vbi ⁊ merito tan
q̄ ſacrilegꝰ minimeqꝫ pietatis: quippe q ma-
trem relegauerat vitam finiuit. Interim vͦ
cum Carolus multis rebellantibꝰ vndiqꝫ la
ceſſereṫ. Pipinum filium in vngaros miſit.
quos qdem ꝗnibꝰ prelijs ſupatos: tandem
ad deditionem compulit. Adelphōſus autē
Aſturie ⁊ Gallatie rex acceptis a Carolo
auxiliaribꝰ copijs: ſuperatiſqꝫ ſaracenis.
Vlixibonam vi cepit: qui vͦ in pꝛeſidio bar-
chinone erant. Carolo audita Adelphōſi vi
ctoꝛia ſe confeſtim dedunt. Superantur ⁊
Bauari: q Foroiulianos vexabant ab Hen
rico Caroli ꝑfecto. Interea vͦ Leo tercius
dum ſupplicationes a beato Gregorio inſti-
tutas Rome agit cum populo ⁊ clero Pa-
ſchalis ꝑmicerij ⁊ campuli preſbiteri frau-
dibꝰ apud edem beati Sylueſtri captus. ac
pontificali amictu priuatus: multiſqꝫ verbe
ribꝰ adeo ceſus: vt oculis ⁊ lingua captus
putareṫ: in monaſterio ſancti Heraſmi in
vincula conijciṫ. vnde poſtea albini cubicu-
larij induſtria cuſtodes fallens in vaticanū
ſeſe ꝓripuit: ibiqꝫ tamdiu latuit: quoad Vi-
nigiſius Spoletinoꝝ dux clanculum accer-
ſitus. cum incolumē Spoletum ꝑduxit: co-
hortibꝰ militum in itinere ſtipatum: ne ali-
qua in hoſtium vi obrueret. At ſeditioſi cū
ſeuire i Leonem ⁊ Albinum non poſſent: eo
rum domos a fundamentis diruunt. Idem
qꝫ (adeo audaces erant ⁊ temerarij) ad Ca-
rolum: q tum bellum contra Saxones gere-
bat: qꝫ Leonem ꝓfectum intellexerant: accu-
ſandi hominis cauſa ꝑuenere. Verum Ca-
rolus reiecta in aliud tempus diſceptatōne
pontificem cum egregio comitatu Romam
mittit: ſe eo breui peruenturum pollicitus
componendarum rerum ytalicarum gratia
Leoni vͦ ad pontem miluium honoris ⁊ ꝗ-
tulationis cauſa clerus ac populus romanꝰ
obuiam factus: virum ſanctiſſimum in vꝛ-
bem introducunt. Carolus autem non diu

immoratus per maguntiacos in belgis po-
ſitos: noꝛicumqꝫ montem in Forumiulij de-
ſcendens taruiſinos graui ſupplicio afficit:
q̄ Henricum pꝛefectum occidiſſent. Creato
vͦ in huiꝰ demoꝛtui locum altero: Reuen-
nam pꝛimo: mox Romam expectatus profi-
ciſciṫ. Vrbem ingꝛedienti omnia certe: ⁊ me
rito quidem honoris genera adhibita ſunt.
Octauo autem die poſtea quam vꝛbem in-
greſſus fuerat: in baſilica Petri aſtante po-
pulo ⁊ clero epiſcopoꝝ omnium: qui eo ex
tota Ytalia ⁊ Frantia conuenerat: ſententi-
as de vita ⁊ moꝛibꝰ pontificis rogat. verum
ab omnibꝰ vna voce reſponſum eſt: ſedem
apoſtolicam omnium eccleſiarum caput a
nemine (layco preſertim) iudicari debere.
Omiſſa autem ob tamgraue reſponſum a
Carolo queſtione: Leo pontifex qui id iudi-
cium maxime expedebat: ſuggeſtum conſcen
dens: ac euangelia in manibꝰ retinens: iu-
reiurando affirmauit ſe omnium rerum: q̄
ſibi obijcerentur inſontem eſſe. Fuit is dies
ydibꝰ decembꝛis ſalutis anno octingenteſi-
mo. Dum hec autem Rome agerentur. Pi-
pinꝰ mandato patris Beneuentanos duce
Grimoaldo finitimos ſuos vexantes aggreſ
ſus: magnis cladibꝰ ita perdomuit: vt egre
ſe menibꝰ tuerentur: cui bello Vinigiſium
Spoletinum ducem pꝛeficiens ad patrem
reuertitur imperij coꝛonam breui ſumptuꝝ.
Nam pontifex Carolo optime de eccłia dei
merito aliquam gratiam relaturus: cum vi-
deret imperatoꝛes Conſtantinopolianos
egre id nomen tueri: ac ob eam rem vꝛbem ⁊
Ytaliam ipſam magnas calamitates paſ-
ſam: in baſilica Petri poſt ſolennia ſacra:
populi Romani ſcito ac precibꝰ ipſum Ca-
rolum magna voce imperatoꝛem decernit:
ac dyademate donat. ter acclamante populo
Romano: Carolo Auguſto a deo coꝛonato
magno ⁊ pacifico imperatoꝛi vita ⁊ victoꝛia
Pontifex item hominem inunxit vna cum
Pipino filio: quem Ytalie regem ſolenni de
creto ꝓnunciauit. Accepta itaqꝫ imperij po-
teſtate Carolus: Campulum ⁊ Paſchalem
coniurationis reos capite plectendos cen-
ſet. At pontifex omni ex parte clemens a
Carolo rege tamen obtinuit: vt his vita con
donaretur: in Franciamqꝫ tantummodo re-
legarentur. Poſt hoc vͦ fuere qui Carolo
ſuaderent: vt omnes Longobardos Ytalia
expelleret. Verum cum id nequaq̄ tutum vi-
deretur: q̄ multis Ytalie populis ſanguine
⁊ affinitate coniuncti eſſent: cenſuere ſimul

⁊ Carolus ⁊ Leo longobardoꝛuꝫ nomen ibi
tantummodo remaneret: vbi ea gens preci-
pue ſedem habuiſſet. Pipinus aũt cũ in Sã-
niũ rediſſet: fruſtra que ꝑ aliquot mẽſes Be
neuentũ oppugnaſſet: Theate ſe ꝯferens oppi
dum vi captũ incedit ac diripit. Inde Orto-
nam ⁊ Luceriã mouẽs: eas ciuitates timoꝛe
ꝑculſas in deditiõem ſtatim accipit: ac Gri-
moaldum Beneuentanũ ducẽ lucerie capit:
qui nõ ita multo poſt doloꝛe aĩmi ꝑijt. Inte-
rea vero Cõſtãtinopolitana imperatrix miſ-
ſis in Italiã legatis cum Carolo pacem ⁊ fe
dus inijt: imperiumqꝫ his terminis diuiſit
vt Hirene ea Italie parte potiret̃: q̃ ad dex-
teram Neapoli incipiẽs: ad ſiniſtram Sipõ
to (que vrbs nunc Manfredonia dicitur) in
fero ſuperoqꝫ mari clauditur vna cum Sici-
lia. Reliqua vero Italie pars Carolo ipi ex
federe obtigit: ea tñ loca ſemper excipio: q̃
ditiõis eccleſiaſtice habebant̃. At Nicepho
rus patricius egre ferens. Hirene mulieris
imperium: cum eam dolo captam Leſbum ĩ
exilium miſiſſet. Fedus iam antea inituꝫ ꝑ
legatos cum Carolo renouat: qui tum ſaxo-
nes totiens deficientes migrare in Franciaꝫ
cum vxoꝛibus ⁊ liberis compulit: eos ĩ itine
re cum legionibus ſubſequens: nequid male
ficij intereundum ꝯmitterent. At leo cum ſe-
ſeditiõibꝫ ſꝑ vexaret̃: ab vrbe diſcedẽs: Mã-
tuam ꝓficiſcit̃ ad viſendum chꝛiſti ſanguinẽ
qui tum miraculis magno in precio erat. Is
aũt a mantuanis ꝑbenigne ſuſceptus appro-
bato chꝛiſti ſanguine ob frequentia miracu-
la: ad Carolum ꝓficiſcit̃: vt hoĩem veritatis
cognoſcende cupidum eius rei certioꝛem fa-
ceret: ſimulqꝫ etiam vt d̃ cõponendis rebꝫ ita
licis inuicem colloquerentur. Rediens dein
de in Italiam adiuuante Pipino rege man-
dato patris: de coniuratis quibuſdaꝫ ⁊ ſedi
cioſis non ſine clemẽtia ſupplicium ſumpſit.
Carolus aũt iam ſenio grauis: cum intelle-
xiſſet Pipinum quem (vt diximus) Italie re
gem perfecerat. Mediolani moꝛtuũ eſſe. Lo
douicũ filiũ minoꝛem natu Aquitanie regeꝫ
⁊ imperij ſucceſſoꝛem: Bernardum võ ne
potem Italie regem declarat eiqꝫ mandat vt
Lodouico rebus in omnibꝫ obtemperet. Fi-
nes imperij hos eſſe voluit in Galliã: rhenũ
ac ligerim q in celtis oriens eos a buty rigi-
bus diuidit in Germania vero Danubium
⁊ Sauum fluuios: his aũt prouincijs Aqui
taniam Gaſconiam: magnam ꝑtem Hiſpa-
nie. Ciſalphinam Galliam: Saxoniaꝫ vtrã-
qꝫ Panoniam: Iſtriam: liburnos addidit:
maritima vero Dalmacie imperio conſtanti
nopolitano ſubiecta erant. Rebus aũt ita cõ
poſitis: dũ Aquiſgrani eſſet valitudinis cau
ſa, ꝓpter aquas calidas: que ibi ſcaturiunt fe
bꝛe ac doloꝛe laterum moꝛitur: etatis ſue an-
no ſecundo ſeptuageſimoquinto kalendas fe
bꝛuarij: ſalutis vero anno octingenteſimo ac
q̃ntodecimo. Eius aũt coꝛpus nullo nõ gene
re honoꝛis adhibito: in templo beate virgis
quod ipſe magnis ſumptibus Aquiſgrani ex
truxerat ſepelit̃: h̃ addito epigramate: Ma-
gni Caroli regis chꝛiſtianiſſimi: Romanoꝛũ
qꝫ impatoꝛis coꝛpus hoc ſepulchꝛo conditũ
iacet. Fuit aũt Carolus: ſi eius res geſtas tũ
domi tum foꝛis inſpicis: tante amplitudinis
⁊ ĩtegritatis impatoꝛ vt poſtea neminẽ ſupio
rem: nedum parem habuerit. Adeo aũt cuꝫ
ei per ociuꝫ liceret ſtudijs litterarum delecta
tus eſt: vt pꝛimus (ſuadente tamen Albino)
gymnaſium pariſienſe inſtituerit. Tres aũt
menſas argenteas habuit: quarum vnam (ĩ
q̃ vꝛbs Conſtantinopolitana ĩſculpta erat)
baſilice beati Petri: aliam (vbi imago vꝛbis
Rome cernebatur) eccleſie rauennati dono
dedit. Terciam filijs reliquit: vbi inerat oꝛ-
bis terrarum deſcriptio. Sunt item qui ſcri-
bant hanc auream fuiſſe. At vero Leo ponti-
fex reſtituto ſãcti Pauli tecto: quod terremo
tu conciderat: edificatoqꝫ a fundamẽtis apꝺ
ſanctum Petrum ampliſſimo hoſpitali: qꝺ
greci xenochion vocant: necnon inſtitutis tri
um dierum ſupplicationibus ante diem aſcẽ-
ſionis: quibus pꝛima die ab eccleſia dei geni
tricis ad preſepe: ad baſilicam Conſtantinia
nam: ſcd̃a ab eccleſia beate Sabie martiris
ad ſanctum Paulum: tercia a ſancta cruce ĩ
hieruſalem ad Laurentiuꝫ extra muros iba
tur moꝛitur pꝛimo ac vigeſimo pontificatus
ſui anno: quo etiam cometes apparuit (vt nõ-
nulli putant) tante calamitatis indiciũ. Se-
pelitur aũt in baſilica Petri pꝛidie idus Iu
nij. Eius in moꝛte ſedes tum vacat diebꝫ. x.

## Stephanꝰ. iiij.

STephanus quartus: patria roma
nus: patre Iulio pontificatus ſui
menſe tercio ad lodouicum impa-
ratoꝛem in Gallias pꝛoficiſcitur: q̃obrem au
tem id fecerit haud ſatis ꝯſtat: Sunt tñ q cõ-
iectant: id ab eo factuꝫ ad vitandũ ſeditionẽ
⁊ reliquias campuliane cõiurationis: que iã
ĩualeſcebat moꝛtuo Leone. In aurelianis
tunc erat Lodouicus imperatoꝛ cognomen
to Pius: qui vbi intellexit pontificem ad-
uentare: ſtatim honoꝛatiſſimum ei queqꝫ
obuiam miſit: maxime võ Teodulfum au-

relianorum epiſcopum: cum clero ⁊ magna populi parte. Ipſe vero ad primum lapidem procediens: cum hominem vidiſſet ex equo deſcendit: atque eum data acceptaque ſalute cum maxima veneratione in vrbem introducit: precedente clero ac ſepe carmen repetente. Te deum laudamus. Erat enim Stephanus ex nobili genere ortus tante doctrine ⁊ integritatis: vt facile apud omnes ſanctitatis nomen nanciſceretur: quippe qui ſub duobus ſanctiſſimis viris Hadriano ⁊ Leone educatus: rationem bene ac beate viuendi didicerat. In vrbem introductus: ſuſtentante eum imperatore propter impetum multitudinis ſtudio videndi concurrentis: in regiam diuertit: vbi ⁊ ſepe cum imperatore de componendis Ytalie rebus collocutus eſt: ⁊ ita ſe mutuo conuiuiis excepere: vt raro alter ſine altero conuinaretur. Retinuiſſet hominem apud ſe diutius imperator: niſi tum grauibus implicitis bellis ſeſe obijcere hoſti neceſſe fuiſſet. Nam ⁊ vaſcanes ab imperio defecerant: quos breui in poteſtatem ſuam redegit. Britones res nouas molientes: armis in officio continuit: ⁊ conuentu Aquiſgrani habito: legatis ſaracenorum Ceſaream auguſtam incolentium pacem conceſſit. Abiturus itaque Stephanus ad imitationem ſaluatoris noſtri: qui etiam inimicis pepercit: a Lodouico impetrauit: vt exulibus omnibus ⁊ captiuis: quos ſceleris conuictos in Leonem admiſſi Carolus mulctauerat: redire ad vrbem Romam liceret. Secum quoque detulit crucem magni ponderis magneque eſtimationis: quam Lodouicus ſua impenſa beato Petro dicauerat. At vero ſanctiſſimus pontifex ad vrbem rediens: ſeptimo pontificatus ſui menſe vita functus: in baſilica Petri ſepelitur: Sedes autem eius morte dies xi. tum vacat.

# Paſchalis

Paſchalis patria Romanus: patre Bonoſo: nulla interpoſita imperatoris auctoritate pontifex creatur: hanc ob rem vbi pontificatum iniẏt ſtatim legatos ad Lodouicum miſit: qui eius rei culpam omnem in clerum ⁊ populum reijceret. quod ab his vi coactus eſſet pontificium munus obire. Accepta hac ſatiſfactione Lodouicus reſpondit populo ⁊ clero maiorum inſtituta ⁊ pacta ſeruanda eſſe: cauerent ne deinceps maieſtatem lederent. In conuentu autem apud Aquiſgranum habito Lotharium filium maiorem natu imperij ſocium ſibi deligens. Pipinum ſecundum ⁊ Lothario Agtanie: Lodouicum tercium: Bauarie reges appellauit. At vero cum Bernardus Ytalie rex inſtigantibus quibuſdam epiſcopis ⁊ ſeditioſis ciuibus ab imperio defeciſſet: coegiſſetque ciuitates quaſdam ⁊ populos in ſua verba iurare. Lodouicum in ſe concitauit: qui prefectos quoſdam copiarum cum ſatis valida manu in Ytaliam miſit. Horum vero impetus retardare conatus Bernardus in alpibus ſuperatur. Seditiones auctores ſtatim capti necantur. Ipſe vero Bernardus quamuis ſupplex veniam peteret. Aquiſgrani ſupplicio capitali afficitur. Epiſcopi autem tanti mali auctores: ſynodali decreto in monaſteria quedam relegantur. Sedato itaque Ytalico tumultu veriuſque bello: in Saxones qui ab imperio defecerant copias mouet: eorumque tyrannum Vuromarchum regnum affectantem: ⁊ ſecum congredi auſum ſuperat atque interficit. Deinceps vero Lotharium filium regem Ytalie declaratum ad pontificem miſit: a quo in baſilica Petri inungitur: ⁊ Auguſtus appellatur. Interea vero tumultuante Ytalia: ⁊ ad res nouas ſpectante: cum Lotharius tantis motibus nequaquam ſe parem cerneret: maiores exercitus paraturus ad patrem ſe contulit. Hanc ob rem Theodorus primicerius ⁊ Leo nomendator Rome in lateranenſi palatio per ſeditionem confoſſis oculis necantur. Fuere qui tantum crimen in Paſchalem reijcerent: qui quidem in ſynodo triginta epiſcoporum habita: ⁊ coniecturis: ⁊ rationibus: ⁊ iuramento a tanto ſe crimine liberauit. Accepit hanc ſatiſfactionem Lodouicus: ⁊ vt Bibliothecarius ait: cum Paſchali reſcriberet: ne deinceps ſeditio ex re incerta oriretur: ciuitates Hetrurie imperio ſubiectas litteris declarauit: Aretium: Volterras: Cluſium: Florentiam a patre Carolo reſtitutam ⁊ auctam: Piſtorium: Lucam: Piſas: Peruſiam: ⁊ Vrbemueterem: cetera vero eccleſie romane aſcribebat. Addidit ⁊ Tudertum in Vmbria ⁊ vltra apenninum flamineam: ac Rauenne vrbis hexarchatum idem quoque Bibliothecarius ſcribit: Lodouicum liberam eligendorum epiſcoporum poteſtatem Paſchali dediſſe: cum antea ea quoque in re imperatores conſulerentur: quam poteſtatem ab Hadriano pontifice Carolo conceſſam idem auctor refert. Paſchalis itaque quem Stephanus ob eius virtutem ⁊ doctrinam: dum viueret monſterio beati Stephani martiris in Vaticano prefecerat: pontificatum

imens: ⁊ corpa ſanctoꝝ min⁹ religioſe iacen
tia in vrbem cum maxima veneratõe intro-
ducta boneſtiore loco recondidit. Et capti-
uos pſoluto creditoribꝫ precio e vinculis li-
berauit. Idez q̄ꝫ Praxedis beatiſſime xp̄i
martiris templum a fundamentis extruxit.
non longe a veteri. qđ iam obuetuſtatē ⁊ in-
curiam ſacerdotum ruinam minabat̄: quo
quidem in templo a ſe dedicato ⁊ pſepe cele-
brauit: ⁊ multoꝝ corpa ſanctoꝝ collocauit.
iam antea in cimiterijs paſſim ⁊ ſine venera-
tione iacẽtia. Extat ⁊ in eadem baſilica ora-
torium beate Agneti dedicatum: quod ipſe
pluribꝫ ornamentis auguſti⁹ reddidit. Idem
q̄ꝫ beate Cecilie templuz extruxit: qđ carmē
in apſide notatum nunc etiam indicat: eo q̄ꝫ
loci ⁊ ipſi⁹ virginis ⁊ eius ſponſi Ualeriani:
Tyburtij: Maximi martiꝝ: Urbani: Lucij
pontificum corpa collocauit: multis additis
muneribꝫ ⁊ ornamentis ex auro argento ⁊
q̄uis genere marmoꝝ. Reſtituit p̄terea bea-
te genitricis templum ad pſepe vetuſtate q̄ſ-
ſum: eiuſq̄ꝫ apſida in meliorem formaz rede
git. Qui non ita multo poſt nullo religionis
pietatis: humanitatis: benignitatis exem-
plo p̄termiſſo: ſeptimo pontificat⁹ ſui anno:
menſe tercio. die decimoſeptimo morit̄: ſepe-
lit̄q̄ꝫ in baſilica Petri. Uacat tum ſedes di-
es quatuor.

# Eugenius .ij.

EUgeni⁹ ſecundus: patria Roma-
nus: patre Boemundo: tante reli
gionis: ſanctitatis: doctrine hu-
manitatis ⁊ eloq̄ntie fuit: vt omnium cõſen-
ſu pontifex crearet̄: eo maxime tempore quo
Lotharius in Ytaliam veniens magiſtratū
delegit: q populo Romano ius diceret. Ro-
mani em̄ impante Carolo ac filijs libertate
aliqua pt⁹ longam ⁊ grauem ſeruitutem vſi
ſunt. Interim vo Ludouicus cum q̄dragin-
ta diebꝫ ferro ac flamma Britanniaz vaſtaſ
ſet: acceptis obſidibꝫ Rothomagum petit:
vbi Michaelis Conſtantinopolitani impe-
ratoris oratores audit: eum conſulentes: qđ
de ſacris imaginibꝫ faciendum cenſeret: abo
lende ne: an reſtituende viderent̄. Hos autē
ad pontificem reiecit: cuius maxime inter-
erat ea de re decernere. Bulgaros deinde
Pannonias inuadentes primo quidem re-
pulit: verum cum Naydo Aquitanie prefe-
ctus rebellaſſet. Abderamanni ſaracenoꝝ
regis auxilijs fretus: omittere tantum bel-
lum neceſſe fuit: hanc ob rem bulgari p Pā-
nonias in Dalmatiam in feſto agmine pene
trarunt. Sed anteq̄ Ludouicus in Nyadõ-
nem mouiſſet: magnam Hiſpanie partem
deficientibꝫ populis iam occupauerat: di-
miſſa circunquaq̄ꝫ claſſe: que maritimas ci-
uitates vexaret. Solus autem Bernardus
Barchinonenſium comes terra mariq̄ꝫ ve-
xatus: in impatoris fide permanſit. At Eu-
genius dignitate corporis ⁊ preſtantia ani-
mi inſignis: ſpretis rebꝫ omnibꝫ humanis:
vel potius fortune bonis: ad munificentiam
⁊ liberalitatem verſus: adeo rem frumenta-
riam curauit: vt nullibi viliuſq̄ rome anno-
na venderet̄. Preterea vo pauperum: pupil-
loꝝ: viduaꝝ cauſas ⁊ vitam ita tutatus eſt:
vt ab omnibꝫ merito pauperum pater dice-
retur. Hoc autem genere viuendi: ⁊ ante pō
tificatum vſus eſt: ⁊ dum beate Sabine in
Auentino presbiter eſſet. quam pontifex in
meliorem poſtea cultum reſtituit: ⁊ dum
baſilice Lateranenſis archipreſbiter eſſet:
quo ex loco deinceps tante integritatis ⁊
modeſtie fuit: ad pontificatum omnium ſuf-
fragijs traductus eſt. Huius preterea opera
⁊ precibꝫ captiui omnes ⁊ exules ex Gallia
tandem ad vrbem rediere. quos bonis pater
nis ⁊ fortunis omībꝫ ſpoliatos ſuis faculta
tibꝫ ſuſtentauit: ⁊ in vita retinuit. Per eum
q̄ꝫ non ſtetit: quo minus Sico dux Beneuē-
tanus Neapolitanos obſidione ſolueret: q̄s
tum vehementer premebat. vnde beati Ia-
nuarij corpus Beneuentum tranſtulit: ⁊ in
maiori baſilica cum deſiderio ⁊ feſto honori-
fice collocauit. Siconem nãq̄ꝫ mouere in ſa-
racenos pontifex adhortabat̄: qui Panhor-
mum in Sicilia iam cepant. Cum his itaq̄ꝫ
artibꝫ in pontificatu ānis q̄tuor vixiſſet. mo
rit̄ pontifex optim⁹ collacrimãtibꝫ omnibꝫ.
⁊ ſuam vicem potiuſq̄ mortem ſanctiſſimi vi
ri dolentibꝫ: cum mors ei ad filicitatem via
optatiſſima eſſet: ſepelit̄ autem in Baſilica
Petri aploꝝ pncipis.

# Ualentinus

UAlentinus patria Romanus. pa
tre Leontio: tante virtutis ⁊ ſan
ctitatis fuit: vt nondum presbiter
ſed dyaconus ſummum pontificatus gra-
dum meruerit. nec mirum quippe cum apud
Paſchalez ⁊ Eugenium viros ſanctiſſimos
⁊ doctrinam ⁊ rationem bene ac ſancte viuē-
di a teneris annis vſq̄ꝫ ad maturam etatem
didicerit. Non ludis: non iocis aut volupta
tibꝫ intentus. vt pleriq̄ꝫ omnes adoleſcentes

facere conſueuerunt: ſed doctrinam ⁊ beate
viuendi normam ex lectione veterꝝ: ⁊ exem-
plo ſanctorꝝ pontificum ſumēs. Fuit pterea
in homine tanta ingenij dexteritas: tāta elo-
q̄ntia: vt facile qđ vellet ſuaderet ⁊ diſſuade
ret: nil niſi ſanum: ⁊ qđ doctrinam ſapet ac
modeſtiam ꝓponens. Poſtremo aũt pietate:
clementia: liberalitate: tū in vita priuata: tū
in pontificatu nulli maiorꝝ ſecundus eſt ha-
bitus. Has ob res omnium conſenſu ponti-
fex creatus: meritis hominum qui tum erāt
id fortaſſe exigentibꝫ: quadrageſimo pontifi-
catus ſui die moriť: ac in baſilica Petri ſe-
pelit: congrentibꝫ omnibꝫ eum hominez ſibi
morte ſublatum eſſe: quo ſtante labefactari
romana libertas ⁊ xpiana religio vix pote-
rat. Vacante aũt ſede Sicardus dux Bene-
uentanus: q patre mortuo tyrannicam vitā
ducebat. Deuſdedit Montiſcaſſini abbatez
a quo pecunias expetebat: in carcerem con-
iecit: quo in loco non ſine opinione ſancti-
tatis mortuꝰ eſt.

## Gregorius .iiij.

Gregorius quartus: patria Ro-
manꝰ: patre Johanne: tituli ſan-
cti Marci pſbiter: eo tempe pon-
tificatum iniјt: quo ⁊ ſaraceni Aſiam occu-
pantes: ad ſancta Paleſtine loca xpianis a-
ditum intercluſere: ⁊ Mauri in Siciliam
claſſe delati ipſius inſule magnaz partem va-
ſtauerunt: occupato (vt dixi) Ponhormo.
Nec ꝓhibere Veneti potuere quo minus id
facerent: eo claſſe rogatu Michaelis impa-
toris Conſtantinopolitani contendentes.
Maior em̄ erat Maurorꝝ claſſis: maiores
etiam nauales copie. Creſcebat tum res ve-
neta: q̄ originem a venetis omnibꝫ habuerat
eo maxime tpe: q̄ hunni Attila rege Agle-
iam: Concordiaz: Altinum: aliaſqꝫ Venetie
ꝓuintie vrbes ceperunt ac diruerūt a ſeui-
tie barbarorꝝ ſolis eſtuarijs ⁊ paludibꝫ ſe-
ipſos tuentes. Dux venetorꝝ Juſtinianus pa
tricius tum erat. cuiꝰ nomen ideo ꝯmemora
re libuit: q̄ ſuis tempibꝫ corpꝰ ſancti Mar-
ci Alexandria a mercatoribꝫ venetis in pa-
triam delatum eſt. vbi nūc in maxima vene-
ratione habeť: extructo egregio templo in ce
lebriore vrbis loco: multiſqꝫ denarijs in ipſo
ſacello reconditis. Hinc pmū veneti Mar-
ci imaginem vrbis patroni in vexillis retule
re. At vͦo gregoriꝰ cū intelligēt a venetis bar-
baros pelli ex inſula ñ poſſe: legatos ad Lo

douicum ⁊ Lothariũ miſit q eos rogarent
vt pmo q̄ꝫ tpe ſiculis auxiliū ferrent. Tergi
uerſabanť hi cum dicerēt id bellum ad Mi-
chaelem impatorem ꝯſtantinopolitanum p-
tinē: ſe tū patos eſſe ꝯni impēſa ꝯmunibuſqꝫ
copijs rem iꝯaz gerē. Interea vͦo cum legati
ea de re vltro citroqꝫ mitterenť. Bonifaciꝰ
Corſice comes cum fratre Bertario ⁊ auxi-
lijs q̄rundā ꝑplorꝝ Hetrurie claſſe in Aphri
cam delati. inť Vticam ⁊ Carthaginem q̄ter
cum hoſtibꝫ ꝯgreſſus: tantaz hominū ſtragē
edidit: vt coacti ſint Mauri: vt olim a Sci-
pione vexati ſuos ex Sicilia reuocare: q pa-
trie laboranti auxilium ferrent. Hac igr ra
tione Sicilia a barbarorꝝ manibꝫ liberata
eſt. Redijt itaqꝫ ex Aphrica in Corſicaz bo-
nifacius cū claſſe victrici ingēti pđa onuſta.
Sunt q ſcribant duz omnia vbiqꝫ in Ytalia
pacta eſſent: Lotharium egrefeŕētem: q̄ Lo
douicꝰ Carolum natu minimum: cui poſtea
caluo cognomentum fuit: rebꝫ in omnibꝫ ſi-
bi pferret: patri vincula indidiſſe: nec ita in
vlto poſt eum liberum dimiſiſſe. eaqꝫ oppor-
tunitate barbaros illectos ex Aphrica cum
ingenti claſſe in Ytaliam delatos centumcel
lis applicuiſſe: vrbemqꝫ (que nunc ciuitas ve
tus appellatur vt quidaz volunt) deleſſe. At-
qꝫ inde Romam mouentes: vrbem ipſam ce-
piſſe. quod quidem vͦo diſſonum eſt. De cen-
tumcellis non negauerim. Barbaros vͦo vr-
bem oppugnare adortus conſtat. ſed Gui-
done Cyſalpine Marchione eam acriter de-
fendente: incenſis ſuburbijs ac Baſilicis
Petri ⁊ Pauli via latina in ſaltum Caſſi-
natem mouentes: vbi ſancti Germani oppi-
dum ⁊ monaſterium beati Benedicti in mō
te poſitum euertiſſent iuxta lyrim fluuium
ad mare deſcendentes claſſe ab Hoſtia eo
auecta Tarentum ⁊ Siciliam inuaſere: atꝫ
(vt dixi) Bonifacij virtutem in patriam a ci
uibꝫ bello oppreſſis reuocati ſunt. Credide-
rim ego tum Bartholomei corpus apoſtoli
ex Lypari Sicilie Beneuentum tranſlatuz
fuiſſe a Sycardo Beneuentanorꝝ principe:
qui tanto bello interfuit ne ſanctiſſimi apo-
ſtoli corpus in hoſtium chriſtiani nomis ma
nus deueniret. Ad Gregorium redeo: qui
tante modeſtie fuit: vt electus a clero popu-
loqꝫ Romano: non prius pontificium munꝰ
obire voluit: q̄ a legatis Lodouici impera-
toris ob eam cauſam Romaz miſſis: qui di-
ligenter tantam electionem diſcuſſerant: cō-
firmatus eſt. Fecerat id Lodouicus non ſu-
perbia motꝰ: ſed ne iura imperij amitteret:

quippe qui natura clemens ⁊ humaniſſimus
ſit habitus: quicq̧ iura eccl'ie ⁊ dignitatem
ſemꝑ tutatus ſit. Inſtituit enim ne xp̄i ſerui
vlli ſuituti humane ſubiecti eſſent: ⁊ vt vna-
queq̧ eccl'ia ſuos ꝓuentus haberet: vnde ſac̄
dotes viuerent: ne ob inopiam rerum cultum
diuinum deſererent: neue ob neceſſitatem
queſtui ſeſe dederent. Idem p̄terea octingen
teſimo ac trigeſimo dominice incarnationis
anno ſynodum multoꝝ ep̄oꝝ habuit: exco-
gitatam ad honorem dei ⁊ vtilitatem eccl'ia-
ſtice dignitatis. in qua q̄dem conſtitutum ē:
ne ep̄i ⁊ clerici cuiuſuis gradus precioſas ⁊
exq̄ſitas veſtes: vtpote ſericas ⁊ coccinei colo-
ris aut bracteatas ferrent: neue in digitis
gemmas: niſi dum p̄ſules ſacrificant. in cin-
gulis ⁊ calceis crepidis aurum ⁊ argentum
ferrent. que certe ꝓcul omni religione ſunt:
⁊ magne incontinētie ac vanitatis ſigna ma
nifeſtiſſima. Utinam noſtris temꝑib' Lodo-
uice viueres. Indiget nunc eccl'ia tuis ſan-
ctiſſimis inſtitutis tua cenſura: adeo in om-
nem luxum ⁊ libidinem ſeſe effundit eccl'ia-
ſticus ordo: coccinatos ⁊ trabeatos nunc in-
ſpiceres non homines: quod leue fortaſſe vi-
deret̄: ſed equos ⁊ iumenta: p̄cedente dum ī-
cedunt magno adoleſcentum ⁊ altero p̄ſbite-
rorum agmine ſubſequente: non in aſinis: vt
xp̄c noſtri dogmatis auctor. ⁊ beneuiuendi
vnicum in terris exemplar: ſed in equis p̄fe-
rocib' ⁊ phaleratis: ac ſi ex hoſte deuicto tri-
umphum ducerent. De argenteis vaſis: ⁊
egregia coꝝ ſuppellectile: deq̧ cibarijs nō at
tinet dicere: cum ⁊ Sicule dapes: ⁊ Attali-
ca ornamenta: ⁊ vaſa corinthia: ſi hec inſpi-
cias nulli' p̄cij dici poſſint. Quid vō ex hac
intemꝑantia naſcat̄ dicere p̄termittam: ne
os (vt ip̄i aiunt) in celum ponam. Ad Lodo
uicum redeo: q̄ his artib' ⁊ humanis ⁊ diui
nis reb' conſulens: imperij ſui anno trigeſi-
moſexto morit̄: ſepelit̄q̧ meritis in baſilica
beati Arnolphi. Hunc autem non multo p'
ſecutus eſt Gregorius pontifex: nobilitate
inſignis: ſanctitate clarus: doctrina ⁊ eloq̄n
tia p̄cipuus: diligentia ac ſolicitudine: tum
in reb' diuinis: tum in humanis admiratio-
ne dign'. Nam ⁊ ꝑpl'i ſui commoda mirum-
inmodum curauit: diuites in officio ꝯtinen
do: pauꝑes paſcendo: deſperatos ſolando: er-
rantes ſanis admonitionib' in viam rectā
deducendo: eccl'ias q̧ multas vetuſtate colla
pſas reſtituit. Electos in ſortē domini doctri
na ⁊ exemplo: quoad vixit in officio ꝯtinuit.
Tranſtulit idem ſanctiſſim' pontifex: beati
Gregorij corpus: atq̧ eo loci collocauit. vbi
nunc iacet magnis adhibitis ornamentis: q̄
in loco multi temporib' illis religionis: aut
voti cauſa excubare conſueuerant. Ferunt ⁊
ab eodem corpora Sebaſtiani ⁊ Tyburtij
a cimiterijs: in quib' ante iacebāt ad baſili-
cam Petri tranſlata fuiſſe. Sunt q̄ ſcribant
rogatu Lodouici Gregorium ſanctoꝝ omni
um celebritatem kalendis nouembris inſti-
tuiſſe: eamq̧ rem magnopere a Rabano mo
nacho theologo inſigni carminib' ⁊ proſa
laudatam fuiſſe. In his em̄ duob' dicendi
generib' vir doct': vt illa maxime tempeſta-
te ſatis valebat. Commentatus eſt idem
Rabanus: ⁊ librum paralipomenon. ⁊ ma-
chabeos. Habuit etiam ſmones ſatis elegā
tes ad ꝑpl'm: ſed is potiſſimum laudat̄: quē
habuit in celebritate omnium ſanctoꝝ. Mo
rit̄ autem Gregorius pontificatus ſui anno
xvj. ſepelit̄q̧ in baſilica Petri: ac ſedes eius
in morte dieb'. xv. vacat.

## Sergius. ij.

SErgius ſecundus: patria Roma
nus: patre Sergio e regione q̄r-
ta: eo tempore pontificatum iniit.
quo Michael imꝑator conſtantinopolitan'
morit̄. Sunt qui Sergium p̄mo quidem os
porci appellatum fuiſſe dicant: ⁊ ob turpitu-
dinem cognomenti Sergij nomen ſumpſiſſe
eamq̧ conſuetudinem ad noſtros manaſſe.
vt q̄ pontifices crearent̄: ſuo omiſſo maioꝝ
nomina ſibi inderent: licet ab omnib' nō ſit
obſeruatum: vt cunq̧ eſt: conſtat Sergium
ex illuſtri familia ortum: nequaq̄ a maiorib'
ſuis degeneraſſe: adiuuantib' eius p̄clarum
ingenium: Leone tercio: Stephano quarto.
Eugenio ſecundo: ⁊ Gregorio quarto: ſub
quorum morib' ⁊ doctrina ita vixit: vt ſolus
mortuo Gregorio dignus haberet̄ qui ponti
ficium munus obiret. Exarſerat tum inter
Lodouici filios tantū odij ꝓpter imperij diui
ſionem: vt in antiſiodorenſi agro apud Fron
tanicum acerrime a Lodouico ⁊ Carolo ꝯ̄
Lotharium fratrem dimicatum ſit: quo qui
dem multi vtrinq̧ cecidere. Lotharius enim
tandem victus Aquiſgranum confugit: atq̧
inde q̧ deturbatus inſtantib' hoſtib' Vien-
nam cum coniuge ⁊ lib'is ſe contulit. Inſe-
cuti ⁊ eo cū exercitu frēs: ad q̄s q̄dē placādos
n̄ ſolū multi regni ip̄i' ꝓceres: ſ ex italia q̄dā
iuſſu Sergij ꝓfcti ſunt int̄ q̄s Georgi' archi
epiſcopus Rauennas primus eſt habitus: q̄
cum ſecundo prelio apud Lotharium com-
ponende rei cauſa eſſet: ac fortuna ad Lodo-
uicum ⁊ Carolum inclinaſſet: totum comi-

tatum in ꝑlio amittens: eo enim cum tricen-
tis equitibꝫ venerat: vix ſolus e tanta ſtrage
fuga ꝑlapſus eſt. At uo hi ꝯmunem toti⁹ re-
gni calamitatem ⁊ interitum miſerati: fede-
ra pacis in hunc modum ineunt: vt pars illa
occidentalis regni: q̄ a Britannico oceano
vſ3 ad Moſam flumen ptinet. Carolo ob-
tem paret in eaqꝫ et Francoꝝ nomē manēt:
vtqꝫ Lodouico Germania ꝯtingēt vſ3 ad re-
ni fluēta ⁊ trās renū q̄cq̄d genitor poſſediſſ3.
Lotharius aūt cum imperij titulo vrbem ro-
mam obtineret cum Ytalia ⁊ ea pte Gallie:
q̄ olim narbonenſis: nunc romana ꝓuincia
vocat̄: huic autem addidere eam q̄3 ptem q̄
inter Scalduz ⁊ rhodanum fluuios Lotho
ringie nomē accepit a Lothario: vt arbitror
Rebꝫ autem ita ꝯpoſitis Lotharius Lodo-
uicum filium: quem regni ſocium aſciuerat.
in Ytaliam cum ingenti exercitu mittit: huic
ſocios addidit Drogonem metenſem epm̄:
atqꝫ alios viros eccl'iaſticos prudentia ⁊ au-
ctoritate dignos: quoꝝ conſilijs vteret̄. His
autem adoleſcens nimia felicitate elatus: q̄-
cunqꝫ iter facit cedibꝫ omnia ⁊ rapinis va-
ſtat: incendit ⁊ dirruit. Vex cum vrbi appro
pinq̄ſſet: eiqꝫ obuiam honoris cauſa Romā
ciues ꝓdijſſent: depoſita ferocitate illa Gal-
lica mitior eſſe cepit: ꝙ ei p̄ter ſniam ingredi
vrbem pacato agmine liceret. Prodeunt ⁊
obuiam ad p̄mum lapidem ſacerdotes cum
crucibꝫ: ⁊ hoc cantu Benedictus q venit in
nomine domini oſanna in excelſis. atqꝫ eum
vſ3 ad ḡdus ſancti Petri comitant̄: ibi pon-
tificem offendens mutuo oſculo: mutuaqꝫ ſa
lute data ⁊ accepta ad argenteas portas ſil'
ꝑuenere clauſas q̄dem. Tum pontifex: ſi pa
cato magiſq̄ꝫ hoſtili animo ad nos veniſti:
ſicqꝫ ad reipu. xp̄iane vtilitatem magis reſpi-
cis q̄ꝫ ad voluptatē ſeuiendi p̄dandiue: meo
iuſſu ingredere: ſin aliter animatus es: fores
ne tetigeris: nam ſup̄ caput enſem habes ſce
lerum omnium vltorem. Cum autem bono
animo eſſe pontificem iuſiſſet: ſtatim e⁹ iuſſu
fores patuere. Ingreſſi itaqꝫ pariter magna
romanoꝝ ac francoꝝ multitudine tum p̄ce-
dente tum ſequente: cum ad altare beati Pe
tri ꝑueniſſent: ꝓcidentes ſimul omnipotēti
deo ⁊ apl'oꝝ p̄ncipi ḡras egerunt: ꝙ ſine vllo
maleficio res ex ſnia acta eſſet penthecoſtes
octaua. Vex cum poſtea a multitudine mili-
tum ſuburbia vaſtarent̄: parumqꝫ abeſſet q̄n
vrbem p̄dandi cauſa irrumpent octauo ex q̄
venerat die videntibꝫ omnibꝫ q aderant Lo
douicum regem oleo ſancto inungit corona

donat. Ytalie regem decernit. Ad quem Si-
ginolphus dux Beneuētanus ſalutandi ho-
minis cauſa ſtatim venit: q̄ q̄dem multitudi
ne ⁊ arbores truncate: ⁊ pecora diſtracta: ⁊
ſegetes (vt fit) in pabulū equoꝝ ſucciſe ſunt.
His itaqꝫ pontifex q̄cq̄d petiere honeſtum
p̄ſertim facile ꝯceſſit: quo citius ab vrbe di-
ſcederent. Unde romani tyrannice immani
tatis metu liberati: ſanctiſſimum pontifice3
veꝝ xp̄i vicarium ⁊ vnicum patrie pentem
p̄dicabāt. Qui q̄dem ad ornanda templa cō
uerſus: baſilica3 ſanctoꝝ Syluestri ⁊ Mar
tini vetuſtate collapſa3 reſtituit: in eaqꝫ vna
cum ipſis ꝯfeſſoribꝫ Fabiani: Stephani: So
therij: Aſterij: Cyriaci: Mauri: Smaragdi
Anaſtaſij: Innocentij: Quirini: Leonis: Ar
themij: Theodori: Nicandri corpa colloca-
uit. Struxit ⁊ a fundamentis ad ipſius baſi
lice latus in honorem Petri ac Pauli mo-
naſterium: vbi continuo res diuina agebat̄.
Demum uo ſanctiſſim⁹ pontifex re eccl'iaſti-
ca bene ac integre gubernata: tercio pontifi-
catus ſui anno moritur: ſepelit̄qꝫ in baſilica
Petri. Vacat tum eius in more romana ſe-
des menſibꝫ duobꝫ: dies. xv.

## Leo. iiij.

LEo quartus: patria roman⁹: p̄re
Rhadulpho: anno incarnatōnis
octingētesimoq̄drageſimooctauo
pontifex omnium ꝯſenſu decernit̄: ac merito
q̄dem. Vir em̄ fuit in omni vita ꝓuata etiam
religione: innocētia: pietate: humanitate: ḡ-
tia: liberalitate: doctrina eccl'iaſtica p̄cipue
inſignis. Tante p̄terea prudentie ⁊ ūtutis
fuit: vt euangelij ſnia ſpentis aſtutiam: vbi
oportebat ⁊ colūbe ſimplicitatem imitaret̄.
Tam conſtanti aūt fama impulſus Sergius
ſecūdus roman⁹ pontifex hoīem totius ūtu-
tis exemplar: ex ſubdyacono p̄ſbiteꝝ creat:
eūdemqꝫ titulo ſanctoꝝ q̄tuor coronatoꝝ p̄fi
cit. Vn̄ poſtea mortuo Sergio ad lateranē-
ſem baſilicam duct⁹: ac in ſede Petri collat⁹
vt ver⁹ ⁊ dign⁹ pōtifex ab oībꝫ ſalutat̄. Exo-
ſculati ſunt et ei⁹ pedes: q ꝓpe aderant morē
antiquum ſuantes. Sunt q arbitrant̄ hu⁹
ſanctiſſimi viri orōnibꝫ deū ꝑmotū ſaraceno
rum rabiē naufragio dum onuſti p̄da domū
redeunt ꝯpeſcuiſſe. Nam ſupato apud Ta-
rentum nauali ꝑlio Theodorio Michaelis
imꝑatoris duce. Ytalia3 nemine obſtāte lon-
ge ac late populati: captaqꝫ Anchona ac di-
repta: vexatoqꝫ item Dalmatico ſinu: dū leti

domum redeűt: volente deo ꝓcellis fluctuum
obruunt̃. Liberatꝰ ſaracenoꝝ metu Leo: ⁊
ſedilia in veſtibulo atrij lateranenſis poſita
ex marmore ꝯſtruxit: ⁊ ſolariũ a Leone ter-
cio incboatũ ꝑfecit. Inſtituit item pius an-
tiſtes: vt quotannis a cũcto clero in baſilica
Pauli ipſiꝰ apl̃i natali die bora veſptina ce-
lebraret̃. Mandauit p̃terea ne laycꝰ qſpiam
pſbiteriũ ingrederet̃: duʒ ſacra fieret̃. Habi-
to etiaʒ ſuo iuſſu eiſdẽ ferme diebꝫ ſupplica-
tiones ad auertẽdam iram dei: quam freq̃n-
tes terremotꝰ p̃ ſe ferebant. Crucẽ ꝙ quã Ca-
rolus romanoꝝ impator Conſtãtinianẽ ba-
ſilice donauerat: furto gẽmis ſpoliatã mirũ-
immodũ exornauit. Hunc aũt tante ſctitatis
fuiſſe ꝯſtat: vt ⁊ baſiliſcuʒ ſpentẽ (quẽ latini
regulum appellare pñt) ſuis orõnibꝫ e forni-
ce ſancte Lucie v̾ginis in orphea expulerit:
cuiꝰ alitu ⁊ veneno multi mortaliũ pierant: ⁊
incendiũ illud ſigno crucis extinxit: qđ diu
p domos ſaxonum ⁊ longobardoꝝ vagatum
diui Petri baſilice appropinq̃bat. Hoc aũt fa-
ctum ẽ octaua die ab aſſumptõe btẽ dei geni-
tricis: q dies poſtea vt feſtꝰ celebratꝰ eſt ñ lõ-
ge a baſilica Laurentij martiris ex menia.
Eo nanqꝫ loco ipſiꝰ v̾ginis templũ extabat:
cui munificentiſſimꝰ pontifex multa dona ex
argento auroue obtulit. Preterea v̾o opus
muſiuum baſilice ſancti Martini ⁊ Sylue-
ſtri in montibꝫ: incruſtationemqꝫ pictum a
Sergio inchoatam ipſe ꝑfecit: vt epigrãma
indicat: qđ ſolum ſupeſt: nam pictura iam-
p̃dem corruit: vel incuria hominum: vel ve-
tuſtate ⁊ ſitu. Suo ꝙ iuſſu crux illa q̃ añ põ-
tificem a ſubdyacono fert̃ ex auro facta: gẽ-
mis ornat̃. Nullum genus ornamenti relin-
q̃ns: qđ ad dignitatem ſaluatoris nr̃i ꝑtinẽt
Reſtituit ꝙ vrbis menia: ⁊ portas vetuſtate
collapſas. Ad hec v̾o. xv. turres ꝓpugnacula
vrbis a fundamẽtis erexit: haꝝ duas ꝑmaxi-
me neceſſarias: hinc dextra: hinc ſiniſtra ty-
beris amnis poſuit infra Janiculum ⁊ Auẽ-
tinum ne ſubuehi naues hoſtium ad diripi-
endam vrbem poſſent. Idem ꝙ ſua diligẽtia
corpora ſanctoꝝ q̃tuor coronatoꝝ inuenit:
coꝝqꝫ templum in ſplendidiorẽ formam in-
ſtaurauit. Sanctos ip̃os ſub altari colloca-
uit Sempronianum: Claudium: Nicoſtra-
tum: Caſtorium. His addidit ⁊ corpa Se-
ueri: Seueriani: Carpophori: Victorini:
Marij: Feliciſſimi Agapiti: Hyppoliti:
Aquile: Priſci: Agni: Narciſſi: Marcelli-
ni: Felicis: Apollinis: Benedicti: Venãtij:
Dyogenis: Liberalis: Feſti: Marcelli: Ad-

didit ⁊ caput ſancti Prothi: Cecilie: Alexã-
dri: Sixti: Sebaſtiani: Praxedis. At v̾o dũ
his rebꝫ: vt ſanctiſſimum viꝝ decebat: q̃ dili-
gentiſſime vacaret: nunciaret̃qꝫ ſaracenos
cum magna claſſe diripiende vrbis cauſa ad-
uentare: ⁊ neapolitanos ac ceteros illiꝰ ore
maritime paulopꝰ ipſi vrbi auxilio futuros
ipſe ſtatim cum q̃nta potuit manu Hoſtiam
ꝓficiſcit̃: eoqꝫ omnes auxiliares copias ꝯuo-
cat: cum hoſtibꝫ dimicaturus ſi copiam pu-
gnandi feciſſent. Suos autem ſanctiſſimus
pontifex ad ꝯmunionem p̃mo adhortatꝰ vbi
id obſeq̃ntiſſime feciſſent orõnem ad deum
his v̾bis habuit. Deus cuiꝰ dextera beatum
Petrum ambulantem in fluctibꝫ ne merge-
ret̃ erexit: ⁊ coapoſtolum eius Paulum ter-
cio naufragantem de ꝓfundo pelagi libera-
uit exaudi nos ꝓpitiꝰ ⁊ ꝯcede: vt amboꝝ me-
ritis hoꝝ fidelium tuoꝝ brachia contra ini-
micos eccl̃ie tue ſancte dimicantia omnipo-
tenti dextera tua corroborent̃ ⁊ ꝯualeſcant:
vt de recepto triumpho nomen ſanctum tuũ
in cunctis gentibꝫ glorioſum appareat. His
dictis ſtatim facto ſigno crucis pugnandi co-
piam fecit: q ita alacriter pugnam inieret:
ac ſi victoriam certam ſibi ꝓpoſitam vider&etilde;t:
tandem v̾o pꝰ longum ⁊ acre certamen ho-
ſtes ſupant̃ fugant̃qꝫ: multi in ip̃o p̃lio vtpo-
te nauali periere: pleriqꝫ tamen viui capti: ⁊
Romam pducti ſunt. Placuit etiam ciuibꝫ
romanis quoſdam ad terrorem non longe a
portu romano furca ſuſpẽdẽ: aduerſante ta-
men Leone ob manſuetudinem ⁊ clementi-
am: qua potiſſimum inſignis habebat̃. ſed
ire obuiam multitudini in tanto preſertim
furore non licuit. Eorum v̾o opera: qui viui
Romam pducti ſunt: vſus eſt Leo in reſtitu-
endis eccleſijs: quas ipſe Agareni quondaʒ
diruerant ⁊ incenderant in extruendis me-
nibꝫ: quibꝫ vaticanum cinxit. Leoninamqꝫ
vrbem de ſuo nomine appellauit. Idqꝫ potiſ-
ſimũ efficit: ne deinceps hoſtibꝫ liceret eccle-
ſiam beati Petri vna vel leui incurſione ſpo-
liare ⁊ incendere: vt ante conſueuerant. Nõ
caruere ſuis ꝑcationibꝫ porte. In ea enim
que ad ſanctum peregrinum ducit: hec erãt
in marmore ceſa. Deus qui apoſtolo tuo
Petro collatis clauibꝫ regni celeſtis: ligan-
di atqꝫ ſoluendi pontificium munus tradi-
diſti: concede vt interceſſionis eius auxilio
a malis nexibꝫ liberemur: ⁊ hãc ciuitatẽ quã
nouiter te adiuuante fundauimꝰ: fac ab ira
tua imꝑpetuum manere ſecuram: ⁊ de hoſti-
bus quoꝝ cã ꝯſtructa ẽ: nouos ac multipli-

ces habere triumphos. In ſecundo võ porta
que apud Hadriani molem ad prata ducit:
hec verba inerant. Deus q ab ipſo huiꝰ mũ-
di principio hanc ſanctam catholicã ⁊ apo-
ſtolicam Romanam eccl'iam ab hoſtib' cu-
ſtodire ⁊ ꝯfirmare dignatꝰ es: iniqtatis no-
ſtre cirographum ꝓpiciatus emenda: ⁊ vrbẽ
hanc quam tuo ſancto nomini ꝑ aploꝝ Pe-
tri ⁊ Pauli ſuffragia nouiter dedicauimꝰ:
ab omnib' inimicoꝝ inſidijs ſecuram ꝑma-
nere ꝯcede. Tercio autẽ ꝑcatio erat in frõ-
tiſpicio porte qua ibat ad ſcolam Saxonũ:
his verbis. Preſta queſumꝰ omnipotens ⁊
miſericors deus: vt ad te toto corde claman-
tes intercedente beato Petro apoſtolo tue
pietatis indulgentiam cõſequamur: ⁊ vrbs
quam ego famulus tuus Leo quartus epũs
romanꝰ te auxiliante meo nomine Leoninã
vocaui: nouoq; ope dedicaui: vt ſecura atq;
illeſa ꝑmaneat: apud clementiam tuam iu-
giter exoramꝰ. Hanc autem vrbem ꝑmo põ-
tificatus ſui anno inchoatam demum ſexto
abſoluit: eamq; corſis quos ſaraceni ex inſu-
la depulerant incolendam dedit: aſſignatis
viritim agris vnde viuerent. Sed miror in
portis ipſis aliam nunc inſcriptionem legi
verſib' hexametris ineptis qdem: quos cer-
te Leonis nullo modo eſſe arbitror: licet ſub
eius nomine ferant̃. Ex manubijs võ ſarace-
noꝝ dona qdam: tum ex auro: tum ex argen-
to baſilicis romanis obtulit. Sunt q ſcribãt
eius mandato etiam baſilicam ſancte Ma-
rie in via noua edificatam fuiſſe: ⁊ turrim in
vaticano apud ſanctum Petrum quam ad-
huc cernimꝰ. Fores ꝑterea ſancti Petri ab
Agarenis direptas ex argẽto reſtituit. Sy-
nodum. vij. ⁊. xl. epoꝝ habuit: in q ex decre-
tis maioꝝ ſuoꝝ Anaſtaſium pſbiteꝝ cardi-
nalem ſancti Marcelli multis criminib' cõ-
uictum damnat: ⁊ ab eccl'ia reijcit: eo maxi-
me ꝙ parochiam ſuam ꝑ annos qnq; ꝯ cano-
nũ inſtituta deſeruerit. Colonias ꝑterea ex
Sardinia Corſicaq; q pulſis ſaracenis iam
reſpirare cepant. Hoſtiam cultorib' ꝓpter in-
ſalubritatem aeris ⁊ freqntes direptiones
vacuam duxit. Lothario poſtremo egregie
ſatiſfecit: q delatione qrundam impulſus ro-
mam venerat: ꝙ intellexerat Leonem trãſfe-
di impium ad conſtantinopolitanos ꝯſilia
iniſſe. De delatorib' in mendacio dephen-
ſis (vt par erat) ſupplicium ſumit̃: atq; amici-
cia inter vtrunq; integrat̃. Sunt q ſcribant
Iohannem ſcotum huiꝰ tempib' fuiſſe: viꝝ i
reb' diuinis doctiſſimum: q in franciã veni-
ens regis Lodouici iuſſu hierarchiam beati
Dyoniſij e greco in latinũ tranſtulit: nec ita
multo pꝰ (vt aiunt) a diſcipulis ſtilo ꝯfoſſus
perijt. Tanti ſceleris cauſa nuſq̃ tradit̃. Fe-
runt item Aldulphum Anglie regem ob re-
ligionem inſulam vectigalem eccl'ie romane
feciſſe ſingulis nũmis argenteis in ſingulas
domos qtannis collatis. Morit̃ at̃ Leo vir
ſanctiſſimꝰ. ⁊ optime de eccl'ia dei: deq; vrbe
roma ac nomine xpiano meritꝰ: ꝯſilio aucto-
ritate: diligentia: doctrina: magnificentia ꝑ-
claroꝝ opeꝝ anno pontificatus ſui octauo:
men. iij. die ſexto. xvj. kalendas auguſti: ſepe-
litq; in Baſilica Petri. Vacat tũ ſedes mẽ-
ſib' duob': dieb'. xv.

## Iohãnes. vij.

IOhannes Anglicꝰ: ex Magun-
tiaco oriundꝰ: malis artib' (vt a-
iunt) Pontificatum adeptus eſt.
Mentitꝰ eñ ſexum cum femina eſſet adole-
ſcẽs admodum Athenas cũ viro docto ama-
tore ꝓficiſcit̃: ibiq; ꝑceptores bonaꝝ artiũ
audiendo tantum ꝓfecit. vt Romam veniẽs
paucos admodum etiam in ſacris l'ris pares
hẽret: nedum ſupiores. Legendo at̃ ⁊ diſputã-
do docte ⁊ acute tantum beniuolẽtie ⁊ aucto-
ritatis ſibi compauit: vt mortuo Leone in
eius locum (vt Martinꝰ ait) omnium ꝯſen-
ſu pontifex crearet̃. Vex poſtea a ſuo com-
pſſa: cum aliqdiu occulte ventrem tuliſſet:
tandem dum ad lateranenſem baſilicam ꝓfi-
ciſceret̃: inter theatꝝ (qd colloſſeũ vocant)
a Neronis coloſſo: ⁊ ſanctum Clementẽ do-
lorib' circũuenta pepit: eoq; loci mortua: põ-
tificatus ſui anno ſecundo: menſe vno: dieb'
qtuor ſine vllo honore ſepelit̃. Sunt q hec
duo ſcribant pontificem ipm qñ ad lateranẽ-
ſem baſilicam ꝓficiſcit̃: deteſtandi facinoris
cauſa: ⁊ viã illam ꝯſulto declinare: ⁊ eiuſdẽ
vitandi erroris cauſa dum ꝑmo in ſede Pe-
tri collocat̃: ad eam rem pforata genitalia
ab vltimo dyacono attrectari. De ꝑmo non
abnuerim: de ſecundo ita ſentio: ſedem illam
ad id parã eſſe: vt q in tanto magiſtratu cõ-
ſtituit̃: ſciat ſe non deũ ſ; hoĩem eſſe: ⁊ neceſſi-
tatib' nature: vtpote egerẽdi ſubiectũ eẽ: vñ
merito ſtercoraria ſedes vocat̃. Hec q dixi
vulgo ferunt̃: incertis tñ ⁊ obſcuris auctori-
tatib'. q ideo ponẽ breuit̃ ⁊ nude inſtitui: ne
obſtinate nimiũ ⁊ ꝑtinacit̃ omiſiſſe videar:
ꝙ fere oẽs affirmant: erremꝰ etiam nos hac i
re cũ vulgo quanq̃ appareat ea. q dixi ex his
eſſe: q fieri poſſe credunt̃. Sunt q dicãt huiꝰ
tpib' beati Vincentij corpꝰ e Valentia cite-
rioris Hiſpanie ciuitate a qdam monacho i

pagum albienſem vlterioris Gallie deporta
tum. Dicunt p̄terea Lotharium iā grandē
natu: ſumptu monachoꝝ habitu filium Lo-
douicum impatorē religiſſe: q ſtatim in Ger-
maniam ꝓuinciā rediens: omnes ad arma
ſpectantes ſua p̄ntia in officio ꝯtinuit.

# Benedictus .iij.

Benedictꝰ terciꝰ: patria Romanꝰ
p̄re Petro. merito B̄ndictꝰ appel
latꝰ eſt ob ſanctitatem vite ⁊ reꝝ
diuinaꝝ grām. Sub gregorio eīn militans:
cū ab eo ſubdyaconatꝰ ḡdum accepiſſet: ita
deinceps vixit. vt mortuo Leone vnꝰ B̄ndi-
ctꝰ tanti pontificis dignꝰ ſucceſſor h̄ret. Ad
hunc itaq ꝯcurrētes oēs tanq̄ ad vnicū ⁊ be
nigniſſimū ſidus a deo in t̄ras miſſum eum
pontificē decernūt. Qui flens: ⁊ deū ac ſc̄os
teſtes faciens: ſe neq̄q̄ dignū eſſe q tante ſedi
p̄ficeret̄ dicebat. Acclamātibꝰ itaq oībꝰ: ⁊ e-
lectoꝝ approbātibꝰ: inuitꝰ tandē pōtificiū mu
nus ſuſcipiēs: in atriū lateranēſe pducit̄: ⁊ ī
ſede Petri collocat̄. Inde v̄o i eq̄ albo ſedēs
ad eccl̄iam ſancte marie ad p̄ſepe ductꝰ: ieiu
nijs triduo ⁊ oꝛonibꝰ vacauit: deū rogans vt
ſibi licēt ſancte ⁊ integre eccl̄iam ſuā guber
nare. Eo aūt pꝰ diē tercium iteꝝ venē oēs: ⁊
eius pedes de more oſculati ſunt. Hi potiſſi
mū q Rodoaldi portuenſis ep̄i factoꝝ ſecuti:
alium neſcio quē vel (vt qdā volūt) Anaſta
ſium a Leone pōtificatu deiectū: hoīeꝝ igno
tum p̄die eiꝰ die B̄ndicto p̄ferre conati fue-
rant: ſ cognito errore (vt dixi) veniam petē-
tes in ſn̄iam bonoꝝ tandē venē ⁊ hoīem ſan
ctiſſimū de more adorarunt. Idem fecē ⁊ Lo
douici impatoris legati: ad ꝯfirmandā cleri
ac p̄pl̄i electoꝝ Romam miſſi. Seq̄nti v̄o die
comitante p̄pl̄o ad baſilicam Petri deductꝰ
vidētibꝰ oībꝰ: vt mos eſt: ⁊ antiq̄ traditio di
ctat: ꝯſec̄tꝰ inſignia pontificis ſuſcepit accla-
mantibꝰ oībꝰ ⁊ plaudentibꝰ. Tante eīn mā-
ſuetudinibꝰ fuit: tante dig̃tatis corꝑe ⁊ aīo
vt tam in magiſtratu ꝯſtitutꝰ q̄ in vita p̄ua-
ta carꝰ oībꝰ ⁊ ḡtus videret̄. Hic q̄dem ad cul
tum diuinū ꝯuerſus: multas eccl̄ias vetuſta
te collabentes reſtituit: ⁊ dona pleraq in ea-
rundē ſac̄ria repoſuit. Inſtituit p̄terea vt fu
neribꝰ ep̄i p̄ſbiteri aut dyaconi pontifex vna
cum clero ineēſſet honorādi corꝑis defuncti
⁊ ꝯmēdande aīe grā: mādauitq: vt viciſſim
clerꝰ mortui pontificis funꝰ celebraret. Ipſe
v̄o qd̄ inſtituit dum in vita eſſ̄: non v̄bis t̄m
ſ re ipſa ꝓprobauit. Sacerdotū eīn funeribꝰ
ſemꝑ interfuit. Egrotos p̄terea inuiſit: pau-
ꝑes aluit: deſꝑatos ⁊ calamitoſos ꝯſolatus
eſt: viduas ⁊ pupillos acerrime tutabatur:
His artibꝰ vitam ſanctiſſimam t̄ducēs ſuo
magiſq̄ p̄pl̄i romani tꝑe morit̄ pontificatus
ſui anno ſecundo: menſe. vj. die. ix. Sepultꝰ
eſt aūt an̄ fores baſilice beati Petri ap̄li. In-
terim v̄o dies. xv. ep̄atus vacat.

# Nicolaus .j.

Nicolaus primꝰ: patria Romanꝰ
patre Theodorio bene ac ſancte
a teneris annis educatꝰ: p̄mo qui
dem ſubdyaconus a Sergio: mox v̄o dyaco
nus a Leone creat̄. In q̄ ordine adhuc ꝯſti-
tutus nullum genus pietatis omittens. Be
nedicti corpus ſuis manibꝰ tumulo colloca-
uit non ſine multis lacrimis. At v̄o cum pa-
cto de more funere creare alteꝝ pontificem
neceſſe eſſet: cunq ieiunijs: vigilijs: oꝛonibꝰ
inſtarent homines: vt talem a deo ꝯſeq̄rent̄
pontificem: q̄lem amiſerant: in baſilica ſc̄ti
Dyoniſij ꝯfeſſoris atq pontificis (eo nanq
eiꝰ rei cauſa ꝯuenerant) pꝰ longā ꝯſultatoꝝ
Nicolaum abſentem pontificem creant: ⁊ fu
gientem in vaticanum: latitantemq vitandi
honoris cauſa ꝗſitum in atrium lateranēſe
pduxerunt: ⁊ nolentem etiam in ſolio apo-
ſtolico collocarunt. Deinde v̄o in baſilica
Petri ꝯſecratus: ſumptaq de more pontifi-
cia corona: multa cum Lodouico Ceſare qui
tum aderat collocutus eſt: tum ad pontifica-
tum: tum ad impium ꝑtinētia. Cum v̄o Lo-
douicus ipſe ab vrbe diſceſſiſſet: conſcendiſ-
ſetq in loco: quem romani quintum appella-
bant: eo ꝓfectum Nicolaum ferunt: cum ꝓ-
ceribꝰ vrbis Rome itaq honorifice ſuſceptū
vt impator ad mille paſſus pontifici obuiam
factus ex equo deſc̄ēdens cum freno manibꝰ
attrectato in caſtra pduxerit. Erat eīn tante
veneratōis ⁊ maieſtatis: tante eloquentie ⁊
doctrine: vt ab omnibꝰ tanq̄ numen coleret̄.
Habito autem ſimul longo ⁊ ſecreto collo-
quio poſt epulas oſculoq inuicem dato ⁊ ac
cepto: ad vrbem pontifex redijt: quam q̄dem
ex creſcentia tyberis ita vexatam inuenit:
vt non niſi lyntribꝰ de vico ad vicum tranſi-
re liceret. Nam ⁊ eccl̄iam ſancti Laurentij
in lucina: ⁊ monaſterium beati Sylueſtri:
⁊ totam illam planiciem: que a via lata ad
radices tarpeie rupis ad viā argentariā ad
anētinū ducit ita occupauerat: vt iſtaē dilu-
uiū vulgo putatū ſit. Hac inūdatōne ⁊ mul-

te domus euerſe ſunt: ⁊ plures arbores euul-
ſe: ⁊ ſata paſſim diſiecta. Neqꝫ hoc ſemel eo
anno: ſed iteꝝ decembri mēſe Rome accidit.
Emendare hec damna vel potiꝰ delinire pō-
tifex enixus: nullum genꝰ officij ⁊ pietatis in
ciues ſuos omiſit. Interim vō Michael the-
ophili filius Conſtantinopolitane vrbis im-
pator legatos cum muneribꝫ Romam miſit
q ⁊ limina apoſtoloꝝ ⁊ pontificem inuiſerēt.
Hec aũt munera fuere: patena aurea: ⁊ calix
aureꝰ iuſti ponderis cum gēmis magne eſti-
matōis. Hic eſt ille Michael: quem poſtea
Baſiliꝰ ꝯſors imperij factus dolo necauit: vt
ſolus impio potiret̄. Habiti ſunt aũt a ponti-
fice ꝑbenigne legati: ⁊ domum viciſſim cum
muneribꝫ miſſi. Nicolaꝰ vō pontificie digni
tati admodum ꝯſulēs. Johānem archiepm̄
Rauennatē ad ſedem aplīcam ꝓpter obiecta
crimina venire recuſanteꝫ dignitate ꝓuauit.
Js autem Papiaꝫ ad Ludouicum ꝯfugiēs:
ab impatore lr̄as ꝯmendaticias ad pontificē
obtinuit: ⁊ legatos q a pontifice impet̄rent:
vt Johanni archiepō Romam ad cām dicē-
dam tuto ꝓficiſci liceret. qđ haud ḡuate pō-
tifex conceſſit. Johannes autem facta dicen-
di copia in magno p̄ſulum ꝯuentu in domo
Leonina nil aliud faſſus eſt q̄ ſe maieſtatis
reū ēē: ob eam rē ⁊ a pontifice ⁊ ab his q eo i
conuentu aderant ſe veniaꝫ petere. Motus
hac ꝯfeſſione pontifex: ⁊ p̄cibꝫ q tum aderāt
his ꝯditionibꝫ Johannem in grām recipit:
vt ſe in ꝯcilio de hereſi purgaret: vtqꝫ q̄tan-
nis Romam ſe ꝓfectuꝝ polliceret̄ quoad fi-
eri poſſet. Et ne electos eī canonice in flāmi-
nia epōs ꝯſecrandi facultatem hr̄et niſi id ſi-
bi a ſede aplīca lr̄is concederet̄: neue eoſdeꝫ
epōs Romam ꝓficiſci quotienſcunqꝫ vellent
ꝓhiberet: vtqꝫ ei nullam exactionem: quam
ſacri canones non recipiūt: nullum morem:
nullam conſuetudinem introducere liceret.
Poſtremo vō ei ſub anathematis pena man
datum eſt. ne de bonis ecclīe qcq̄ immutaret
aut decerneret inconſulta ſede aplīca: neue
etiā ꝓhana ei recipe liceret: niſi id placere
ſummo pontifici intellexiſſet. Has autē ſan-
ctiſſimas iuſſiones tota ſynodus ita appro-
bauit. vt ab oībꝫ ter acclamatum ſit. Rectū
iudicium ſummi p̄ſulis. Juſta diffinitio pa-
ſtoris vniuerſalis ecclīe. Salubris inſtitutō
xp̄i: diſcipulis omnibꝫ placet. Omnes aũt ea-
dem dicimꝰ: eadem ſapimus: eadem iudica-
mus. Tum vō Johannes videntibꝫ omibꝫ:
eadem ſe ꝯſuatuꝝ iureiurando ⁊ ſcripto cō-
firmauit. Atqꝫ ita ſoluta ſynodo Johannes
Rauennam ad ſuos redijt: liberatus autem

hac moleſtia pontifex eccleſiam dei genitri-
cis (que p̄us antiqua nūc vulgo noua appel-
lat̄) reſtituit: egregijſqꝫ picturis exornauit.
Regem bulgaroꝝ cum omni ꝓuintia ad fi-
dem xp̄i lr̄is ⁊ ſanis admonitionibꝫ conuer-
tit: eiſdemqꝫ bulgaris epōs ⁊ p̄ſbiteros de-
dit: q neophitos in fide confirmarent. pulſo
photino: cuiꝰ fraude in errorem bulgari di-
lapſi fuerant. Pacem p̄terea inter Lodoui-
cum impatorem ⁊ Andaliſium Beneuen-
tanum ducem ꝯpoſuit. Saracenos Bene-
uentum vſqꝫ aliquando ꝑuagatos repulit.
Poſtremo vō approbante Lodouico impato
re inſtituit: ne p̄nceps vllus ſecularis aut im
pator concilijs clericoꝝ intereſſe auderet: ni
ſi de fide ageret̄: licere tum ac par eſſe cenſu-
it. Sunt qui ſcribant beatum Cyrillum ex
Cherſona ponti ſancti Clementis corpus
Romam tum detuliſſe: idqꝫ in eccleſia his
tempibꝫ ſancti Clementis appellata: recon-
ditum fuiſſe: nec ita multo pꝰ Cyrillum mor
tuum eo loci ſepultum iacere. Nicolaꝰ auteꝫ
in omni genere v̄tutis vnici viri exempli vir
ſeptimo pontificatus ſui anno: menſe nono:
die. xiij. morit̄ ⁊ ante fores baſilice beati Pe
tri ex teſtamento ſepelit̄. Sunt q ſcribant pꝰ
mortem eꝰ annis octo: menſibꝫ ſeptem. diebꝫ
nouem ſedem vacaſſe.

## Hadrianꝰ. ij.

HAdrianus ſecundus: patria Ro
manus: patre Talaro epō Ser-
gio pontifici familiaris fuit: a cū
q aliqñ denarios q̄draginta dono accepiſſꝫ.
domū rediens diſpenſatori mādauit: vt eos
ꝑegrinis ⁊ paupibꝫ: q in ueſtibulo domꝰ ſue
ſtabant errogaret. Facere ille mandata co-
natus: cum videret ne minime qdem ꝑti tan
tula re ſatiſfieri poſſe: ad Hadrianum redi
ens: rem ipſam exponit. Tum Hadrianꝰ ac-
cepta pecunia ad paupes veniens ⁊ ternos
denarios ſingulis p̄ſtitit: ⁊ totidem ſibi rei
familiari ſatiſfacturus reſuauit: admiran-
te diſpenſatore miraculo rei. Cui Hadrianꝰ
vides inqt q̄ benignus ⁊ largus ſit dominus
his p̄ſertim: q liberales ⁊ munifici in paupe
res ſunt. Hac ⁊ alijs virtutibꝫ tanto in p̄cio
apud omnes fuit: vt cum de pontifice crean-
do ſmo haberet̄: certatim omnes vnicū Ha-
drianum deligerent: quē etiam ab ecclīa ſan-
cte dei genitricis ad p̄ſepe ad lateranenſem
baſilicam nolentē detulere: ac ſtatim ponti-
ficem crearunt. Non eſt habita in tanto tu-
multu cuiuſpiaꝫ rō. Hanc ob rem Lodouici
legati q eꝰ rei cā aderant indignati. qđ nuſq̄

(vt par erat) dum hec agerent̄ intereſſe potu
iſſent: ⁊ auctoritatem īpatoris in creando
pontifice interponē. Legatis aūt hac rōne ſa-
tiſfactum eſt: ꝙ dicerent multitudinis volū-
tatem in tanto tumultu moderare non potu
iſſe: eos tn̄ recte facturos ſi viꝝ optimū: quē
⁊ clerus ⁊ ꝑplꝰs elegerat de more pontificem
ſalutarent. Fecere id legati: ꝙꝙ aperte cerne
rent cleꝝ ⁊ ꝑplm̄ eligendi pontificis totā au-
ctoritatem ſibi vendicare: ne deinceps pnci-
pis cuiuſpiaꝫ nutꝰ expectarent̄. Forte eī: vt li-
bertas eccl'iaſtica tum inoleſcēt. Supuenere
a Lodouico īpatore lr̄e: qbꝫ romanos ad-
modum laudat: ꝙ ſummū pontificem ſancte
⁊ integre creaſſent: non expectato alioꝝ vo-
to: q forte ea in re ob ignoratōeꝫ ꝑſonaꝝ mi-
nꝰ iudicij habuiſſent. Qui eī̄ fieri poſſe dice
bat: vt pegnꝰ ⁊ hoſpes dignoſcē poſſet ī ali-
ena repu. qs potiſſimū ceteris ꝑferendꝰ ſit.
Id maxime ad ciues ꝑtinē: ⁊ ad eos ꝑſertim
q cum inglinis familiariter vixere. Hadria-
nus aūt pontificatū adeptus: omnia q̄ ad ho-
norem ſummi dei ꝑtinerāt diligent̄ circūſpi-
ciebat: vbis: exemplo: auctoritate: tum ſua:
tum maioꝝ vnumquēqꝫ ad bn̄ beateqꝫ viuē-
dum cohortatꝰ. Circūuentos etiam alioꝝ iu
dicijs ⁊ potentia acerrime tutatꝰ eſt. Haberi
eī̄ ſynodum Conſtantinopoli paſſus eſt: q̄
⁊ pulſus Photius vir ſeditioſus: ⁊ reſtitutꝰ
Ignatius iam antea iniuria pulſus. Habi-
ta etiam in eadem ſynodo longa ꝯtentio eſt:
bulgari ne (quoꝝ legati tū aderant) ſedi ro-
mane an ꝯſtantinopolitane ſubiecti eſſent.
Tandem vō Baſilio ꝯdicente romane ſedi
adiudicant̄. Quare Hadrianꝰ a bulgaris ro
gatꝰ: vt viꝝ vita ⁊ doctrina inſignē in ꝓuinci
am mittēt: cuiꝰ auctoritate ⁊ exemplo in fide
xp̄i retinerent̄. Tres ſctiſſimos viros eo cū
ſumma ꝑtate miſit: q eccl'ias illas ex ſnīa ad
meliorem cultū redigerēt. Hi aūt fuere Syl-
ueſter ſubdyaconꝰ. Leopardꝰ anconitanus:
Dn̄icꝰ taruiſinꝰ: q rē oēm ex ſnīa pontificis
breui ꝯpoſuere. Quāꝙ bulgari non ita mul-
toptꝰ donis ⁊ pollicitatōibꝫ a ꝯſtantinopoli-
tanis corrupti: pulſis latinis ſacdotibꝫ gre-
cos recepint: q̄ qdem ſeditio multoꝝ maloꝝ
incendia int̄ grecos ⁊ latinos ſuſcitauit. Ha
drianꝰ vō ſeſe oībꝫ eccl'ie hoſtibꝫ q̄ad fieri po
terat obijciēs: cū mortuo Lodouico Carolū
filiū inunctꝰ eſſet: morit̄ pōtificatꝰ ſui an-
no. v. men. ix. die. xij. Eiꝰ aūt an̄ mortē ⁊ tribꝫ
diebꝫ ſangne apud Brixiaꝫ pluit: ⁊ locuſte
gallias mirūimmodū vaſtarunt tam calami-
toſe mortis indicia ꝑmaxima.

# Johannes. viij.

IOhannes octauꝰ: patria Roma-
nꝰ: pr̄e Gundo: initō pontificatꝰ
ſui Carolū: q tum Romaꝫ vene-
rat īpatorem decernit. Hanc ob rē indigti
duo Caroli Lodouici regis Germanie filij:
ꝯtractis vndiqꝫ copijs in ytaliaꝫ deſcendūt
patruū Carolum īpio ſimul ⁊ vita ꝓuatu
ri. Is aūt tridentinos ſaltꝰ nepotibꝫ clauſurꝰ
cum exercitu Veronā properās: apud Mā-
tuam valitudine correptꝰ: venenata potione
morit̄: quaꝫ Sedechias iudeus quo medico
vtebat̄: curande valitudinis cauſa (vt credi-
tum eſt) ei dederat. Ea re cognita Johannes
pontifex omnibꝫ viribꝫ annitebat̄: vt Lodo-
uicus rex Francie Caroli filius imperator
decerneret̄. Quo minꝰ aūt id faceret obſtitere
romani ꝓceres. Carolum tercium Germa-
nie regem: q cum fratre Carolo magno iam
partem ytalie occupauerat: īpatorem eſſe
cupientes. In tanta vō ſeditōe cum nō deeſ-
ſent: qui etiam Lodouico fauerent pontifex
capit̄: ⁊ in vincula conijcit̄. Hanc ob rem nō
ita multoptꝰ adiuuantibꝫ qbuſdam amicis
e vinculis ꝓlapſus: ad Lodouicuꝫ cognomē-
to balbum in Franciam ꝯfugit: vbi ꝑ annuꝫ
immoratus ⁊ regem inunxit: ⁊ ꝯtrouerſias
quaſdam inter eccleſiaſticos ortas ſuſtulit.
Nam Gibertus neumanēſis epiſcopus Le-
onem abbatem poſſeſſione monaſterij ſui vi
priuauerat. Erat eī̄ monaſteriū ſancti Pe-
tri: in quo beati Egidij corpus quieſcebat.
Situs autem loci flauianus appellatus eſt a
valle flauiana: quam flauius quondam rex
beato Egidio donauerat: is poſtea eo loci in
honorem Petri ⁊ Pauli monaſterium con-
diderat. Multis itaqꝫ ep̄is ⁊ iudicibꝫ aſtan
tibꝫ pontifex cognita cauſa Leoni monaſte-
rium adiudicat. Arelate hec ꝯtentō extincta
eſt. vn̄ Johannes abiens annuente Lodoui-
co apud Trecas ciuitatem ꝯcilium habuit.
in quo ⁊ multa ad fidem ꝑtinentia ſunt inſti
tuta: ⁊ flandris qui tum primum ex locis
nemoroſis ad meliorem cultum venerāt ep̄s
datꝰ ē. Verꝫ cū ytalia a ſaracenis vaſtaret̄:
cūqꝫ iam mōtis caſſini mōſteriū cepiſſent ac
diripuiſſent. Johes romā accitꝰ adiuuātibꝫ
ꝑncipibꝫ xp̄ianis agarenoꝝ magnā ꝑtē yta-
lia ac Sicilia expulit. Carolum preterea:
quo ei liberius in vrbe viuere liceret: im-
perij corona donauit: terciuſqꝫ Carolus ap-
pelatus eſt. Qui poſtea in normannos mo-
uens. Franciam ⁊ Lothoringiam vaſtan-

tes ita eos ꝑdomuit: vt Rothifredus eorum
rex pacem petere ⁊ fidem xp̄i ſuſcipe coact⁹
ſit: quem imꝑator in gratiã recipiens e ba-
ptiſmatis fonte leuauit: vt ſcribit Anaſtaſi⁹
q tum in p̄cio erat romane eccleſie Biblio-
thecarius: vir ſane ita vtraq; lingua doctus
vt e greco in latinum ⁊ ſeptimam vniuerſa-
lem ſynodum: ⁊ hierarchiam Dyoniſij Ari
opagite: ⁊ vitas multoꝝ ſanctoꝝ Caroli grã
in latinum eleganter ⁊ docte tranſtulerit.
Sunt q ſcribant Carolum ipſum multa mo
naſteria condidiſſe: ac rem diuinam auxiſſe
Sed hec eius precipua laus: ꝙ multos ad
ſcribendum impulit. Nam ⁊ Milo beati
Amandi monachus: eiuſdem ſancti vitam
accomodate ꝯſcripſit. ⁊ Johannes ſcotus
quedam noſtre religionis acutiſſime diſpu-
tata grauiſſime compoſuit. Non caruit eti-
am hac laude ſcribendi Johannes pontifex
dum adhuc priuatus eſſ3. Dyacon⁹ enim p̄-
mi Gregorij vitam q̃tuor libris egregie con-
ſcripſit. Cum vͦ in pontificatu annis decē:
dieb⁹ duob⁹ vixiſſet moꝛit̃: ⁊ in baſilica Pe-
tri ſepelit̃.

## Martinus .ij.

Martin⁹ ſecundus: natione Gal-
lus: patre Palumbo: pt⁹ Johã-
nem pontificatum inijt. Sunt q
hunc Marinum vocent: quos ego ſimilitu-
dine ſcriptionis deceptos puto. Martinus
itaq;: cui⁹ vita ideo breuior eſt: qꝛ breui tem-
pore in pontificatu vixit: imꝑantib⁹ apud
Conſtãtinopolim Leone ⁊ Alexandro Ba-
ſilij filijs: in occidente vͦ Carolo tercio: quē
ab Johanne octauo coronam accepiſſe ſcri-
pſim⁹: quenq̃ normam nos Galliam infeſtã-
tes: ita continuis p̄lijs attriuiſſe: vt eos ⁊ fi-
dem xp̄i: ⁊ leges victoris accipe cogēt. Sunt
q ſcribant Martini fraude: vt in formoſo di-
cetur Johannem pontificem ita ſeditionib⁹
agitatum fuiſſe: vt ei in vincula coniecto au-
fugere neceſſe fuerit. Martin⁹ autem malis
artib⁹ pontificatum adept⁹. breui moꝛit̃. An-
num em̄ ⁊ menſes q̃nq; tantummodo in pon-
tificatu vixit: nil dignum memoria gerens:
vel ob breuitatem temporis: vel ꝙ nil tum ac-
cidit: quo nomen eius fieret illuſtri⁹: vel ꝙ
dei nutu malis artib⁹ principatus acquiſiti
veram gloriam vnicum optimi principis ci-
bum amittunt.

## Hadrianus .iij.

Hadrian⁹ tercius. patria roman⁹
patre Benedicto: tanti animi fu-
it: vt initio pontificat⁹ ſui ſtatim
ad ſenatum ꝑplmq; retulerit: anno domini
octingenteſimononageſimoqnto: ne in cre-
ando pontifice imꝑatoris auctoritas expecta-
ret̃: vtq; libera eſſent ⁊ cleri ⁊ ꝑpl'i ſuffragia:
qͦd qdem inſtitutum a Nicolao p̄mo tenta-
tum potiuſq̃ incohatum diximus. Illectum
credo hac oportunitate Hadrianum: ꝙ Ca-
rolus imꝑator ab ytalia cum exercitu diſce-
dens in normannos rebellantes mouerat.
Fuerat ei in animo gentem ingetã omnino
delere. At vͦ cum id difficile videret̃: nec fie-
ri ſine magna ſuoꝝ clade poſſet: partem illã
Gallie ad incolendum his conceſſit: q̃ vltra
Sequanam flumen eſt: queq; hodie a gente
ip̄a. Normandia vocat̃. Pendere at̃ quotan-
nis vectigal Regib⁹ Francie ſunt iuſſi: ne vi
ſed benignitate imꝑatoris Caroli loca illa
obtinuiſſe viderent̃. Interea vͦ Gulielmus
cognomento pius Aquitanie dux: ⁊ Auer-
nie comes: cum ſtirpe virili careret. Clunia-
cenſe monaſteriũ in fundo paterno Burgũ-
die pago maſticenſi magnificentiſſimis ope-
rib⁹ inchoauit eidemq; loco Bernonem ab-
batem p̄fecit: deſignatis ꝓuentib⁹: vnde mo-
nachi viuerent. Ante tempus vͦ Gulielm⁹
moriens monaſterium imꝑfectum reliquit.
Ebo comite pictauienſe herede inſtituto: q
rem ip̄am ex teſtamento curaret. Hadrian⁹
autem pontifex. de quo clerus ꝑpl'uſq; roma-
nus magnam ſpem ꝯceperat ob eius vͦtutem:
⁊ magnitudinem animi. anno p̄mo ⁊ menſe
ſcdͦo pontificat⁹ ſui moꝛit̃: ſepelit̃q; in baſi-
lica Petri collacrimantib⁹ omnib⁹ ⁊ inge-
miſcentib⁹ tantum ꝑentem iniq̃ tp̄e tam repē-
te ſibi ablatum eſſe.

## Stephan⁹ .v.

Stephanus q̃ntus. patria Ro-
manus: ex via lata p̄re Hadria-
no pontificatum inijt. eo tempe q
normanni adiunctis ſibi dacis omnem fer-
me Galliam ruptis federib⁹ vaſtarunt. Ti-
more vͦ tante incurſionis beati Martini
corpus Turonis Altiſiodoꝝ deportatum
eſt: ⁊ in eccleſia ſancti Germani collatum.
Accidiſſe miraculum tum ferunt: orta inter
monachos diſcordia. cui potiſſimum ſancto
nomen eccl'ie aſcriberet̃. Hanc ob rem diſcu-
tiende ambiguitatis cauſa leproſus in me-
dio vtriuſq; ſancti collocat⁹: ea parte ſanat̃:
qua ad Martinum vergebat: conuerſus de-
inde in alterã ꝑtem vͦtute beati Martini in-

teger omnino redditur. Hoc totũ a Germa-
no hoſpiti ſuo tributũ credit̃: ne ꝺ ſanctitate
eius ob tranſlationez quicq̃ diminutum vi-
deretur. Sunt qui ſcribant huius pontifi-
cis tempore Carolum cognomento. groſſuz
qui iã annis. xij. imperauerat: poteſtate de-
iectum ab optimatibus ſuis fuiſſe ob ſegni-
tiem corporis ⁊ ingenij tarditatẽ: in locũq;
eius Arnulphum nepotem ſuffectum fuiſſe:
qui ſeptimus a Carolo magno imperator ẽ
habitus. Hac itaq; perturbatione rerũ ille-
cti hũni gẽs ſcythica: vt Uincentius ⁊ Mar-
tinus ſcriptores referunt: ĩ pãnoniã inferio-
rem ad cõſanguineos vngaros deſcẽdẽtes:
pulſis ĩde gepidis ⁊ auaribꝫ ĩpam occupãt:
ide ĩ Germaniam hoſtili agmĩe mouentes ad
Belgicã vſq; Galliã ꝑuenẽ: ferro ac flãma
oĩa vaſtãtes. Stephanꝰ võ ĩ tãta rerũ ꝑtur-
batiõe ſanctitate Luithprãdi ticinẽſis eccle-
ſie dyaconi: valdridi Bauari: Gerardi pi-
ctauienſis mirifice recreabat̃. Quoruz vita
⁊ moribus ita chriſtiana fides ĩolevit: vt ⁊
monaſteria multa ⁊ ſacella magnis ſumpti-
bus in vtraq; Gallia ſint cõdita. Moritur
autez Stephanus pontificatus ſui anno ſe-
xto: die. xj. vacat tum ſedes diebꝫ quinq;.

## Formoſus

Formoſus portuenſis epiſcopus
poſt Stephanũ põtifex creatur:
qui ſtatim inito magiſtratu eccle-
ſiam Petri principis apoſtolorũ levi pictu-
ra exornauit. Hic aliquãdo Johãnis ponti-
ficis ſeueritatẽ veritus: epiſcopatũ ſuũ deſe-
rens ĩ Gallias aufugit. Uerũ cũ reuocatus
redire abnueret: anathemate notatus. Ro-
mam veniẽs omni eccleſiaſtica dignitate pri-
uatur: prophana ĩdumenta ſimul cũ moribꝫ
aſſumẽs. Sunt q̃ arbitrãtur hoc ideo formo-
ſo accidiſſe: q̄ eius cõiuratiõis cõſcius ⁊ au-
ctor fuerit: qua Johãnes captꝰ ⁊ in vincula
cõiectꝰ ẽ. Hac itaq; cõtumelia motꝰ Formo-
ſus: ab vrbe diſcedẽs iureiurãdo affirmauit
ſe nunq̃ poſtea vel Romã vel ad epiſcopatũ
rediturũ. At võ Martinꝰ pontifex Johã-
nis ſucceſſor: hominẽ poſtea iuramẽto ſolutũ
in patriã ⁊ priſtinã dignitatẽ reſtituit: vnde
ad pontificatũ nõ ita multo poſt largitione
potiꝰ q̃ virtute cõtradicẽtibus quibuſdã aſ-
ſumit̃. Arnulphus autẽ quẽ ſeptimuz a Ca-
rolo imperatorẽ diximꝰ: primo quidẽ ſtren-
nue ſumptis armis normãnos adhuc rebel-
lantes magnis cladibus ꝑdomuit. Uerũ po-
ſtea nimio ſucceſſu elatus: ita contumax in
omnes tum vel maxime in eccleſiaſticos fa-
ctus eſt: vt dei nutu pediculari morbo breui
conſumptus ſit. Huius in locũ poſtea ſuffe-
ctum Lodouicum imperatorẽ legitur: quez
tamen nuſq̃ habuiſſe imperij coronam acce-
pimus. Hic autem (vt Martinus ſcribit)
cum Berengario duce Foroiuliano a regi-
bus longobardorum originem ducẽte: ⁊ Aui-
tum paternumq; regnum repetente armis
decernens: cuz primo quidẽ ſuperat ⁊ vicit.
Mox renouato prelio apud Ueronam Lo-
douicus ſuperatus ingenti ſuorum clade: ca-
pitur ⁊ oculis priuatur. Atq; ita imperiuz
quo annis fere centum Frãci potiti ſunt: de-
mum in longobardos tranſfertur: imperan-
te apud grecos Cõſtãtino Leonis filio. Ue-
rum neſcio quo fato accidiſſe dicam: vt vna
cũ induſtria imperatorũ ſimul etiaz pontifi-
cum virtus ⁊ integritas defecerit: que quidẽ
tempora in feliciſſima eſſe arbitror: cum au-
ctoritate Platonis tales ſoleant eſſe reliqui
ciues quales ſunt in rẽpublicam principes.
Ad formoſum redeo cuius tempora ne om-
nino infeliciſſima haberentur effecit Re-
migij Altiſiodorẽſis virtus ⁊ doctrina. Hic
enim multa commentatus eſt: ⁊ ſcripſit in
Matheuz potiſſimũ ⁊ pauli epiſtolas. Sũt
qui ſcribant huius interpretationis aucto-
rem fuiſſe Remigiuz remenſem: non autem
hunc de quo loquimur: vtcunq; ſit conſtat
vtrunq; Remigium doctiſſimũ fuiſſe. For-
moſus autem pontificatus ſui anno quinto
menſe ſexto moritur. Uacat tum ſedes diebꝫ
duobus.

## Bonifacius. vj.

Bonifacius ſextus: natione tuſcꝰ:
in demortui Formoſi locum pon-
tifex creatur. Quantuz autem in
põticatu vixerit magna cõtrouerſia eſt. Plꝰ
enim alij: minus quidã temporis huic aſcri-
bunt. Sentio ego cũ pluribus: qui affirmãt
pontificẽ hũc diebus tantũmodo ſex ⁊. xx. ĩ
pontificatu vixiſſe. Hoc (vt credam) faciunt
hyſtorie. in quibus nulla vel parua de h̃ ho-
mine fit mentio. Quo enim mõ fieri poſſe:
vt huius tẽpora ſub ſilentio preterirentur: ſi
annis duodecim (vt quidam referũt) in ſede
Petri vixiſſet. Ponere itaq; hũc hominẽ in
catalogo ſummorũ pontificũ iſtitui: nõ pro-
pter res geſtas: que nulle ſunt. Quid enim
geri in tanta breuitate tẽporis potuit. Sed
quia legittime ⁊ recte pontifex creatus eſt.
Moritur enim (vt dixi) põtificatus ſui die
ſexto. ⁊. xxx. ſepelit̃q; in baſilica Petri.

## Stephanus. vj.

S Tephanus ſextus: patria Rõa-
nus: Anagninus epiſcopus pon-
tifex creat⁹: tãto odio pſecutus ẽ
Formoſi nomẽ: vt ſtatim eius decreta abro-
gauerit: res geſtas reſciderit. Licet quidam
ſcribant ipſum Stephanũ epiſcopatũ Ana
gnie a Formoſo conſecutum fuiſſe. Sed ego
arbitror hoc odiũ ex ambitione ortum fuiſſe
cum iaʒ eo deueniſſent eccleſiaſtici: vt nõ co
acti: vt antea: ſed ſponte ⁊ largitionib⁹ pon
tificium munus obirent. Hinc odium ortuʒ
eſt quo etiam in mortuum Stephan⁹ ſeuie
bat: ꝙ ei antea impedimẽto fuiſſet: quo mi-
nus optata ſede potiretur. Refert Marti-
nus ſcriptor Stephanũ tanta rabie deſeuiſ-
ſe. vt habito cõcilio corpus Formoſi e tumu
lo tractum pontificali habitu ſpoliatum: in
dutumqꝫ ſeculari ſepulture laicorũ manda-
uerit: abſciſſis tamen dextere eius duob⁹ di
gitis: illis potiſſimũ quibus in conſecratio-
ne ſacerdotes vtuntur: in tyberimqꝫ proie-
ctis: ꝙ vt ipſe dicebat cõtra iura ſacramenti
Romaʒ ⁊ ſacerdotiũ repetiſſet: quo a Iohã
ne octauo iure ſpoliat⁹ fuerat. Magna fuit
hec controuerſia ⁊ peſſimi exempli: cum po
ſtea fere ſemper ſeruata hec cõſuetudo ſit: vt
acta priorum pontificũ ſequentes: aut infrin
gerent: aut omnino tollerent. Quod hacte-
nus certe ab optimis illis pontificib⁹: quo-
rum vitas conſcripſimus: alienũ fuit. Pau
lum certe abfuit: quin noſtra tẽpeſtate Pau
lus ſecũdus venetus Formoſi nomẽ (vt fit)
ſibi inderet: ꝙ id nomẽ ei maxime conueni-
re videretur propter proceritatẽ corporis ⁊
maieſtatẽ. Quo minus autem id faceret de-
terruere cũ cardinales quidã hiſtorie ñ igna
ri: ne ei poſt morteʒ id accideret: quod olim
Formoſo. Tulit id egre Paulus: quia nil
ei preter hoc nomen ad ſummã felicitatẽ de-
eſſe videbatur. Interim vo ignauia pontifi-
cũ fretus Conſtantinopolitanus imperator
Symbaticũ patriciũ protoſpatariũ ſuuʒ in
Italiã cũ exercitu mittit: qui Beneuentum
tercio mẽſe poſtea ꝙ̃ obſideri ceptũ eſt. i po-
teſtatem ſuam redegit. Poſſeſſum ante a lõ-
gobardis annis. ccc. ⁊ triginta. Uerum an-
no tercio poſt Guido longobardus pulſis
grecis vrbeʒ recuperat: atqꝫ ita denuo ad lõ
gobardos recidit. Ad Stephanũ redeo: qui
pontificatus ſui anno primo: menſe tercio
moritur. Sedes autem eius ex morte trib⁹
diebus tum vacat.

## Romanus.

R Omanus patria romanus: vbi
pontificatũ iniit. Stephani pon-
tificis decreta ⁊ acta ſtatim ipro-
bat abrogatqꝫ. Nil eniʒ aliud hi pontificuli
cogitabant: ꝙ̃ ⁊ nomen ⁊ dignitatẽ maiorũ
ſuorum extinguere: quo nihil poteſt eſſe pei-
us ⁊ anguſtioris animi. Qui enim his arti-
bus nituntur: nulla virtute muniti: eo ꝺ lo-
co abradere benemerẽtes conantur: quẽ ipſi
ob ignauiam ⁊ maliciam attingere non poſ
ſunt. Neminem ſiquidem vnꝙ̃ inuenies alie
ne fame inuidere: niſi qui omnibus probris
contaminatus deſperat: ſuum apud poſte-
ros celebre nomen aliquãdo futurũ: hi ſunt
qui fraude: malicia: dolo: maledicentia ꝺ hu
mano genere benemeritos mordẽt: lacerãt:
accuſant: corrodunt: tanꝙ̃ ignaui canes ⁊ i-
utiles. nec feris ſeſe obijcientes ob timidita
tem: ſed vinctas ⁊ caueis incluſas morden-
tes. Commemorare tamen huius põtificis
nomen libuit: quia de more Petri ſedem ob
tinuit. in qua tercio pontificatus ſui menſe
demoritur.

## Theodorus. ij.

T Heodorus ſecundus: patria rõa
nus: pontifex creatus veſtigia ſe-
ditioſorum ſequitur. Nam ⁊ For
moſi acta reſtituit: ⁊ eius ſectatores in pre-
cio habuit: imperante adhuc in Italia (vt q
dam volũt) Arnulpho: regnãte i frãcia Ca
rolo ſimplici. Cõſtantinoqꝫ Leonis filio ori
entale imperiũ gubernãte. Quo quidẽ tẽpo-
re ſaraceni Apuliã igreſſi: occupatoqꝫ ſan-
cti angeli mõte. magnã vim hominũ ⁊ peco-
rũ cepere. Uerũ itali tumultuaria manu cõ
parata magna ex hoſtibus edita ſtrage pre-
dam recuperãt. Agebant hec in Italia. cuʒ
Gulielm⁹ cognomẽto ſectorferri Engoloſi-
ne comes a Carolo caluo originẽ ducẽs. mo
naſterio cartuſienſi reliquias ſanctorũ. q in-
curſionis normãnice tẽpore inde ablate fue
rant. reſtitui mãdauit. Uidebat enim ſedi-
tionem inter populos orituram quieſcenti-
bus iam normannis. niſi in loco priſtino re
liquie collocarentur. Qui fuerint norman-
ni haud ſatis conſtat. Sunt tamen qui di-
cant eos ex Noruegia in Galliam deſcẽdiſ-
ſe. At Theodorus vigeſimo pontificatus
ſui die moritur. nulla magnopere de ſe reli-
cta memoria. ob breuitatem temporis.

# Johãnes .ix.

IOhãnes Ronꝰ. patria romanꝰ: põtifex creatus: Formoſi cauſam in integrum ſtatiȝ reſtituit aduerſante magna populi romani ꝑte: qua ex re tanta ſeditio orta eſt: vt Paulū admodū ab iuſto prelio abfuerit. Is auteȝ Rauēnaȝ ꝑfectus. iiij. ⁊. lxx. epiſcopoꝝ habitu conuētu: ⁊ Stephani res geſtas iꝓbauit: ⁊ formoſi acta reſtituit diiudicans perperaȝ a Stephano factum: qui cenſuit eos iterum ordinandos eſſe: quos formoſus ad ſacros ordines aſciuerat. Hoc tum accidiſſe putaueriȝ ego: cuȝ quia põtifices ĩpi a Petri veſtigijs diſceſſerãt: tum vel maxime: quia reſpublica chriſtiana ignauos ⁊ deſides principes habebat: quorum maxime intererat naviculam Petri fluctibus exagitari. ne ſi gubernator aliquando reſipiſceret. pricipes ĩpos vt malos nautas e repu. deijceret. Deditus erat voluptatibus Arnulphus. nõ multum diſtabat a ſuo cognomēto Carolus rex frãcie quem ſimpliceȝ vel potius ſtoliduȝ vocabant. Hac autem opportunitate illecti vngari gens quidem fera ⁊ indomita hoſtili manu Italiam primo mox Germaniaȝ ⁊ Galliam ita inuadit nemine prope reſiſtente. vt ferro ac flamma omnia quoquo proficiſceretur abſumeret nulli mortalium etati aut ſexui parcens. Preterea vō aphri Calabryã ingreſſi. cum iam magnaȝ prouincie parteȝ cepiſſent oppugnarentqȝ. Coſentiam eorum rege in oppugnatione ictu fluminis diuinitꝰ mortuo. paſſim dilabuntur ⁊ ad ſuos redeunt. Deus enim populi ſui calamitateȝ miſeratus a principibus terre derelicti. tuȝ demum teluȝ ſuum in hoſtes chriſtiani nomis direxit. quod niſi feciſſet de nomine italico de eccleſia actum ꝑfectum tum putabatur. Adeo ſocordes ⁊ nullius ꝑcij homines i pn̄cipatibus tū erãt. Johãnes autē põtificatꝰ ſui anno ſecūdo die. xv. moriens. nil de ſe dignum memoria reliquit niſi ꝙ ſeditiões qſ̄dam prope extinctas reuocauit.

# Benedictus .iiij.

BEnedictus quartus patria romanus pontifex creatur ob eius humanitatē ⁊ clementiã. Veruȝ nil ſuo tēpore geſtū ē quod magnopere collaudari poſſit. Acciderat huic etati. qđ alijs iterdū ſolet vt hominuȝ induſtria in quouis genere virtutis cõſeneſceret nullis chalcaribus adhibitis. quibus hominū ingenia ad laudem excitarentur. quod fieri a bene inſtitutis populis optimiſqȝ pn̄cipibus conſueuit. Cõſtat enī (vt antea dixi) Lodouicū Arnulphi filiū imperiū paternū repetere conãtem. eo tēpore Verone captū ⁊ iterfectum a Berigario fuiſſe atqȝ tū primū genꝰ Caroli magni ignauia poſteriorū principū tã Frãcie ꝙ̄ etiã Germanie iperij titulos amiſiſſe. Verū ē certe quod Criſpꝰ ait. q̄ orta ſūt occidūt. q̄ aucta ſeneſcūt. Imperiū ipſum magnū habuit incrementū. verū poſtea pn̄cipū ac populi romani ignauia ſplēdor ille romani nomis i obſcuras tenebras cõuerſus ē. tū vel maxie vbi remiſa exercitatione virtutis voluptatibꝰ ſe ⁊ thermis ad effeminãda corpora iuentis tradidē. Idē etiã accidiſſe pontificali dignitati dicere poſſumꝰ. Sanctitate enī ⁊ doctrina. q̄ nõ niſi magnis laboribꝰ conſumataqȝ virtute cõparantur. pontificū decus ſine vllis operibus. primo quideȝ auctum eſt inter tot hoſtes ⁊ obſtinatos ꝑſecutores chriſtiani nomis. mox vō vbi cuȝ ĩpis opibus laſciuire cepit eccleſia dei. verſis eius cultoribus a ſeueritate ad laſciuiam. peperit nobis tanta licentia peccãdi nullo pn̄cipe flagitia hominum tuȝ cohercēte hec mõſtra. hec portenta. a quibus ambitione ⁊ largitione ſanctiſſima Petri ſedes occupata ē. potiuſꝙ̄ poſſeſſa. Hec tum Benedicti laus eſt. ꝙ in tam corruptis moribus grauiter et conſtanter vitam ducens. pontificatus ſui anno tercio menſe quarto morit̄. Vacat tuȝ ſedes diebus ſex.

# Leo .v.

LEo quintus. cuius patriam hiſtorici non ponunt pontificatum adeptꝰ a Chriſtoforo eius familiari dominandi cupido capitur. ⁊ in vincula conijcitur. quod quideȝ fieri nõ ſine magna ſeditione ⁊ multorum interitu potuit. Quante enim auctoritatis pontificatus tū eſſet vicio priorum pontificuȝ ex hoc vel maxime cõprehendi poteſt. ꝙ a viro priuato tãta dignitas vi ⁊ factione vno fere momento occupata eſt. Verum eſt certe quod dici ſoleȝ plus auctoritatis dignitatis ex hominibus capere ꝙ̄ ex dignitatibus homines. vt in cēſura romana apparuit: q̄ primo vt exiguus magiſtratus poſthabita eſt. Verum vbi ciuitatis optimates obire munus illud dignati ſunt: tantã ei auctoritatē tribuere. vt inter optimates infelix ꝓpe haberet̄. qui cēſoriam

dignitatē cōſecutus in vita nō fuiſſet. Criſtopherus itaqꝫ ſedē occupat .xl. Leonis in pōtificatu die: quem ego pre dolore animi paulopoſt periſſe crediderim: ꝙ ab eo potiſſimum honore ſpoliatus fuiſſet: quē ipſe vt lupum domi aluerat: vt illud Theocriti enutrito lupos qui te comedant.

## Chriſtopherus.

Chriſtopherus: cuius patria ⁊ cognomētū ob ignobilitatē ignoratur. pontificatū malis artibus adeptus male amiſit. Septimo. n. menſe dignitate ac merito quidē eiectus: monaſticaꝫ vitam vnicū calamitoſoruꝫ refugium obire cogitur. In monaſteria enim tanq̄ in inſulas clerici male de eccleſia dei meriti tū relegabantur. Sunt qui ſcribant Criſtopherū deiectum pontificatu fuiſſe. Lodouico tercō imperāte. alij hec tempora Berēgario aſcribunt. quē diximus e duce Foro iuliano imperatorem creatū. ꝙ in Italia oriundus eſſet e ſtirpe longobardorū regū. quodqꝫ etiaꝫ in eo ſolo ſpes vnica imperij collocari tum maxime poterat ob virtutem ⁊ nobilitateꝫ. Ut autem credam Berengarium tuꝫ imperaſſe facit. ⁊ pontificum qui ante fuere breuis vita. quos tanq̄ monſtra quedam e medio breui deus ſuſtulit. ⁊ ipſiꝰ imperatoris tempus: qui ſuperato Guidone duce ſpoletano. interfectoqꝫ Ambroſio comite bergomate quos primo hoſtes habuerat. accepta a Formoſo imperij corona annis. ix. vixit. Quid vero poſtea Chriſtophero acciderit e pontificatu deiecto in Sergio dicetur.

## Sergius. iij.

Sergius tercius: patria romanꝰ: patre Benedicto: pontificatum iniens: baſilicam lateranenſeꝫ q̄ tum corruerat reſtituit. Criſtopherū e mōaſterio tractū. in vincula cōiecit. Rebꝰ deinde cōfirmatis in Gallias profectus. Lotharij gratia ⁊ amicitia fultus. qui tum regnabat in Italiā rediēs. ⁊ Criſtopherū arctiore cuſtodia reuinxit. ⁊ Formoſi acta ita improbauit. vt denuo ad ſacros ordines eos admittere neceſſe fuerit. quos Formoſus antea ſacerdotali ordine dignos cēſuerat. Neqꝫ hāc quidem ignominiam mortuo intuliſſe contētus. eius cadauer e ſepulchro tractum capitali ſupplicio ac ſi viueret afficit. corpuſqꝫ ipſum in tyberim proijcit. tanq̄ ſepultura ⁊ honore humano indignum. Ferunt piſcatores corpus ipſum inter piſcandum repertū. ad baſilicam Petri detuliſſe. atqꝫ dum funꝰ celebratur ſanctorum imagines que in templo locate erant. corpus ipſum veneratas fuiſſe. ⁊ ob eam rem creditum eſſe Formoſum iniuria quidem tali ignominia affectum fuiſſe. Sed factū ne ſit hoc a piſcatoribꝰ haud ſatis conſtat. viuente preſertim Sergio: qui Formoſi factionem perſequebatur. ꝙ antea ei impedimento fuerat. quo minus pontificatum conſequeretur. Uide queſo quantuꝫ iſti degenerauerint a maioribus ſuis. Illi enim vtpote viri ſanctiſſimi dignitatem vltro oblatam contēnebant. orationi ⁊ doctrine xpiāe vacātes. hi vero largitiōe ⁊ ābitiōe pontificatū querētes. ⁊ adepti. poſt habito diuino cultu inimicitias nō ſecus ac ſeuiſſimi quidā tyranni inter ſeſe exercebāt. ſuas voluptates. poſtea ſecuriꝰ expleturi: cū nullibi extarent. qui eorū vicia cohercerēt. Crediderim ego Sergiū hoc facere a Lothario cōpulſum. ꝙ Formoſi opera a gallis in alienigenas imperiū tranſlatū ſit. Sergius aūt his artibꝰ vitam ducens. ſeptimo pontificatus ſui anno menſe quarto. die. xvj. morit̄. Cū pauloante ignee faces ī celo ⁊ ſtelle micantes. diſcurrētesqꝫ preter cōſuetudinē ſint viſe. Unde nō ita multo poſt vngari Italiā cū exercitu ingreſſi. multas viciſſim intulere accepereqꝫ clades.

## Anaſtaſius. iij.

Anaſtaſiꝰ terciꝰ. patria romanꝰ. eo tpe pōtificatū inijt. q̄ Landulphꝰ Bñuentanꝰ princeps graui pꝛlio ī Apulia cum grecis decertauit ⁊ vicit. Nā Patriciꝰ Leōis Cōſtātinopolitani iperatoris dux Italiā igreſſus. ſe omnia breui euerſurū minabat̄. niſi Leoni ꝑere obtemperarēt. Uerū (vt dixi) Landulphi virtute ipetū ſimul cū loq̄citate omiſit. quā q̄ uis a berēgario iā pararent̄ copie que patritio obuiam fierēt. plꝰ terroris q̄ viriū ſecū ferēti. Anaſtaſiꝰ aūt a quo nil memoria dignū geſtū ē. ſecūdo āno pōtificatꝰ ſui morit̄. ⁊ in baſilica Petri ſepelit̄. Hūc tamen pontificeꝫ hac vna in re laudare poſſumꝰ. ꝙ neminē eorū q āte ſe ī pōtificatu fuere ignominia aliq̄ notauerit. l' maledicētia pſecutꝰ ſit. modeſte. n. ⁊ integre vixit. nec ī ſe q̄cq̄ hūit q̄ reprhēdi poſſit.

## Lando.

Lando patria rōanꝰ. Anaſtaſio ſucceſſit. hꝰ aūt vita ita obſcura fuit. vt et ſint q cū int̄ pōtifices nō numerēt. maxime autem Uicentius hiſtoricus. Aliter tamen Martinus ⁊ Cuſentinus ſentiūt horū ē numero ⁊ Gothifredꝰ ē. q ſcribit Lā-

dum auctoritatem ſuam interpoſuiſſe . quo
minus Berengarius ⁊ Rodulphus comi-
mitis Guidonis filius inter ſe decertarent.
Sunt qui ſcribant Rodulphum apud Ve-
ronam Berengariuꝫ ſuperaſſe: ac imperio
tribus annis potitum eſſe . Magna enim
tum erat inter Italos germanos ⁊ francos
de poſſeſſione imperij concertatio . Unde et
grauiſſima bella orta ſunt: nec extincta ſine
multorum interitu: omniumqꝫ ꝓuinciarum
calamitate. Annitebantur tamen romani.
Italiqꝫ imperij nomen ī prouincia retinere
obſtantibus barbaris omnibus : licet duce
⁊ auctore tam preclari facinoris indigerent
extinctis iam nō ſolum illis preclaris lumi-
nibus: que Italiam quondā per totum or-
bem terrarum illuſtrarūt: verum etiam ſub-
lato omnino ⁊ exciſo illo egregio ſeminario:
vnde tam preclare radices pullulabant. Lā-
dus autem ſexto pontificatus ſui menſe: die
.xxi. moriens in baſilica Petri ſepelitur.

## Johannes .x.

Iohānes decimus : patria roma-
nus: patre Sergio pontifice: an-
no domini nongenteſimonono
pontificatum inijt. Preſul Rauēnas is an-
tea fuerat: epiſcopatu deiectus populi tumul-
tu. Verū Lando mortuo pontificatum ade-
ptus ſpiritus militares magis ꝙ religiōi de-
ditos geſſit. Indigebat huiuſcemodi pontifi-
ce tum quidē ⁊ eccleſia ⁊ Italia. Naꝫ greci
(vt diximus) Landulphi virtute ſuꝑati: ſa-
racenos in Italia vocant : qui ex calabris
⁊ apulis in lucanos ⁊ campanos mouētes:
vrbi Rome exitium ſe illaturos propediem
minabantur. Hoc autē periculo motus Jo-
hannes: Alberico Hetrurie marchione in
auxilium accito. habito delectu cum ſarace-
nis confligens ⁊ ſuperans ab vrbis finibus
ſubmouit. Verum nil actum ea victoria exi-
ſtimans: niſi fugientes inſequeretur: eos ad
Lirim fluuium nactus (quem garilianum
vocant) apud minturnas tanta clade ſuꝑat:
vt de relinquenda omnino Italia cogitaue-
rint: locaqꝫ omnia ferme que in littore Itali-
co obtinebant incēderint. Poſtea tamē mu-
tata ſententia occupato monte Gargano: ī-
curſionibꝰ loca circūquaqꝫ poſita vexabāt.
Interim vō Johannes in triumphi modum
romam rediens: cum omnia ſibi vēdicaret:
Alberici odium ita in ſe concitauit: vt īgens
ſeditio ſit orta: qua quidem marchio pulſus
Ortam proficiſcens oppido munito ⁊ arce:
vngaros premijs ſolicitatos in Italiam vo-
cat: qui certe prouinciam ingreſſi: plus pro
pe calamitatis Italie intulere ꝙ olim ſara-
ceni. Pueros enim ⁊ virgines abducebant:
grandioribus natu necatis : neqꝫ ipſis qui-
dem hetruſcis pepercere: quos ex federe al-
berici intactos eſſe oportebat. immo vō ma-
gis in hos ꝙ in ceteros italos ſeuitum eſt:
incenſis ⁊ euerſis fere omnibꝰ oppidis que
ipſi occupauerāt. Crediderim ego Berēga
rium: qui tum Ciſalpinam tantūmodo tue-
batur: hoſtibus iter in Hetruriam dediſſe:
modo ſine vllo ſuorum maleficio tranſirēt.
Hac autem dulcedine prede illecti vngari:
frequenter deinceps Italiam repetebant.
Qua calamitate romani permoti: cum ſeui
re in hoſtem preferocem ⁊ potentem nō poſ-
ſent. Albericum capiunt ⁊ obtruncant . Jo-
hannes quoque ſeditione militari: maxime
vero a militibus Guidonis comitis captus
⁊ in vincula coniectus: ceruicali in os conie
cto necatur pontificatus ſui anno .xiij. men-
ſe ſecundo: die tertio. Cuius in locum alter
Johānes ſubrogatur verum quia in ſedē oc
cupauerat: e loco ſtatim deiectus connume-
rari inter pontifices non meruit.

## Leo ſextus.

Leo Sextus: patria romanus: le
gitimis ſuffragijs pontifex crea
tus: nil tyrannicuꝫ in vita pre ſe
tulit: integre ac modeſte vitam ducēs : ac rei
diuine conſulens quantum illa tempora in
tam corruptis moribus patiebantur . Reuo-
care enim ciues ad concordiam temeritate.
⁊ ſtulticia priorum pontificuꝫ adhuc tumul
tuantes: componere res italas: pacare exter
num hoſtem: propulſare barbaros a ceruicī
bus Italie conatus eſt : quo certe nil meliꝰ
aut laudabilius in tam breui magiſtratu fi-
eri potuit. Septimo enim menſe. die quinto
decimo pontificatus ſui moritur: ſepeliturqꝫ
ī baſilica Petri magno ſui apud romanos
deſiderio relicto.

## Stephanus .vij.

Stephanus ſeptimus: patria ro-
manus: eo tempore pontificatuꝫ
inijt (vt quidam ſcribunt) quo vn
gari Alemaniā Saxoniamqꝫ populātes ab
Henrico Germanie rege apud morespurgā
ingenti clade ſuperati ſunt. Ferunt tum etiā
Rodulphum Burgundiorum regē in Ita-
liam hoſtili manu contra Berengariū ſecū-
dum deſcendiſſe: cumqꝫ ſuoruꝫ fraude regno
ſpoliatum ad vngaros cōfugiſſe : q ſumptis

armis. tercio anno poſt pulſum Berengarium in Italiã cũ magno exercitu duce Salardo venientes. Papiam vi captam: ferro ⁊ igne magna ex parte vaſtarunt. At võ Itali cũ non ſatis virium in Rodulpho cernerent. Ugonẽ Arelatenſem comitem in Italiam vocant. Huic autẽ non ſine contentione tamen Rodulphus cedẽs cuz hoſtes acriter inſtarent in Burgundiã ſeſe recepit. Ugo võ non ſatis his fidens: qui ſe vocauerant. multos in exilium pepulit: qui quidez ad Arnoldum Bauarorũ ducez confugientes: hominem regnandi cupiduz mouere copias in Italiam propellunt. Deſcendentem itaqꝫ ex alpibus veronenſes ſtatim intra menia benigne ac comiter recipiunt. Uerũ Ugo in eum mouens cõmiſſo prelio hominem ſuperat. Veronãqꝫ ſtatiz recipit. Mortuo autem apud Bauaros Berengario (vt alij volunt) apud vngaros Berẽgarius tercius primi berengarij ex filia nepos in Italiã veniens: anno ſalutis noningenteſimotrigeſimoquinto imperio potitur. Sunt autem q hec que ſcripſi huius pontificis temporibus aſcribant. Ego võ ⁊ priorum quorundã ⁊ ſequentium temporibus aſſignanda crediderim: cum ea que breuiter ſcripſi nõ ſine diuturnitate geri potuerint. Sed satiꝰ fuit in tãta ſcriptorũ varietate ⁊ tẽporũ oĩo aliqd ſcribere ꝙ que ſunt aliquãdo geſta ob incertos auctores omittere. Cõſulimus poſteritati: nec ita ſupſticioſi ſumus: vt nolimus ea credẽ: q varij auctores ſparſiz ꝯſcripſere. Huius quoqꝫ põtificis tẽpori merito aſcripſeriz ſanctũ Ugibertũ nobilẽ Lothoringie principem: q Gemaltenſe cenobiuz propria impenſa magnis operis breui extruxit. Ferunt ⁊ hac tẽpeſtate Spizeneum Bohemie ducẽ fidẽ chriſti tum primũ recepiſſe. Nã duces antea qui Bohemie preerant: nũc demũ reges appellantur auctis opibus ⁊ copijs. At Stephanus cuius vita manſuetudinis ⁊ religionis plena fuit: ſecũdo pontificatus ſui anno: menſe vno: die duodecimo moritur: iñ q Petri baſilica ſepelitur.

## Johannes. xj

IOhannes vndecimus: patria romanus: patre Sergio pontifice (vt quidã volunt) eo tempore põtificatum inijt quo ſanguinis fons (vt Martinus ⁊ Uincentius aiunt) Genue largiſſime effluxit: future magne calamitatis indicium. Naz ⁊ Genua a ſaracenis ex aphrica venientibus tum capitur ac diripitur ⁊ vngari Italiam ingreſſi: longe omnia ac late populati ſunt. Uerum duz onuſti preda Pelignorum fines attigiſſent: a Marſis qui repente arma ceperant opprimuntur: atqꝫ ita predam omnem cum vita amiſere. Scripſit tum multa Racherius ex monacho veronẽſis epiſcopus factus. in exiliumqꝫ Papiam ab Ugone rege miſſus: ꝙ apte nimiuz in eiꝰ mores inueheretur. Joh. autem pontificatꝰ ſui: anno quarto: menſe decimo: die. xv. moritur. Uacat tum ſedes diebus duodecim.

## Leo. vij.

LEo ſeptimus: natione romanus. Ugone ⁊ Lothario in Italia imperantibus: pontificatuz adeptꝰ nil dignum memoria geſſit. Huius autẽ tẽpora illuſtriora fecere Spireneꝰ Bohemie dux (vt Mar. refert) iuſticia ⁊ religiõe inſignis: ⁊ eius filius Uiceſlaus: nequaꝙ̃ a patre degenerãs: a fratre Boleſlao interẽptꝰ ob regni cupiditatẽ: qui quidez Uinceſlaus poſtea in ſanctos referri meruit: cõprobata eius vita. ⁊ poſt mortẽ editis. Leo autem põtificatus ſui anno tercio: menſe ſexto: die decimo moritur: ⁊ in baſilica Petri ſepelitur. Uacat tum ſedes dies tres.

## Stephanus. viij.

STephanus octauus: natiõe germanus: pontificatum iniens: ita a romanis ſeditionibus vexatus eſt vt nil memoria dignũ ab eo geri potuerit imo vero (vt Martinus refert) in tanta ſeditione mutilatus turpiter aliquãdiu vitaz duxit: cum ob inhoneſta vulnera prodire in publicum erubeſceret. Parabat quidez rex Ugo tantam iniuriam vlciſci: ſed ĩ ipſo apparatu moritur: cui quidem Lotharius filius in regno ſuccedẽs: hac de re nullam mẽtionem fecit: vel ꝙ populi Romani amicus eſſet: vel ꝙ breui regnauit: biennio enim tantum poſt mortẽ patris ſuperuixit. Otho autem germanoruz rex Uinceſlai Bohemie regis mortem vlturus in boleſlaum qui fratrẽ per ſcelus interfecerat copias mouens: hominem tandẽ poſt multas illatas acceptaſqꝫ clades in poteſtatem ſuam redegit. Stephanus võ pontificatus ſui anno tercio menſe quarto: dieb. xij. moritur. Uacat tũ ſedes diebus decem.

# Martinus .iij.

MArtinus tercius: patria roman⁹
manſuetudinem ⁊ placabilitatez
Stephani ſeptimi imitatus eſt:
pontificatum enim adeptus: bella omittēs:
religioni ſeſe totū addixit: templa vetuſta-
te collapſa inſtaurans: pauperes elemoſinis
paſcens. Non caruit tamen huius tempori-
bus Europa ipſa bellica rabie. Nam cum
Otho anniteretur italiaz ingredi aduerſan
te Lothario: magne cedes vtrinqꝫ commiſſe
ſunt. Adhortante tamen eos Martino pon
tifice: vt ab armis diſcederent: tum vel ma-
xime cum vbiqꝫ fame ⁊ penuria rerum oīm
laboraretur: ſucciſis vndiqꝫ arboribus pro-
ſtratis ſegetibꝫ: ⁊ abductis grauiſſimo bel-
lo colonis ac pecoribus. Apud Cōſtantino
polim quoqꝫ tumultuatū vehementer eſt.
Nam ciues ipſi Conſtantinum imꝑatorem
captum: abraſo capite in inſulaz relegarūt.
Uerum non ita multopoſt Conſtantin⁹ Le
onis filius imperiū adeptus: ſeditioſos ci
ues eadem turpitudine tātum affectos: qui
ipſi Conſtantinum notauerant in eandem
inſulam exulatum mittit. Martinus autez
tercio pontificatus ſui anno: mēſe ſexto: die
decimo moritur: ⁊ in baſilica Petri ſepeli-
tur. Eius autem in morte ſedes romana die
bus duodecim tum vacat.

# Agapitus .ij.

AGapitus ſecundus: natione ro-
manus: ardente tumultu bellico
italia pontifex creatur. Ungari
enim tum etiam hoſtili manu italiaz ingreſ-
ſi: iam fere omēz oraz tranſpadanā occupa
uerant cū Henricus bauarie dux ſumptis
ꝓpere armis: ꝯparatoqꝫ exercitu i ꝓuinciaz
mouēs: nō ſine magno incolaꝝ incōmodo du
obus grauiſſimis pliis eos ſupat: ac ꝓuinciā
omēz ab aqleia papiā vſqꝫ occupat. Unde nō
ita multopoſt ꝓpere in auſtriā diſceſſit: q̄ iā
aduētare Berengariū cū magno exercitu i-
tellexerat. Potitus aūt italia Berēgarius
imꝑatoris nomē ſibi indit: filiūqꝫ Albertū
regē italie nūcupat: ꝯiecta in carcerē Aluda
Lothariȷ fratris filia: ne papiā vrbē dotalē
repeteret. Interim vō agapitus pōtifex: ita
liciqꝫ ꝓceres ꝯgnita berēgariȷ ſupbia: q̄ oīa
ſibi ꝯtra ius faſqꝫ vēdicaret: Othonē germa
nie regē in italiā vocāt: q q̄dē per Forūiuliȷ
ꝓuinciā cū quinquaginta milibꝫ hoīm ingreſ
ſus: deturbatis ſtatim e regno Berēgario ⁊
Alberto: Aludā Lothariȷ filiā e carcere du
ctam in vxorē accepit: ex q̄ poſtea filiū ſuſce-
pit: cui Othoni ſcdo nomē fuit. Otho tn̄ ita
lia decedēs hac moderatōne vſus ē: vt beren
gario ⁊ alberto gubernāde ꝓuīcie arbitriū
ꝑmiſerit: ꝯpoſitis int̄ pōtificē ⁊ berēgariū
rebꝫ. Idē q̄ꝫ otho Ludouicū regē frācie ma
gnis eo ꝓpere deductis copiȷs iuuit: quē ꝓ-
ceres ꝓuincie adiuuāte Ugone pariſioꝝ co
mite ipi⁹ othonis ſororio ꝓpe e regno depu-
lerāt. At vō Albert⁹ berēgariȷ fili⁹: q tū ra-
uēne ꝑerat: Comacleniū claſſe ⁊ auxiliȷs fre
tus: mercatores venetos aduerſante Agapi
to pōtifice infeſtabat: vñ veneti ira incēſi cō-
patis ꝓpere q̄buſdā nauigiȷs comaclū expu-
gnatū incēdūt. Dū hec itaqꝫ h̄ mō agerētur:
agapit⁹ pōtifex vir innocēs: ⁊ reipu. xp̄iane
amator: pōtificat⁹ ſui anno. ix. mēſe. vij. die
x. morit̄. Eo fere tēpe: q̄ Oddo cluniacenſis
monaſteriȷ abbas i dn̄o q̄euit. Cui⁹ q̄dē di-
ſcipulus habit⁹ ē Domaiclis vir mire ſctita
tis ⁊ monaſtice diſcipline reſtitutor.

# Johannes .xij.

JOhānes duodecim⁹: patria ro-
man⁹: de via lata p̄ris albrici po-
tētia fretus pontificatū occupat.
Octauian⁹ is q̄dē p̄mo vocabat̄: hō ſane ab
adoleſcētia oībꝫ ꝓbris ac turpitudīe ꝯtami-
natus: venatōibꝫ magis ſiq̄d tēpis a libidi-
nibꝫ ſuperat q̄ orōni deditus. Erāt tum ro-
me duo ānui ꝯſules: ex nobilitate prefectus
vnus: qui ius ꝑplo diceret. Ex plebe autem
decharcones. xij. creabāt̄: qui vicē ſenat⁹ ge
rerent. Nō carebant aliq̄ ditōne romāi. Nā
⁊ vicina hetrurie oppida int̄ vrbeuetanū tu-
dertinūqꝫ agꝝ: ⁊ q̄cq̄d a neapoli beneuētoqꝫ
a marſis a reatinis ad vrbez ſpectat: roma-
ne ciuitati obtemperabat. Ulteriora partim
greci: partim ſaraceni occupauerant. Quis
tum picenū ſpoletinūqꝫ agꝝ obtineret incer
tū eſt. Octauian⁹ itaqꝫ patris potētia in ſa-
tis libera ciuitate fret⁹: pōtificiū mun⁹ hu-
meris ſuis nequaq̄ conueniens ſibi deſumit.
Hac quidez indignitate moti duo cardina-
les litteris Othonem obſecrant: vt cleꝝ po-
pulumqꝫ romanum e manibus Berengariȷ
Johanniſqꝫ duodecimi vendicare conetur:
aliter chriſtianam fidem vna cum imperio
perituram. Otho eniz tum magno in precio
erat domito bodeſlao (vt dixi) bohemie rege
ſupatiſqꝫ trib⁹ grauiſſimis pliȷs vngaris ger-

maniam vaſtantibus: ac captis tribus eorū
regulis: quos germani contradicente impe-
ratore vitam finire laqueo coegere. Interim
vō dux Otho expectaretur re per indices pa
tefacta: Iohānes pontifex cardinales ipſos
capit: ⁊ huic naſum: illi vō manum abſcin-
dit. Hanc ob rem Otho in italiam mouens
primo quidē Berengariū ⁊ Albertū filiū
in poteſtatē ſuam redigit: alterūq̄ conſtan
tinopolim: alterū in auſtriam relegat. Mox
vrbem ingrediens ab ipſo Iohanne honori
ficentiſſime ſuſcipitur: coronaturq̄ (vt qdā
tradunt) accepto germanie pannonieq̄ titu
lo: quod reliqui imperatores deinceps obſer
uarūt. Tranſlato tum primum ad germa-
nos imperio. Alij vō a Leone octauo: de q̄
paulopoſt dicemus hoc factum exiſtimant:
quorum opinionē Gratianus in decreto ſe
cutus eſt: priorem ſententiam Ricardus ⁊
Cuſentinus non improbant. Lateranenſis
autē bibliothecarius Othonem Iohānis
tempore romam veniſſe ſcribens: de corona
tione eius nullam mentionē facit: adeo cō-
fuſa ſunt ⁊ ꝑturbata hec tempora ſcriptorū
negligentia ⁊ incuria. Otho autē compoſi-
to aliquantulum ſtatu ciuitatis cum Iohā-
ne ſecreto collocutus: hominē primo blan-
de appellando a flagitijs deterrens: ad virtu
tem adhortabatur: verū cū nequaq̄ moueri
e ſententia verbis eū cerneret: ad minas cō
uerſus concilium indicit conuocatis epiſco
pis italie: quorū iudicio vita ſceleratiſſimi
hominis diiudicaret̄. Is itaq̄ iudicium bn̄
ſentientium reformidans in Hernicos aufu
git: in ſiluiſq̄ more fere aliquandiu delituit.
Hanc ob rem Otho perſuadente clero: Leo
nem romanū ciuē lateranenſis eccleſie ſcri
niarium pontificem creat. Verū abeunte im
peratore Iohannis cognati ⁊ clientes pulſo
Leone Iohannem ipſum reuocant: quē q-
dem diuinitus eiſdē ferme diebꝰ perijſſe cre
ditum eſt: ne eccleſia dei ꝑniciosa ſeditōe iā
gliſceſcente labefactaret̄. Sunt qui ſcribant
hūc ſceleratiſſimū hoīem vel hoc monſtrum
potius in adulterio deprehenſum ⁊ ꝯfoſſum
interijſſe. Verū nō ita q̄ ſedata ſeditio ē. Nā
romani mortuo Iohanne in eius locū Be-
nedictum ſubrogant: idq̄ ab imꝑatore q̄ tū
Spoleti erat confirmari contendūt. At im-
perator iratus: nō ſolū romanos vtpote in-
iqua poſtulantes a ſe repulit: verūetiā eoſdē
armis (vt poſtea dicet̄) coegit abrogato Be
nedicto Leonem ſuſcipere. Ferunt multa ꝓ-
digia tum in italia apparuiſſe. Nam ⁊ lapis
de celo mire magnitudinis cecidit: ſeuiente
ventoꝝ atq̄ hymbrium procella: ⁊ in veſtibꝰ
multoꝝ ſignum crucis ac quidē cruente di
uinitus apparuit. Que quidē portenta in-
dicare magnas clades ⁊ calamitatem eccle-
ſie multi interpretabant̄. Iohannes aūt vir
oīm qui vnq̄ ante ſe in pontificatu fuere ꝑ-
nicioſior ⁊ ſceleratior: pontificatus ſui anno
nono: menſe tercio: die quinto morit̄. Eius
vō in morte ſedes in ſeditiōe dies duodecim
tum vacat.

## Benedictus. v

Benedictus quītus: patria roma
nus: ex dyacono in ſeditione pō-
tifex creatur ab his potiſſimū q
Iohanni cognatione factōneq̄ coniūcti fue-
rant: egreferentes Leonem ab Othone Io-
hanni antelatū. Verū cum imperator hanc
electōnē nequaq̄ probaret: romanos id ma
xime expetentes a ſe repulit: eoſq̄ ferro ⁊ flā
ma omīa circa vrbem poſita vaſtans: cōpu-
lit pulſo Benedicto vel dedito potius Leo-
nem ſuſcipere adactos ſacramēto: nil ſe eaꝝ
rerū immutaturos: quas ipſe imperator in
re potificia ꝯſtituiſſet. Compoſitis autē hoc
modo rebꝰ: Otho in germaniā rediens: ſecū
Benedictū ipſum duxit: qui non multopoſt
dolore animi apud Hayſpurgam morit̄: vbi
relegatus erat. Vixit aūt in pontificatu mē-
ſibus ſex: diebꝰ qnq̄. Sedeſq̄ deinceps die-
bus viginti vacauit.

## Leo. viij

Leo octauus (vt aū dixi), proſcri-
nari⁹: a clero ꝑplo q̄ romano pul-
ſo Iohāne pontifex creat̄. Nā cū
Iohānes flagitioſe nimiū ⁊ intemꝑantē vi-
ueret: inſtarētq̄ rōni apud imꝑatorē: vt alte
rū pōtificē abrogatoq̄ Iohanne crearet: rē-
dit electōē ad ꝑplm ⁊ cleꝝ ꝑtinere. Eligerēt
quē maxie idoneū putarēt ſe eū ſtatī appro-
baturꝝ. Vn̄ cū Leonē eligiſſent quē ipſe ꝯſtī-
tuerat: deinde mutata ſnia abrogato eodē
Bn̄dictū ſuffeciſſent: irat⁹ Otho eos vi ⁊ ar
mis ꝯpulit dedito etiā bn̄dicto leonē ſuſcipe
qui ſtatim romanorum inconſtantiam perte-
ſus: auctoritatē omnē eligendi pontificis
a clero populoq̄ romano ad imperatorem
tranſtulit. Verum Leo in pontificatu non
diu vixit. Anno enim primo: menſe quarto
moritur.

# Johannes .xiij.

IOhānes terciuſdecim⁹: narnien-
ſis ep̄us: patria roman⁹: p̄re Jo
hāne ep̄o Leoni ſucceſſit. Uerum
romani inita iā ↄſuetudie pellēdi pōtifices
huc q̄ſ ſeditōnib⁹ fatigāt. Accerſito .n. Jofre
do cāpanie comite lateranēſes edes vi irrum
pētes Johānē capiūt: captūq̄ꝫ p̄mo i Hadri
ani molē ꝑducūt: mox inde boiez in cāpaniā
exulatū mittūt. Uez īterfecto Jofredo ei⁹ q̄ꝫ
vnico filio a Johāne cāpano pricipe: pōtifex
vndecio mēſe ſui exilij romam ꝓpere redijt.
Otho p̄terea ↄgnita pōtificis calamitate cū
Othone filio ingētibuſq̄ꝫ copijs magnis iti-
neribꝫ romā ꝑueniēs: ↄſules ⁊ p̄fectū cū de-
carchonib⁹ captos in vincula cōiecit: ſcitur⁹
ↄiuratōnis capita. Queſtionib⁹ aūt re ↄgni
ta: ↄſules i germaniā mittūt: Decarchones
vō laqueo ſuſpēſi penas ſtatim dedere. Pe-
trus aūt vrbis prefectus maloꝝ oīm fons ⁊
origo: diu cū ignominia ꝑ publica vrbis lo-
ca tractus ac virgis ceſus: in germaniā vin-
ctus mittit. Sūt q ſcribāt Petꝝ ipm excar-
nificandū pōtifici traditū abraſa barba: ca-
pillis ſuſpenſuꝫ ad caput equi Cōſtātiniani
aliquādiu ſtetiſſe: vt ei⁹ exēplo talia facino-
ra malefici declinarēt. Inde aūt ablatū aſi-
noq̄ꝫ ſupimpoſitum verſo ad clunes vultu ⁊
manib⁹ ſub cauda ligatis: atq̄ꝫ ita ꝑ vrbem
ductū: ⁊ virgis ceſuꝫ fere vſq̄ꝫ ad interitū fu
iſſe: poſtea vō in germaniā exulatū miſſum.
Hac etiā ſeueritate exēpli grā in Jofredū a
Johāne pricipe cāpano (vt dixim⁹) ceſuꝫ im
patoꝛ viſus eſt: vt ei⁹ ac filij cadauera e loco
ſacro tracta i ꝓphanū ꝓijci iuſſerit. Interea
vō Sclaui qui Hadriani tercij pōtificis: ⁊
Sueropyli pricipis dalmatie turpe fidē xpi
ſuſceꝑant: in italiā traijciētes: ſaracenos in-
gēti clade ſuꝑatos e mōte gargano deiecerūt.
Hoꝝ aūt exēplū ⁊ virtutē imitati vngari re-
liquias ſaracenoꝝ ita attriuere: recuperata
Coſentia iā ab hoſtib⁹ capta: vt othoni ma-
gni othōis filio eo cū exercitib⁹ miſſo: haud
difficile q̄ fuerit reliq̄as bellorū abſoluē. Nec
ↄtentus ſaracenos cedere: grecos q̄ꝫ qui cuꝫ
mauris federa inierant grauiſſimis prelijs
ita ꝑdomuit: vt eos fere omī calabria ⁊ a-
pulia eiecerit. Sūt qui ſcribāt idcirco otho
nem grecos ꝑſecutum fuiſſe: quia Nicepho-
rus conſtantinopolitanus imꝑatoꝛ filiā iaꝫ
ei pactam in matrimonium daturum ſe ne-
gabat. Conſtat tamen Othonem ipſuꝫ ado
leſcentem egregiuꝫ pulſo Nicephoro: ⁊ Jo-
hannē filiū in imperio confirmaſſe: ⁊ The-
ophaniam ſororem in vxorem accepiſſe: quā
quidem Johannes terciuſdecimus vna cuꝫ
marito apud lateranenſem baſilicam coro-
na imperij exornauit annuēte Othone ſene:
qui filium conſortem imperij creauerat. In
tanta autem ⁊ tampublica leticia campana
eccleſie metropolitane nomen a Johāne pō
tifice conſecuta eſt. Otho vō in germaniam
proficiſcens ſenio confectus Uienne moriť:
queꝫ non ita multopoſt Johannes pontifex
ſexto pontificatus ſui anno: menſe vndecio:
die quinto ſubſecutus eſt. Eius in morte di-
es tredecim ſedes tum vacat.

# Benedictus .vj.

BEnedictus ſextus: patria roma-
nus: Johāni in pontificatu ⁊ ca-
lamitatib⁹ ſucceſſit a Cynthio ei
romano ciue ⁊ quideꝫ prepotenti captus: in
Hadrianam molem (quam ſancti angeli ar
cem nunc vocant) cuſtodiam noxiorum vel
potius innocentium includitur: eodemq̄ꝫ in
loco non multopoſt ſtrangulatur: vel (vt Co
ſentinus refert) fame moritur. De tanta in-
iuria nullam ſumptam eſſe vindictam: vel a
ciuibus romanis aduerſe factionis: vel ab
Othone imperatore non poſſum ego nō ad-
mirari: preſertim cum Otho ipſe vir opti-
mus ſit habitus: ⁊ eccleſie romane defenſor
acerrimus. Sed vereoꝛ ne talia fuerint Be
nedicti merita: quale premiū a Cynthio cō
ſecutus eſt. Male tamen a Cynthio actum
eſt: neq̄ꝫ enim ad ſe pertinebat etiam ſi Bene
dictus grauiter deliquiſſꝫ: pontifici manus
inijcere. Sed heus vt rerum omniū viciſſitu
do eſt. Nam romani pontifices noſtra etate
romanos ciues: aut deliquētes: aut ob potē
tiā ſuſpectos: eo loci tanq̄ in Tullianū car-
cerē includunt ⁊ macerant. Crediderim ego
Othonem alijs negocijs implicitū: romano
pōtifici p̄ſtare auxiliū nequiſſe: ob eāq̄ꝫ rem
āno p̄mo: mēſe .vj. pōtificat⁹ ſui mortuū eē.

# Donus .ij.

DOnus ſecūd⁹: patria roman⁹: tā-
te modeſtie fuit: vt ſi nihil i pōti-
ficatu geſſerit q̄ magnoꝑe lauda-
reť: nō tamen vel aliqua iniuria affectus vel
ignominia annotatus eſt. Huius autem
tempora: ne omnino obſcura eſſent: effecere
res quedam: tum a principibus quibuſdaꝫ:
tum a ſanctis viris geſte. Nā Baian⁹ artis
magice peritus bulgaroꝝ priceps ita Ba-

ſilium ⁊ filium Conſtantinum byzantinos
principes bello vexabat: vt Paulum ab ca-
pienda vrbe regia abeſſet negligentia greco-
rum prope derelicta. Inita tamen ſunt inter
eos federa: lꝫ non equa: ⁊ pax compoſita eſt.
Adalbertus autez bohemus pragenſis epi-
ſcopus tante ſanctitatis tum habitus eſt: ſ[ut]
diuino ſpiritu impellente in pannoniam de-
ſcendens: ⁊ regem vngarorum baptizauerit:
⁊ omẽs prouincie epiſcopos ad bene de deo
promerendum exemplo ⁊ vita inſtruxerit.
Profectus deinde in pruſiam dum fidẽ chri
ſti ꝙ diligentiſſime predicat martirio corona
tur. Ferunt ⁊ beatum Eduardum anglie re-
gem ſanctitate in precio tum habitum fuiſſe
quem certe nouerce dolis ⁊ fraude interfe-
ctũ conſtat. His addit ⁊ Ricardus ſcriptor
ſanctum Maiolum abbatem: qui in clunia-
co magnum ſui apud poſteros vita ⁊ mira-
culis exemplum reliquit. Donus autez an-
no pontificatus ſui primo moritur: ⁊ in ba-
ſilica petri ſepelitur: diebus tm̃modo duob[us]
ſedes tum vacat.

## Bonifacius. vij.

Bonifacius ſeptim[us]: cuius cogno-
men ⁊ patria ob ignobilitatẽ cre-
do reticetur: pontificatum malis
artibus adeptus male etiaꝫ amiſit. Naꝫ in-
ito magiſtratu conſpirantibus ſimul bonis
ciuibus relinquere vrbem coactus: precio-
ſiſſima queqꝫ e baſilica petri ſubtrahens: cõ-
ſtantinopolim confugit: vbi tandiu ſubſtitit
quoad diuenditis que ſacrilegio abſtulerat
magnam vim pecuniaruꝫ comparaſſet: qui-
bus tanꝙ adminiculis occupande tyranni-
dis fretus vrbem repetit: ciues romanos lar-
gitione corrupturus. Obſtabant conatibus
ſuis viri boni: maxime vero Johannes dyaco
nus cardinalis: quem captum adiuuantib[us]
quibuſdam perniciosis hominibus: oculis
ſtatim priuauit. Atqꝫ ipſe tantorum maloꝝ
auctor glisceſcente maiorem immoduꝫ ſediti
one: ſiue timore: ſiue penitentia patrati ſce-
leris turpiter vitã finiuit. Uide queſo quan
tum degenerauerint hi pontifices a maiori-
bus ſuis: qui hanc rempublicam chriſtianã
tamamplam tamqꝫ magnificam ſuo ſangui
ne nobis reliquere. Pontifex romanus ſa-
crorum pater ⁊ rex: ſacra ipſa furto abſtulit:
⁊ qui vindicare ſacrilegia debuerat tanti ſa
crilegij factus eſt auctor. Hoc autem contin
gere in quauis repu. conſueuit: quando pl[us]
malorum ambitio ⁊ auaricia valet ꝙ bonoꝝ

virtus ⁊ grauitas. In clerum igitᷣ deligendi
eſſent: quoruꝫ vita ⁊ doctrina probata ſit: nõ
autem hi qui cuꝫ nil virtutis ⁊ religiõis ha-
beant ambitione ⁊ largitione ſibi potentiam
querunt. Uixit autem Bonifacius in ponti
ficatu menſib[us] ſepteꝫ: diebus quinqꝫ. Uacat
tum ſedes dies viginti.

## Benedictus vij

Benedictus ſeptimus: patria ro-
manus: ſtatim inito pontificatu
Arnulphum epiſcopum remen-
ſem ſeditione quorundam pulſum habita ſy
nodo in integrum reſtituit: eo maxime tem-
pore quo Otho ſecundus ⁊ Henricuꝫ baua
rorum ducem rerum nouarum cupidum p-
domuit: ⁊ in Lothariuꝫ mouit: qui lothorin
giam romani imperij prouinciam occupaue
rat: Aquiſgranenſemqꝫ agruꝫ populatus fu
erat. Otho autem ſuperato Lothario: vaſta
tiſqꝫ sueſſionum agris: ac incenſis pariſiorũ
ſuburbijs: dum in patriam copias reducit:
apud auxonam fluuium non nihil incommo
di accipit. Deinde vero comparato maiore ex-
ercitu in italiam contra Baſilium ⁊ Cõſtã-
tinum imperatores grecorum veniens: qui
iam calabryam ⁊ eam parteꝫ italie occupa-
uerant: que ad Siciliam vergit: apud baſen
tellum ſuperatus: ſcapham conſcendens: ſa
lutem ſibi fuga querebat. A piratis aũt for-
te fortuna captus: in Siciliam defertur. Ue-
rum Siculi redempto homine ac Romam
miſſo: de piratis ſupplicium ſumpſere. Otho
deinde comparato ſatis iuſto exercitu anim-
aduertere in romanos ⁊ beneuentanos con-
ſtituerat: a quibus initium fugiendi factum
fuerat: dum ad Baſentellum contra grecos
pugnaretur. Agere id in romanos min[us] tu-
tum viſum eſt. In beneuentanos itaqꝫ con-
uerſus: vrbem capit ⁊ incendit: tranſlato in-
de ſancti Bartholomei corpore: Romeqꝫ in
inſula tyberina collocato: eo loci maxime: q
oliꝫ Jouis hoſtia lycaonia dicebatur: quiqꝫ
triremis puppim pre ſe fert. Nam inſula vt
adhuc ex tyburtio lapide cernitur triremis
formam habuit. Ad ſimilitudinem illi[us] cre-
do: qua Eſculapius romaꝫ auectus eſt: viſi-
tur adhuc ſerpens lapidi inſculptus: viſunt
tranſtra: adeo viri illi excellẽtes ſtudioſi erãt
vel naturam in artem redigere: vel arteꝫ ad
naturam. Ad Othoneꝫ redeo: qui non mul-
topoſt tranſlatum ſancti Bartholomei cor-
pus rome moritur: ⁊ in veſtibulo beati Pe-
tri (paradiſum vocant) labro porphyretico:

quod adhuc introeuntibꝫ ad leuam apparet
honorificentiſſime ſepelit̃. Cum aũt de cre-
ando nouo imꝑatore ꝯſultatio haberetur: ⁊
alij Othonem tercium ſecũdi filium: alij vo
Henricũ bauarie ducem primi Othonis ex
fratre nepotē expoſcerēt: inſtarētq; itali q-
dam: vt Creſcētio nomentano viro clariſſi-
mo res ꝯmitteret̃. Germani ſtatim: qui tū
frequētes rome aderant: Othonē terciũ de-
legere. Inſtabat Benedictus vir optimus
vnũquenq; rogando: vt in creando imꝑato-
re reipub. chriſtiane ꝯſulerent: que tum ma-
xime pito ⁊ ſolerti gubernatore indigebat.
Tandē vo ne ſeditio aliqua oriret̃ germa-
norũ ſententiã approbat. Morit̃ ⁊ ipſe pon-
tificatus ſui anno octauo: menſe ſexto. Va-
catq; ſedes diebꝫ qnq;: Ualderico amburgē-
ſi epiſcopo tum maxie in ꝑcio exiſtēte doctri-
na: moribꝫ: ⁊ ſanctitate vite.

## Johannes. xiiij.

Iohãnes quartuſdecim⁹: patria
romanus: vel (vt nõnulli volũt)
papienſis: poſt adeptũ pontifica-
tum menſe tercio a romanis capit̃: ⁊ ĩ mole
Hadriani vt in publica cuſtodia incluſus:
ibi tãdiu pedore carceris inedia ⁊ moleſtia
animi macerat̃: quoad vitã turpit̃ finiuit.
Sunt q ſcribãt eũ vi mortuũ fuiſſe a Ferru-
cio Bonifacij ſeptimi parente magne potē-
tie viro: ob eam rem credo: ꝙ filio in ponti-
ficatu aduerſatus fuiſſet. Utcũq; eſt conſtat
eum in carcere mortuum: ⁊ ĩ baſilica Petri
ſepultũ. Deiectus ne pontificatu fuerit: vel
ob impotentiã ⁊ tyrannidē: vt quidã con-
iectant: vel ob inuidiam maliuoloꝝ ⁊ ſedi-
cioſoꝝ quorundã. haud ſatis conſtat: adeo
ſunt confuſe iſtoꝝ tempoꝝ hiſtorie. Fuiſſe
tamen in precio hac tēpeſtate cõſtat: ⁊ Odi-
lum abbatem cluniacenſē: ⁊ Berengariū
turonenſem viros ſanctitate ⁊ doctrina inſi-
gnes: ꝙꝙ ſint qui dicant Berengariū am-
plitudine doctrine confuſum primo in fide
erraſſe: cum de ſacramento euchariſtie ma-
le opinaretur: errorem q; ſuum poſtea publi-
co concilio rome habito emendaſſe: ac ſtatĩ
omiſſo ſtudio ſophiſtice diſcipline: cum eſſꝫ
archidyaconus andegauenſis: omnia pau-
peribus erogans labore manuum ſuaꝝ vi-
ctum ſibi queſiuiſſe.

## Johannes. xv.

Iohannes quintuſdecimus: pa-
tria romanus: patre Leone pſbi-
tero e regione galline albe: pon-
tificatum adept⁹ miro odio in clericos exar-
ſit: vnde merito ⁊ ab ipſis clericis odio ha-
dem p amicos in paſchalis viri mitiſſimi ḡ-
tiam redeunt. Pacatis hoc modo reb⁹ dedi-
cataq̄ preneſte Agapiti baſilica Romam ef
fuſa obuiam vrbana multitudine honoris cā
tandem redijt: qua qdem ex frequentia in va
litudinem incidens ſe paulopoſt moriturum
cognouit: quare acceptis eccl'ie ſacramētis:
cohortatuſq̄ cleꝝ ad pacem ⁊ ꝯcordiā: pon-
tificatus ſui anno. xviij. menſe. vj. die. vij. mo
rit̄ qntodecio kalendas Februarij: ſepelit̄q̄
honorificentiſſima pompa in baſilica Con-
ſtantiniana. Suo at̄ pontificatu facta pſtate
ſacroꝝ ordinum pſbiteros qnquaginta: dya
conos. xxx. epos centum creauit. Rome pte
rea eccl'ias. xv. conſecrauit: marime ỏo baſi-
licam ſcti Hadriani in trib⁹ foris ꝓphana-
tam quorundam factioſorum ſcelere: eccl'iā
ſancte Marie Monticelli in regione Areu-
le: poſtremo ỏo reſtituit ⁊ conſecrauit baſili-
cam ſanctoꝝ coronatoꝝ: eo tempe dirruptā
quo Robertus Guiſchardi Salernitanus
pnceps eam ptem vrbis incendit: q̄ a latera-
no ad capitolium vergit: vt in vita Gregorij
ſeptimi diximus.

## Geleaſius. ij.

Gelaſius ſecundus Johannes an-
tea vocatus: patria Caietanus:
patre Creſcentio nobili genē na-
tus: ingenueq̄ a teneris annis educat⁹ ⁊ do-
ctus: in monte Caſſino religionis fundamē-
ta pdidicit ſub Odriſio abbate viro ſanctiſ-
ſimo. Hanc ob rem ab vrbano ſecundo romā
accit⁹ cognita hominis virtute ⁊ fide ſemp ī
precio eſt habitus. Vex in pmis eius fides
perſpecta eo tempore eſt: quo vrbanus ponti
fex a germanis: ⁊ Giberti antipape factōꝝ
ſeqntib⁹ in inſula lycaonie Rome int̄ duos
pontes obſeſſus eſt. Solus enim vna cū Pe
tro Leone viro illuſtri hominem ſanctiſſimū
nunq̄ deſeruit. Hanc ob rem poſtea cum vr-
banus meliore fortuna vteref: tanti beneficij
memor Gelaſium pmo qdē ſecretis ſuis ad
mouet ob fidem ⁊ doctrinam: eiq̄ negotium
dedit ob elegantiam compoſitionis ſue: vt
romane curie ſtilū negligentia ⁊ ignorantia
maioꝝ labefactatum in meliorem formam ⁊
ornatum redigeret. Poſtea ỏo cognita ho-
mis āplitudine eundē referre in cetū cardi-
naliū inſtituerat: eaq̄ de re ſepi⁹ ī ſenatu locu-

tus fuerat: aſſencientib⁹ omnib⁹. Verū mor-
tuo non ita multopoſt Vrbano paſchal' me-
ritorum tanti viri non immemor ſtatim eum
dyaconum cardinalē decernit. Mortuo de-
inde Paſcali cū de creando nouo pontifice
ratio haberet: ob eamq; rem cardinales oēs
in monaſterio ad palladium Paulum infra
edes leonis ⁊ Cincij Fregepanes cōgrega-
ti eſſent vno omnium conſenſu Iohānes Ca
ietanus Gelaſius pontifex creatur. Verum
Cinci⁹ fregepanis ira ob hāc electionē ꝑcit⁹
q vnū ex ſuis cardinalib⁹ collegio ꝓpoſuerat
quem pontificem eligerent: in monaſterium
palladij cum armatis ſatellitib⁹ irrumpens
refractis forib⁹ obuium quenq; ꝑcutit: pon-
tificē obtorto collo in terram deiectū calcib⁹
ꝯterit. in vinculaq; conijcit. Cardinales autē
fugam ꝑantes ex mulis ⁊ equis deijcit: nullūq;
genus ꝯtumelie ꝑtermittit: quo affici tant⁹
ſenatus poſſet. Non tulit aūt tantam iniuriā
ꝑpl's romanus. Ad edes Cincij Fregepanis
armat⁹ ꝯcurrit: eiq; ac familie interitum mi-
nat: niſi ꝓpere Gelaſium incolumen reddat.
Faciunt mandata Fregepanes: maxime vō
Leo q pontificis pedes videntib⁹ omnib⁹ ſe-
pius exoſculatus veniam ſuppliciter petebat
Equum itaq; album ꝯſcendens pontifex via
ſacra in lateranum ducitur comitante clero
ꝑpl'oq; Romano: ibiq; de more coronat. In-
terea vō Balduin⁹ quē ſtatim lr̄is ⁊ nūcijs
pontifex adhortatus eſt: vt barbaroꝝ impe-
tum tamdiu ſuſtinēt: quoad in Aſiam noua
ſupplemēta mitterent. Caſtellum in Syria
Sobal vocitatum occupat ⁊ munit: vt xp̄ia-
nis ꝯ barbaros ꝯtinue dimicantib⁹ recepta-
culum eſſet. At vō Boemundo adoleſcente
mortuo. Tancred⁹ tutor Antiochie pnceps
ab omnib⁹ xp̄ianis declarat: quem qdem cō
firmato ꝑus pncipatu Balduin⁹ Hieroſoli
mitan⁹ rex ad ſe cū militib⁹ ſuis vocat: dimi
catur⁹ cum hoſtib⁹ thurcis ſaracenis Ara-
bib⁹: q cum magno exercitu ꝓuinciā Hie-
roſolimitanam ingreſſi erant. Eo itaq; veni-
ens Tancredus cognita xp̄ianoꝝ paucitate
fruſtra balduino diſſuaſit ne collatis ſignis
cū hoſte decerneret. neue rē xp̄ianā in ſum-
mū diſcrimē adduceret. Nā cum hoſtib⁹ ipſis
pugnandi copiam feciſſet ingenti clade ſupa
tus: egre cum paucis Hieroſolimā ſe rece-
pit. Diuerſis ꝑterea tramitib⁹ Tancredus
Antiochiam ꝑueniens fuga ſalutem ſibi qſi
uit. Elati aūt tanta victoria hoſtes montē ta-
bor ꝯſcendentes monaſterium eo loci poſitū
dirruunt: monachis ad vnum omnib⁹ interfe-
ctis. Nec interim quietus ab externo hoſte.
Gelaſius fuit. q Henrici imꝑatoris furorem
Ytaliam vaſtantis: iamiamq; vrbem hoſtili
animo ingreſſuri deuitās ad edes Vulcami-
ni potentiſſimi ciuis ꝑmo ꝯfugit: vex cū ibi
ꝙ nequaq̄ tut⁹ videret vna cum ſuis trire-
mes ꝯſcendens: due eñ iam ad id inſtructe
parateq; erant. Hoſtiam Tyberi delabit:
inſeq̄ntib⁹ Germanis militib⁹: ⁊ pontificē
telis ac ſagittis petentib⁹. Cum Hoſtiā vō
ꝑueniſſet: neq; ingredi mare ꝓpter inſtantes
ꝓcellas licēt: terreſtri itinē Ardeā ꝓficiſcit
Hugone .xij. apl'oꝝ cardinali viro ampliſſi-
mo ſemꝑ cum comitante. Cadentib⁹ aūt flu-
ctib⁹ Hoſtiam reuerſus Tarracinā ꝑmo
mox Caietam adnauigat: vbi ꝑbenigne a ci-
uib⁹ ſuis ſuſcipit. Conuenē eo ſtatim ⁊ Gu-
lielm⁹ Apulie dux: ⁊ Robertus Campan⁹
pnceps ac Ricardus aqlanus. pollicētes ſe
in eius ꝑtate ſemꝑ futuros: vt veros decet ec-
cleſie dei vectigales. Cum igit pati exercitū
ꝯ ſe Henricus intellexiſſet: Mauriciū Bra
charenſē archiepm̄ antipapā creat. quē po
tiſſimum Gelaſio obijcēt: eumq; Fregepanū
familie ꝯmendauit. Gregori⁹ is appellat⁹ ē.
Non ꝯtentus aūt tam ꝑnicioſo exemplo Hen
ricus: in Anagnium agꝝ copias ſuas mo-
uēs omnia hoſtilem in modum diripit ⁊ ca-
pit. Turriculum ꝙ munitiſſimum locū iam
oppugnabat: cum ſubito nunciatum eſt Ge-
laſium cum ꝓcerib⁹ Apulie magnoq; cū ex-
ercitu aduentare: q̄re motis caſtris Ytalia
cedens cuncta cedib⁹ ⁊ rapinis ꝯpleuit. Ge-
laſius aūt remiſſis in Apuliam ꝓcerib⁹ Ro-
mam venit: arbitratus ob diſceſſum Henri
ci omnia deinceps pacata fore. Vex longe ſe
cus q̄ putarat accidit. Nam cum intellexiſ-
ſet antipapam Fregepanū auxilio fretū Ro
me manſiſſe: potentiam iſtius familie verit⁹
apud amicos quoſdā ꝑus delituit. At vō cū
poſtea in eccl'ia ſancte Praxedis myſteria ce
lebraret iſtātib⁹ hoſtib⁹ cū factiōe ſua vix ſeſe
eoꝝ manib⁹ fuga ſubtraxit. Corſis Normā-
nis familijs egregijs ac Creſentio nepote a-
cerrime defendentib⁹. Seq̄nti vō die a ſuis
armis ⁊ clientulis bn̄ munitis in vrbem vo-
cat⁹ ad ſanctum Paulum ꝯfugerat: habito
cardinalium ꝯuentu diſcedere ab vrbe inſti-
tuit: ne creſcente in dies magis magiſq; ſedi
tione magna aliq̄ clades oriret. Relicto ita-
q; Petro Portuenſi epō: q vices eius q̄ntū
ad rem ſacrā ꝑtinebat Rome gerēt: ꝯmen-
dataq; Beneuētane ciuitatis cura Hugoni
cardinali .xij. apl'oꝝ. Piſas ꝑmo adnauigat

cũ terreſtre iter nequaꝙ̄ ſibi ac cardinalib⁹
q̄s comites ſocioſq̃ habebat tutum videret̃.
Except⁹ itaq̃ ꝑbenigne a Piſanis cuȝ rõeȝ
diſceſſus ſui ab vrbe audientib⁹ omnib⁹ red
didiſſet: inde ſoluens in Galliam ad portaȝ
ſancti egidij ꝑuenit: vbi cũ abbate Cluniacẽ
ſi viro optimo: tum a mõchis: ⁊ omnib⁹ fide
lib⁹ q co ei⁹ rei gr̃a vndiq̃ ꝯuenerat: magni
fice ac ſplendide ſuſcipit̃. Deinde võ ꝑ ꝯtinẽ
tem honeſto comitatu magiſꝙ̄ ſplendido vt
nunc fit incedens. Int̃ eundũ baſilicam ſc̃e
Cecilie in ſtagello eccl̃iam ſancti Syluestri
in Tillano: eccl̃iaȝ ſancti Stephani in tor
naco dedicat: lapidibuſq̃ eccl̃iaꝝ terminos
notat. Tandem võ ad Cluniacẽſe monaſte
rium ꝑueniens pleureſi correpť pontificat⁹
ſui anno. j. die. v. morit̃ vir ſanctiſſim⁹ ⁊ om
ni laude dign⁹: ſi vitam ꝯtinẽtiſſimã: ſi mo
res: ſi doctrinaȝ inſpicis: qb⁹ ex reb⁹ fit vt fa
cillime credaȝ eũ q ita ꝯſtant̃ ⁊ ſancte in tan
tis ꝓcellis humanaꝝ ꝑturbationum vixerit
nunc bt̃am ⁊ ſempit̃nam vitam in celo ducẽ.
Sepelit̃ at̃ ei⁹ corpus int̃ limina Cluniacẽ
ſis cenobij. Sunt q ſcribant hui⁹ pontifica
tu incohoatam eſſe templarioꝝ militum origi
nem: q non longe a ſepulcro dñi habitantes
ꝑegrinos ſuſcipiebant: eoſq̃ ꝑ loca ſacra ar
mati ducebant ac reducebant: q̃ eis ſine vllo
maleficio inuiſere loca ſancta liceret. Hos
vita fide gratia mirũ immodum Creſentin⁹
commendat.

# Caliſtus. ij.

CAliſtus ſecũdus Guido antea vo
catus: natione Burgundus Vi
ennenſis archiep̃s: originem a re
gib⁹ Francie ducẽs ab his cardinalib⁹ pon
tifex creat̃: q mortuo Gelaſio Cluniaci tum
aderant. Vex his non p̃us pontificiũ habi
tum ſibi deſumpſit: ꝙ̄ intellexerit ſe ab his q̃
cardinalib⁹ ꝯfirmari: q rome ⁊ in ytalia re
manſerant. Re itaq̃ lr̃is ⁊ nũcijs cognita ro
mam veniens ꝑplo obuiam ꝓdeunte ac hono
rato q̃ vrbem ingredit̃: ꝯgratulantib⁹ oĩb⁹
tum pontifici: tum ciuitati Romane: ꝙ hũc
q̃etis ⁊ pacis auctorẽ futuꝝ cernebant. Re
bus at̃ ex ſnĩa Rome ꝯpoſitis Beneuentum
ꝓficiſcit̃: q̃ ⁊ p̃ncipes omnes ſtatim ꝯuenẽ:
ſalutandi (vt mos eſt) põtificis cauſa: maxi
me võ Gulielm⁹ Apulie dux. Jordan⁹ Cam
panie comes. Arnulphus Ariola. Robert⁹
Corotelli comes: viri inſignes ⁊ ſine ꝯtentõe
illi⁹ ꝑtis ytalie facile p̃nceps: q etiam pollici
ti ſunt adhibito iureiurando ſe in p̃tate pon
tificis ſemꝑ futuros. Caliſtus at̃ q nil aliud
meditabat̃ ꝙ̄ bellum Aſiaticum: in q̃ de xp̃i
anis egre tot barbaras gentes ſuſtinentib⁹
addubitabat̃ Romam rediens. Lambertuȝ
Hoſtienſem ep̃m Saxonem ſancti Stepha
ni in Celiomonte p̃ſbiteꝝ cardinalem: Gre
gorium ſancti angeli dyaconum legatos ad
imꝑatorem mittit: q pace ſine vlla ꝯtentione
ꝯpoſita: ad vrbem redeuntes tabellaȝ pacis
ad Lateranenſem baſilicam ſuſpendẽ. Qua
q̄dem ꝑlecta tanta repente leticia publica ex
orta eſt: vt paſſim ꝯgratulantium cetus au
dirent̃. Vex ne diuturnior hec leticia vide
ret̃ effecit Rogeri⁹ ſicilie comes: q Calabri
am ⁊ Apuliam abſente Gulielmo comite oc
cupat. Gulielm⁹ eñ Alexij imꝑatoris ꝯſtan
tinopolitani filiam in vxorem ducturus: abi
ens Calabriam ⁊ Apuliam pontifici ꝯmen
dauerat. Hanc ob rem Caliſt⁹ ab vrbe diſce
dens Beneuentum ꝑuenit: indeq̃ Vgonem
cardinalẽ ad eum miſit arcẽ Nicephorim tũ
in Calabria obſidentem. Monit⁹ at̃ Rogeri
us vt ab armis diſcedẽt nequaꝙ̄ pontificis
edicto obtemꝑat: imo acri⁹ inſtabat: ne Gu
lielm⁹ ꝯſobrin⁹ rediens ei impedimẽto foret:
q̃ minus Apulia ⁊ Calabria potiret̃. Para
bat iam arma pontifex cum ſubito vna cum
magna ꝑte Senat⁹ febri correpť redire ad
vrbem re infecta ꝯpellit̃. Hanc ob rem Ro
gerius nemine aduerſante Apulia ⁊ Cala
bria potit̃. Atq̃ hoc mõ Gulielm⁹ vxore fru
ſtrat⁹ ac p̃ncipatu deiect⁹: apud Salernita
nũ p̃ncipem vitam degens ſine hẽdib⁹ breui
morit̃. Rogeri⁹ itaq̃ tanto aduerſario ſubla
to: regẽ ytalie ſe nũcupat. Caliſt⁹ at̃ recupa
ta valitudine apud lateranuȝ noningentoꝝ
patꝝ ꝯcilium habuit: in q̃ deliberatum eſt vt
p̃mo q̃ tꝑe ſupplementa milicie iam deficien
tis xp̃ianis in Aſia bellũ gerentib⁹ ſubmini
ſtrarent̃. Qua ſpe erect⁹ Balduin⁹ Hiero
ſolimitanus rex Gazim regem thurcoꝝ mi
norem Aſiam incolentium cum magno exer
citu in ſe mouentem ſuꝑat ⁊ captum in carce
rẽ conijcit. Eadem q̃ fortuna vſus Damaſci
regem Hieroſolimas cum exercitu hoſtili
animo petentẽ fundit: fugatq̃ duob⁹ milib⁹
hoſtium ceſis: milleq̃ captis. Vex ſuꝑueni
ente cum magnis copijs Balabac parthoꝝ
rege: cui ſtatim nullis expectatis auxilijs cõ
gredi auſus eſt. Tante clade ſuꝑat̃ Baldui
nus: vt et̃ ipſe vna cum ꝓcerib⁹ multis capt⁹
⁊ in vincula ꝯiectus ſit. Quare Caliſtus põ
tifex maturandũ rat⁹ ne reliq xp̃iani amiſſo
rege opprimerent̃: inſtante Veramũdo hieroſo
limitano patriarcha viro optimo ac doctiſſi

mo: venetos ſpe glorie ⁊ pmij concitos in ho-
ſtem magna claſſe pmouit: Dominico Mi-
chaele duce: milleſimo cēteſimo ac vigeſimo
ſecūdo ſalutis noſtre anno: q qdem ad Jop-
pem claſſe delati: quam ſarraceni Babilo-
nis terra mariq; obſidebant: ſupatis barba
ris ingenti clade obſidionem ſoluunt. Itum
eſt ⁊ in Tyꝝ q̄diu obſeſſaz haud incruenta
victoria cepe: pacti tñ pus vt Tyri ⁊ Aſca-
lonis dimidium obtinerent: ſi eoꝝ opera in
xpianoꝝ poteſtatem deuenirent. Ver Ema-
nuel grecoꝝ impator Calo iohanni ſuffect⁹
tantam victoriam latinis inuidens: vel lati-
na lr̄atura vtentib⁹: venetis mandat vt claſ-
ſis ſue pfectum reuocēt: q certe eoꝝ dicto ob-
tempans: ira incenſus Rhodum chium vñ
corpus beati Theodori martiris Venetias
tranſlatum tum eſt: Samum: Mitylenen:
Andron: impatoris inſulas diripuit: Mo-
tonium ſpoliatum incolis muniuit. Tragu
rium ex vngaris captum ditioni venete ſub-
iecit. Lapidem pterea ſecum in patriā detu-
lit: ſup q̄ apud Tyrum xpc ſediſſe fert̄. At
vo Balduinus: quem dixim⁹ ab hoſtib⁹ ca-
ptum: pcio redempt⁹ hieroſolymas rediens
xpianam rempu. iam labentem aliq̄diu ſu-
ſtinuit. Hanc ob rem Caliſt⁹ aliqd getis a
reb⁹ externis nact⁹: ⁊ cardinales. xij. creat. ⁊
baſilicas multas vetuſtate collapſas reficit
Menia vrbis inſtaurat: aquam in vrbem
īducit: arces eccl'ie munit; donaria plurima
argenti auriq; baſilicis diuidit. Fundos ple
roſq; coemptos beato Petro donat. Eccl'iaz
beati Nicolai in palatio edificat. Ver ne
tanta felicitas ſine aliquo incōmodo diuti⁹ i
terris eſſet. Gregori⁹ antipapa Burdinus
antea vocat⁹: nomen pontificis vſurpare co
nat⁹. Sutrij ſe ꝯtinens. auxilio q̄rundam ty-
rannoꝝ fret⁹: ⁊ romanos incurſionib⁹ vexa-
bat. ⁊ pegrinos negocij ac religionis cauſa
ad vrbem accedentes ſpoliabat. Quare Ca-
liſt⁹ ꝯpatis repente copijs: pmiſſoq; cum ex-
peditiſſimo q; Johāne cremenſi ſancti Chri
ſogoni pſbitero cardinali ſubſeq̄ns ipſe ho-
ſtem vincunt: Sutrium capiunt: Burdinū
camelo impoſitum: in triumphi ſpēm romā
ducunt: quem pontifex vita donatum cauen-
ſi monaſterio incluſit. Caliſtus aūt de deo de-
q; hoīb⁹ benemerit⁹: pontificat⁹ ſui anno qn
to. men. x. die ſexto in dño morit̄. Vacat tūc
ſedes dies. viij.

## Honorius. ij.

Honorius ſecundus: q ⁊ Lamber-
tus ex agro imolenſi oriundus.
Hoſtienſis eps eo tpe pōtifex cre
atur: q̄ Balduin⁹ ab hoſtib⁹ pcio redempt⁹
Antiochiam hieroſolimitano regno adiun-
xit: mortuis his omnib⁹ ad q̄s pncipatus il-
le iure deueniebat. Ver cum tantus pncipa
tus retineri ſine pſide non poſſet: eidem pfe-
cit Raymūdum Gulielmi ducis Auſtrie fi-
lium: cui ſuptoris Boemūdi filia nupſerat.
Hoc aūt modo ꝯpoſitis reb⁹: regem aſcaloni-
taꝝ egiptioꝝ copijs fretum: ⁊ ob eam rem
hieroſolimitanos infeſtantem vnico plio re-
pulit. Baldeuinum pterea Damaſci regu-
lum idem molientem: ſ maiorib⁹ pplis trib⁹
q̄uiſſimis plijs fundit: fugatq; mltis paſſim
more pecoꝝ ceſis. Ad Honorium redeo: q ⁊
ſi obſcuro loco natus erat: tñ lr̄atura ⁊ mo-
rib⁹ tanto magiſtratu dignus videbat̄. Ve-
rum non adeo eius ingreſſus laudat̄: cū am-
bitione quorundam potius q̄ omnium bono
rum cōſenſu pontificatum inierit. Mortuo
eñ Caliſto cum de legendo nouo pontifice rō
haberet̄. Leo Fregepanis omnib⁹ cardina-
lib⁹ indixit: ne vſq; ad diem tercium ponti-
ficem crearent: q̄ ⁊ maturi⁹ deliberare ⁊ ca-
nones inſpicē licēt: q̄uis non ea mente id fe
cerit homo acut⁹ ⁊ ad fallendum vafer: quā
vbis p ſe ferebat: ſ ei tantiſper diſponē ho-
minum ſuffragia licēt: qb⁹ Lambertus pon
tifex crearet̄. Nam ppl's ipe Saronem ſan-
cti Stephani cardinalem pontificem pcupi-
de nimium optabant. Id q; ſe cupe Leo Fre
gepanis oſtendebat: q̄ ⁊ pplm ⁊ patres negli
gentes ⁊ incautos in ſniam ſui q̄uis arte pel
liceret. At vo cum id velle Leonem cardina
les qdam cernerent: ne ex eius ſnia pontificē
legerent: omiſſo Sarone: Thebaldum ſan-
cte Anaſtaſie pſbiteꝝ cardinalem pontificē
deligunt: quem Celeſtinum appellaꝝt. Tūc
aūt Leo non amplius immorandum rat⁹: q
iam offenſum hac electione pplm cernebat:
Lambertum (de q̄ ante dixim⁹) pontificem
magna voce preponit: acclamāte pplo clero-
q; eam electōem manib⁹ ⁊ nutib⁹ approbāte.
Tum leo maturandum rat⁹ ne ſnie hominū
immutarent̄: in Simijs loci nomen eſt non
longe ab eccl'ia ſancti Silueſtri: hominem pō
tificali habitu exornat; q etſi pmo artib⁹ q̄-
buſdam tantum magiſtratum adeptus ē: tñ
poſtea omnium ꝯſenſu pontifex maxim⁹ ꝯſa
lutat̄. Pontificatum adept⁹ cardinalis q̄ſdā
viros inſignes creauit: q̄ꝝ opa poſtea ma-
gnis in reb⁹ vſus eſt. Familiaritate eñ pcla-

roꝝ viroꝝ mirifice delectat⁹ eſt. Nam Pon-
tium q̄ndam abbatem cluniacenſez: viꝝ in-
duſtrium Rome retinuit. Ingenium q̄ꝫ Hil
deberti Cenomanenſis ep̄i mirifice extulit.
quem deinceps turonenſem archiep̄m crea-
uit: q̄ plurimum heroico: elegiacoue carmi-
ne valēt. Hui⁹ q̄ꝫ tempa clariora fecit Hugo
de ſancto Victore: ſi cognomē tum inſpicis:
ſi patriaz: p̄iſienſis doctor inſignis. Hic em̄
tum dicendo: tum ſcribendo ingeniȷ̄ ſui p̄cla-
ra moniměta reliq̄t. Extat e⁹ liber de ſacris:
liber ſniaꝝ: liber in dyalogo: q̄ Didaſculus
appellat̄: liber de cura anime: liber de artib⁹
⁊ doctrinis. Hos aūt omnes tanta beniuolen-
tia Honori⁹ pontifex amplex⁹ eſt: vt nullum
genus officiȷ̄ p̄termiſerit: q̄ eos ad honeſtio-
rem dignitatis g̃dum euehi poſſe exiſtima-
ret. Unum tn̄ ſuis tempib⁹ accidit. qđ neq̄q̄
p̄bandum eſt. Arnolphus em̄ xp̄iane religi-
onis p̄dicator egregi⁹: clericoꝝ inſidiȷ̄s Ro-
me necat̄: q̄ acerbe nimiū in eoꝝ laſciuiaz ⁊
libidinem inueheret̄: q̄q̄ꝫ eoꝝ pompam: ⁊ i
compandis diuitiȷ̄s nimium ſtudium impro
baret: paup̄tatem xp̄i ⁊ integerrimam vitaz
ad imitatōez omnib⁹ p̄ponens. Hunc multi
ex nobilitate romana tanq̄ veꝝ xp̄i diſcipu-
lum ⁊ p̄pham ſeq̄bant̄. Hunc laudib⁹ ad ce-
lum tollebant. Hinc odium: hinc ire in p̄ni-
ciem bene ſentientis vſq̄ꝫ ad necem excitate.
Fuerit ne hic ſanctiſſim⁹ vir p̄ſbiter: an mo-
nach⁹: an heremita: haud ſatis p̄ſtat. Sunt
q̄ ſcribant Honorio ip̄i id admodum diſpli
cuiſſe: non tn̄ tanti facinoris auctores vnq̄
inuentos. At v̄o cum in pontificatu recte gu
bernato q̄nquennio: ac menſib⁹ duob⁹ vixiſ-
ſet collacrimantib⁹ omnib⁹ morit̄: ⁊ in baſi-
lica lateranenſi nullo non genē honoris ad-
bibito ſepelit̄. Uacat tum ſedes dieb⁹ octo.
Neſcio ego q̄d ſibi velit marmor illđ ſuo no-
mine inſcriptum: qđ ante edes beate Praxe-
dis adhuc extat.

## Innocenti⁹ .ij.

INnocenti⁹ ſecundus patria Ro-
man⁹: ex tranſtyberina regione:
patre Johanne: pontifex crea-
tus: in Rogerium Rogeriȷ̄ comitis Sicilie
filium: Heredem nuncupatū: q̄ mortuo Gu
lielmo Apulie duce: omniq̄ꝫ Roberti Gui-
ſcardi familia in eo deficiente. dominatum
Apulie occupare nitebat̄: ſtatim mouet. Nā
is ad ſanctum Germanum caſtra hēbat: quē
certo p̄mo impetu repulit: tantum valuit ro
mani exercit⁹ fortitudo ⁊ v̄tus: oppidoq̄ꝫ ip̄o
capto tyrannum in Galucio aliq̄diu acrit̄
obſedit. At v̄o Gulielm⁹ Calabrie dux cum
magnis copiȷ̄s adueniens: ⁊ p̄rez vnico p̄lio
felicit̄ habito obſidione liberat: ⁊ pontificē
cum his cardinalib⁹ capit: q̄ in exercitu ro-
manoꝝ erant. Hos aūt omnes non ita multo
p⁹ Rogeri⁹ mira modeſtia vſus: vna cum pō
tifice liberos facit. Quam ob rem deinceps
qđ voluit facile a pontifice obtinuit: p̄ter re-
gni titulum: quem maximis p̄miȷ̄s ⁊ pollici-
tatōib⁹ impetrare p̄tendebat. Interim v̄o Pe
tr⁹ roman⁹ ciuis Petri leonis potentiſſimi
hominis fili⁹ Rome antipapa creat̄ q̄rundā
facioroſoꝝ ſeditōib⁹: Anaclet⁹q̄ꝫ appellat̄: q̄
ſpoliatis romane vrbis tēplis: ſpoliatis ec-
cleſiaꝝ theſauris vi irrumpens maxime v̄o
in baſilicam Petri: vnde crucifixum aureū
⁊ coronas pendētes ſuſtulit: tantum pecuni-
aꝝ p̄flauit: vt p̄facile largitionib⁹ ſeditioſum
quenq̄ꝫ rome in ſniam ſuipſi⁹ allicēt. Inno-
centi⁹ aūt ad vrbem rediens: vbi ſeditōib⁹ ple
na omnia cernēt: ſpectareq̄ꝫ rem ip̄am ad ce-
dem multoꝝ vidēt. ſponte cedens p̄mo q̄dem
Piſas adnauigat: deinde Genuam: poſtre-
mo in Franciaz p̄uenit. Interim v̄o Anacle
tus antipapa tanto aduerſario ſubmoto. ⁊
animos ciuium cum Innocentio ſentientiū
q̄ad fieri p̄t ſibi largitōib⁹ p̄ciliat: ⁊ Rogeri
um in p̄tes ſuas facile deſcendētem: q̄ magis
ei obnoxi⁹ eſſet: vtriuſq̄ꝫ Sicilie regem creat
Innocenti⁹ aūt celebrato apud clarūmontem
p̄cilio: in q̄ antipapaz Petꝝ cum ſectatorib⁹
damnauit. Aurelianuz ſe p̄tulit: viſoq̄ꝫ rege
Philippo: a q̄ p̄benigne eſt habit⁹. Carnotū
in Belgas petiȷ̄t: vbi Henricum Anglie re-
gem in itinē obuiaz factum multis rōib⁹ ad
expeditōez in ſaracenos adhortat⁹ eſt. In lo-
thoringiam inde flectēs. Lotharium Leodiȷ̄
reptum a Germanis tum regez creatum: de
ſe reſtituendo multa pollicentē ſacro adigit
expeditōz pare: q̄ q̄dem tut⁹ ct̄ ad vrbem re-
duceret̄. Remis deinde in Belgis altera ſy-
nodo habita: in Ytaliaz rediȷ̄t: celebratoq̄ꝫ cō
cilio apud Placentiam Piſas ſe p̄tulit: quā
ciuitatem iam p̄dem cum genuenſi p̄p̄lo diſ-
ſidentem in grām tandem redegit. Genuen-
ſem q̄ꝫ ep̄m q̄ mediolanēſi ſuberat archiep̄m
creat: trib⁹ Corſice ep̄is illi cum Bobienſi
pere iuſſis. Piſanis q̄ꝫ archiep̄m dedit trib⁹
item aliȷ̄s Corſice ep̄is cū populonienſi eidē
ſubiectis. Lothari⁹ aūt cū magno exercitu in
Ytaliaz veniens: admonito pōtifice q̄d fieri
oportēt: partitis copiȷ̄s ad vrbē mouet. Naz
dum ip̄e occupato p̄us ianiculo vrbem ingre
dit̄ Innocēti⁹ Aniene: ponte mām̄eo t̄iciēs
i lateranū p̄ducit̄: nuſq̄ apparēte antipapa:

cuius factionem Lotharius mira felicitate
ad ſanitatem redegit: cauitq̃ꝫ q̃ntū in eo fuit
ne deinceps vexari ab aduerſarijs Innocē-
tiꝰ poſſet. tāto itaqꝫ bñficio deuictꝰ Innocē-
tius: mortuo Henrico: Lotharium imꝑatoꝛ-
rem romanum creatum imperij coꝛona exoꝛ-
nat: quo ſtatim in Germaniam abeunte ad
ꝯpeſcendos leuticoꝝ motꝰ: dum pontifex cō-
cilium Piſis ꝓ repu. xp̄iana: proq̃ꝫ tuenda
fide de moꝛe hꝫ: rurſum antipapa quem in
eodem ꝯcilio damnauit. factioſis q̄buſdaꝫ ⁊
Rogerio adiuuantibꝫ in pontificem ſurgit.
Quare ⁊ Lotharius imꝑatoꝛ iteꝝ cum exer-
citu ſuꝑatis leuticis ytaliam repetit: ⁊ piſa-
ni claſſem potentiſſimam in auxilium ponti-
ficis educunt: q̄bꝫ copijs ⁊ Rome ſeditionē
oppꝛeſſere: ⁊ Rogerium terra mariq̃ꝫ oppu-
gnatum: amiſſis rebꝫ omnibꝫ ytalia in Si-
ciliam breui pepulere. Audita tanta victo-
ria Johannes Conſtantinopolitanꝰ imꝑa-
toꝛ: q̄ Rogerio aduerſabat̄: legatos ſtatim
ad Lotharium mittit de ſuꝑato hoſte ꝯ̄gtu-
lans: quoꝝ de numero q̄dam philoſophus
erat. q̄ diſputationibꝫ oſtendere nitebat̄ lati-
nam eccleſiam admodum errare: ꝙ ꝯ̄ ſn̄iam
niceni ꝯcilij (vt ipſe dicebat) q̄ declaratum ē
ſpm̄ſcm̄ a patre ꝓcedere: latini a filio q̃ꝫ id
fieri addidiſſent. Tum Petrꝰ dyaconꝰ ho-
mo doctus ⁊ argutus: q̄ tum in coꝛona ade-
rat diſputandi gr̄a. Si inq̄t latini damnan-
di ſunt: ꝙ addiderint ſpm̄ſanctum a filio q̃ꝫ
ꝓcedere: damnandi multo magis greci vidē-
tur: q̄ id fieri a ſolo patre addiderint: cū ipm̄
ꝯcilium a patre dixerit. Deluſus homo au-
dax tam acuto rn̄ſo ſubſtitit ampliꝰ hec de
re diſceptare. At vō pontifex ne abeunte im-
ꝑatoꝛe. Rogeriꝰ iteꝝ apuliam repeteret. Ra-
neonez Lotharij imꝑatoꝛis comitē cum ali-
quot cohoꝛtibꝫ ad ꝓpulſandū iniuriam reli-
ctum ducem apulie creat. Moꝛtuo deinde
antipapa: occulteq̃ꝫ a ſuis ſepulto: cū et̄ eiꝰ
cardinales in fidē romani pōtificis deueniſ-
ſent: q̄etura iam reſpu. xp̄iana videbat̄. cum
ſubito romani q̄dam ſeditionibꝫ potentiam
q̄rentes: ſenatores creauere: q̄ rempu: roma-
nam ditionemq̃ꝫ ad ſe ꝑtinentē gubernarēt.
His at̄ dn̄ pontifex reſtitit: habito apud la-
teranum ꝯcilio q̄ inſtituit: neq̃ꝫ laycꝰ manū
violentam clerico iniceret: pontificatus ſui
anno. xiiij. men. vij. die. viij. moꝛit̄ milleſimo
centeſimo. xliij. ſalutis nr̄e anno: q̄ tp̄e ma-
gno in ꝑcio ſunt habiti ⁊ Gilibertꝰ e Brit-
tannia oꝛiundus: vir tante doctrine: vt ob va-
rietatē diſciplinaꝝ vniuerſalis appellaret̄: ⁊
Ambertus remenſis archiep̄us Giliberto

preceptoꝛe nequaq̄̃ eruditione ⁊ doctrina in-
ferioꝛ. Huiꝰ q̃ꝫ pontificis illud opus eſt: q̄d
adhuc cernimꝰ in foꝛnice ſancte marie trāſty-
berine e muſiuo.

## Celeſtinus. ij.

CEleſtinꝰ ſecundus: Guido antea
vocatꝰ: ſancti Marci p̄ſbiter car-
dinalis: natione tuſcus: e caſtro
felicitatis: q̄d nōnulli ciuitatem Caſtelli eſſe
affirmant. Typhernum ab antiq̄s appella-
tum: pontifex in demoꝛtui Innocentio locuꝫ
omnium ꝯſenſu creat̄: eo maxime tp̄e quo in
Aſia Balduino rege vita functo andegauē-
ſium comes. Fulco Balduini gener tercio
loco: ſi oꝛdinem ſucceſſionis inſpicis: regnū
hieroſolimitanum accepit: ꝙ duoꝝ etiam fi-
lioꝝ v̄tute fretꝰ aliq̄̃diu acerrime tutatꝰ eſt.
Naꝫ cum thurci ſinum ꝑſicum incolentes:
in agꝝ antiochenū incurſiones feciſſent eos
nō ſolum fudit rex fulco: veꝝ etiaꝫ ex his ad
tria milia interfecit: totidemq̃ꝫ cepit. Hac at̄
clade excitus alaph genē thurcus: Babylo-
nium auxilijs fretꝰ: Edeſſam Meſopotamie
ciuitatē. Arach ab hebreis vocataꝫ inuaſit.
quam antea diximꝰ Balduinū a fratre Go-
tifredo precibꝫ obtinuiſſe. Capta eſt autem
vrbs ⁊ a Barbaris crudeliter direpta: occi-
ſis omnibꝫ xp̄i fidem abnegare recuſantibꝫ.
ſtupꝛatis etiam nobiliſſimis matronis ſuꝑ
altari ſancti Johannis baptiſt. q̄d ſciebant
a nr̄is pie ac ſancte cultum fuiſſe. Sꝫ neſcio
q̄ fato dū parat̄ copie Fulco: in venatōe lepo-
rem ꝯcitate nimiū: ⁊ incaute inſeq̄ns caſu eq̄
moꝛit̄. cui filiꝰ Balduinꝰ eiuſdē nōis terciꝰ
in regno ſucceſſit. Celeſtinꝰ at̄ pontificatꝰ ſui
menſe. v. moꝛit̄: ſepelit̄q̃ꝫ in lateranēſi baſili-
ca: vna tantū re felix ob breuitatē tp̄is (vt ar-
bitroꝛ) ꝙ nullis ſeditōibꝫ toto ſuo pontifica-
tu vexatꝰ fuit.

## Lutius. ij.

LUtius ſecūdus patria bononien-
ſis: p̄re Alberto: eo tp̄e pōtificatū
iniit: q̄ Edeſſe vrbis euerſio nūcia-
ta eſt. Ea ei ciuitas Edeſſa ē: ad quā Tobiā
miſiſſe filiū Gabelo ſacre lr̄e teſtant̄: quaq̃ꝫ
Thadeꝰ apl̄s ad fidē xp̄i ꝯuertit. ⁊ in q̄ btī
Thome oſſibꝫ oꝛnata Abagarꝰ regnū obti-
nuit: q̄ datie ad Ieſum lr̄is: ſcp̄ta manu dei
rn̄ſa accipere meruit. Hac vō clade audita
Bern. clarauallēſis vir ⁊ ſc̄itate ⁊ doctrīa
(vt dixi) īſigis p̄ocinīū r̄ligiōis xp̄iane aſſu-
mēs: pn̄cipes oēs xp̄ianos tū lr̄is: tū nūcijs
adhoꝛtatꝰ ē vt crucē ī ſarace̅os xp̄i vexillū ſu-

merent. Hanc ob rem: Conradus ſueuus q
Lothario in regnum romani noīs ſucceſſe-
rat: in militiaʒ nomen dedit. Dum hec aūt ꝓ
fide xp̄i in Gallia ⁊ Germania parent̄. Ro-
gerius pontificum negligentia in ytaliam
reuerſus: q̄ amiſerat breui recuꝑauit: nullo
repugnāte: q̄ ex re copijs deinceps ⁊ animis
auctus claſſe in Aphricam trajciens: adeo
regem Tuneſij vexauit: vt homiem data pa-
ce ꝓſoluere tributum quotannis coegerit: qꝺ
certe ad triginta annos ꝯtinuo exegit. Con-
radus vō magno crucesignatoꝝ compato ex
ercitu: Constantinopolim ꝑueniens ab He-
manuele secundo grecoꝝ impatore ꝑcibꝰ cō-
pellit̄: nullo compato ꝯmeatu. Jconium ſta-
tim ducere: ſe em̄ ꝓſtatuꝝ omnia q̄ exercitui
neceſſaria erant Hemanuel pollicebat̄. Ob-
ſeſſa eſt vrbs natura ⁊ artificio munita ali-
q̄diu atq; acriter. Uerum cum ſceleſtus im-
ꝑator greco vſus ingenio: gypſum farine mi
ſcuiſſet: ex eaq; re panis fieret: quo exercitꝰ
xp̄ianoꝝ alerent̄: tot ſtatim milites ꝑiere: vt
re infecta: relicta obſidione: in Traciam ſe-
cedere oportuerit. Hoc tn̄ emolimēti illa ex-
peditio ꝓſtitit: q Balduinꝰ q̄rtus hieroſoli-
mitanus rex animo auctus. Aſcaloniam diu
obſeſſam tandem vi cepit: cū pauloante Ga-
zam vrbem antiq̄ſſimam penitꝰ ab hoſte de-
relictaʒ edificaſſʒ: incolendamq; fratribꝰ tē-
plarijs ꝯceſſiſſet. Auſus q̄netiam idem Bal
duinꝰ thurcoꝝ ſatrapas hiericonitinos in-
feſtantes ꝓpulſare: q̄ꝝ de numero vnico ꝑlio
ad q̄nq; milia infecta referunt̄. Noradinuʒ
q̄ʒ Damaſtene militie ꝑncipem hieroſolimi-
tanum agꝝ vexantem: tanta clade ſuꝑauit ⁊
ꝓſecutus eſt: vt egre xp̄iani retenti ſint: quo
minꝰ vna cum hoſte Damaſci menia ingre-
derent̄. Ad lucium pontificem redeo: q inte-
rim nil ꝑtermittebat: qꝺ ad tantam expedi-
tōʒ: tanq; nc̄ciam ꝑtineret. Credo ego homi
nem ip̄m miro amore excitatum retinende
Hieruſalem. q tituli ſancte crucis in Hieru
ſalem p̄ſbiter cardinalis pontifex creatus fu
erat. quam q̄dem baſilicam totam ferme re-
ſtituit. Eius ꝑterea ꝯſenſu in Gallia ſynodꝰ
ep̄oꝝ q̄rundam ⁊ abbatum facta eſt ꝯ Bali-
ardum ph̄m peripateticū: viꝝ multe doctri-
ne: non bn̄ in q̄buſdam cum fide nr̄a ſentien-
tem: q ꝑn̄te etiam Lodouico rege: rōnibꝰ vi-
ctus: non mō ſniaʒ mutauit: veꝝ et̄ monaſti
cam vitam ⁊ religionem induit: ac deinceps
vna cum q̄buſdam diſcipulis in loco deſerto
ſanctiſſime vixit. Luciꝰ aūt pontificatꝰ ſui mē
ſe. xj. die. iiij. morit̄. ac in baſilica lateranēſi
ſepelit̄.

# Eugenius. iij.

EUgenius terciꝰ Piſis oriundus
ſancti Anaſtaſij abbas: in mona
chū antea a Bernardo viro ſan-
ctiſſimo electus: in eccl'ia ſancti Ceſarei pon
tifex creat̄. Nam cum haud ſatis inter car-
dinales conſtaret: quem potiſſimum e nume
ro ſuo deligerent: diuino nutu ꝑciti viꝝ ſan
ctiſſimū Eugeniū deligunt: q vbi romanos
inſtare minis etiam cognouit q̄ ſui ꝯfirmarē
tur ſenatores ad farfenſe monaſteriū noctu ī
ſabinos abijt comitante cardinalium cetu
ibiq; ꝯſecratōnis munꝰ ſuſcepit. Ueꝝ cū po-
ſtea romanoꝝ non minas tm̄: ſ etiam facta
ꝯtemneret: ſenatores ip̄os eo ꝑpulit. vt peti-
ta pace magiſtratu ſe abdicarent. Romam
itaq; rediens: vbi intelligit romanos neq̄q̄
bono animo ſ fraude in graʒ ſecum rediſſe:
inſidias veritꝰ Tybur dylabit̄: fugientē ro-
mam telis ⁊ ſagittis inſequunt̄. Poſtea vō
Piſas ꝓfectꝰ nauigio in Franciam ꝯtendit:
regemq; Lodouicum cruce ſignatuʒ in thur-
cos ⁊ ſaracenos animat: quem Conſtantino
polim cum exercitu ꝓfectum non ſecꝰ Hema
nuel fraude circūuenit q̄ olim Conradū ſue-
uum: ꝑſuaſum em̄ iniq̄ tp̄e ducere copias ꝑ
deſerta Syrie: eo neceſſitatis eum ꝯpulit: vt
laceꝝ exercitum difficultate ⁊ in opia reꝝ
Antiochiam re infecta ducē coactꝰ ſit. Hāc
ob rem Rogerꝰ Sicilie rex Hemanueli in-
fenſus claſſe in Greciam delatꝰ: Corcyram
inſulam: Corinthum: Thebas ⁊ Euboiam
de impio hemanuelis occupat: duxiſſetq; eo-
dem animo Conſtantinopolim: ni veneti in-
ſtructa in hadriatico ſexaginta triremiū claſ
ſe q̄minꝰ id facerēt ꝓhibuiſſent. Flexit itaq; Ro
gerꝰ ad littora Aſie deo volente. Nam tum
forte ſaracena claſſis Lodouicum regē Fran
cie circūuenerat: q non longe a portu ſancti
Symeonis ſoluens Paleſtinam petiturus
erat. Rogerius itaq; barbaros in anguſto
nactus oppugnat ⁊ vincit: xp̄ianumq; regem
cum exercitu ab interitu liberat. Interim vō
claſſis veneta q̄ Hemanueli admodum faue
bat: ea loca recipit q̄ Rogerꝰ occupauerat:
immunitaq; ac ſine vllo p̄ſidio reliq̄rat. Ro-
gerius autem dimiſſo apud Joppem Lodo-
uico Conſtantinopolim delatus: ſuburbia
vidente Hemanuele incendens eouſq; victo-
ria delatus eſt: vt ⁊ edes impatoris aliq̄diu
oppugnauerit: ⁊ poma ex ortis eiuſdem ma-
nu legerit. Uerum cum poſtea inde in Sici-
liam incompoſita claſſe abiret: in venatos ī-
cidens inſtructos: ⁊ ad dimicandum ꝑatos

ex ſuis triremibus.xx.amiſit:egreq̃ꝫ fuga ſi
bi ſalutem queſiuit. Interim vero Conrad⁹:
Lodouicus:⁊ Balduin⁹ iunctis copijs:ani
miſq̃ꝫ Damaſcū magnis conatib⁹ obſident:
quā vrbē ſeruos Abrahe fūdaſſe cōſtat:loco
campeſtri naturaq̃ꝫ arido:ſed artificio vbere
atq̃ꝫ fecundo. Ager enī effoſſis cuniculis:du
ctiſq̃ꝫ fiſtulis vnde irrigari pōt mirā vberta
tē pre ſe fert. Paruus amnis ī regiōe vnic⁹
nō longe ab vrbis menibus preterlabens lin
gulā quandā facit:in qua noſtri caſtra poſu
erant:vnde facile cobibere ab aquatione op
pida nos poterant:verū Aſſyno quodā per
ſuadēte cui maxime Balduin⁹ ī reb⁹ arduis
credebat:caſtra ad alterā vrbis partē tranſ-
ferūtur:ꝙ diceret facilius irrumpi hoſtium
menia eo loci poſſe vtpote minus munita.
Motis itaq̃ꝫ caſtris Damaſceni repente ſta
tiua noſtroꝝ occupant ac muniūt:noſtroſq̃ꝫ
ab aquatōe ⁊ cōmeatu ꝓhibent. Quare cum
ſiti fameq̃ꝫ laborarēt:tādē nō ſine ↄtumelia
obſidionem ſoluunt:Hieroſolimā Baldui-
nus:in Europā Lodouicus:⁊ Conrad⁹ cō-
minutis varijs caſib⁹ exercitib⁹ reuertunt̄.
Milleſimocenteſimoquiquageſimoſecundo
ſalutis āno:venerat tum Romā Eugenius:
excitis ad expeditionē chriſtianis ꝗ egregio
apparatu et magna ciuiū charitate ſuſcept⁹
eſt. Tarracina autem Setia Norbano ac
Fumonis arce receptis:ꝗ̄ loca boca hoſtes
ac tyranni circunq̃ꝫ poſiti occupauerunt.
Tybur recreandi animi gratia cōceſſit.vbi
nō ita multopoſt pōtificatus ſui anno octa-
uo:menſe quarto:die vigeſimo moritur:cu-
ius corpus Romā delatum magna(vt dece-
bat)pompa in baſilica Petri ſepelit̄. Eius
autē iuſſu ⁊ impēſa extructa eſt porticus:vel
reſtituta potius ſancte marie ad pſepe:quē
admodum ex inſcriptione apparet.

## Anaſtaſius.iiij.

Anaſtaſius quartus patria Ro-
manus patre Benedicto:abbas
antea ſancti Ruffi Veliterne dio
ceſis ex cardinali pontifex creatur:eo potiſ-
ſimum tempore quo Alphonſus Hiſpanie
rex ab expeditiōe Hieroſolymitana rediēs
morit̄:in eiuſq̃ꝫ locum ſufficitur ſanctius fi-
lius:cui paulo poſt mortuo ꝓ chriſti fide in
arabia bellum gerenti Ferdinandus frater
in regno ſuccedit. Anaſtaſius autē pontifi-
catum adeptus:⁊ calicē pulcherrimi operis
magneq̃ꝫ eſtimatiōis Lateranenſi Baſilice
condonauit:⁊ edes egregias apud Ponthe-
on:quod ſanctam Mariam rotundam vo-
cant breui edificauit:plura quoq̃ꝫ mente de
ſtinauerat:tū ad dignitatē eccleſie:tum ad
ornatū vrbis Rome ptinētia:ſi ei aliquādiu
viuere licuiſſet:Fecit tamē cū ſpes ex eo ↄce-
pta tum Ricardi de ſancto Victore doctria:
ne eius tempora ignobilia viderent̄. Ricar
dus enī doctor inſignis multa ⁊ grauiter et
copioſe tū ſcripſit:precipue vero librū de tri
nitate. Habuit et ſermones ad populum nō
minus docte ꝙ̄ eleganter. Laboratum etiaꝫ
hoc tempore in tota ferme Europa fame ē:
Anaſtaſio pontifice et clam et aperte paupe
ribus ipſis elemoſynas prebente:qui ponti
ficatus ſui anno vno:mēſe quarto:die quar-
to ⁊ vigeſimo moritur:ſepeliturq̃ꝫ in latera-
nenſi baſilica conca porphyretica.

## Hadrianus.iiij.

Hadrianus quartus natione An
glicus Albanus epus ⁊ cardina
lis ab Eugenio creatur:ꝗ ī No-
nergiam miſſus predicādo:⁊ bene monendo
ꝓuinciā illā ad xp̄i fidē redegerat. Mortuo
deinde Anaſtaſio pōtifex creat⁹:tēptatuſq̃ꝫ
a Romanis:tū precib⁹:tum minis:vt cōſu-
lib⁹ liberā vrbis adminiſtratiōꝫ relinqueret:
id ſe factuꝝ ↄſtātiſſime rēnuit. Inſtabat Ro
man⁹ clerus vt ī Lateranū ꝓficiſcerent̄ faciē-
de ↄſecratiōis cauſa:qḋ etiā facē recuſauit
niſi prius Arnold⁹ Brixian⁹ heretic⁹ ab Eu
genio antea dānatus ex vrbe pelleret̄. Hoc
aūt egreferens popul⁹ cardialē ſācte Pudē-
tiane ad pōtificē via ſacra ꝓficiſcentem vno
atq̃ꝫ altero vulnere afficiūt. Hanc ob rē irat⁹
pōtifex eos acerba etiā execratiōe ꝓſecutus
ē:ꝗ̄ad mutata ſententia:⁊ Arnoldū ab vrbe
pepulere:et cōſules abdicare ſe magiſtratu
coegere:relicta pontifici adminiſtrande vr
bis libera facultate. Interim vero Guliel-
mus Sicilie rex:qui mortuo Rogerio ſuc-
ceſſerat Beneuentana ſuburbia Ceperanū
Bauconq̃ꝫ in Hernicis de eccleſia occupat.
Ob quā rem idignat⁹ pontifex regem graui
anathemate notat:eiuſq̃ꝫ ditiōi ſubiectos oī
ſacramento liberat:quo facilius a rege defi-
cerent:nullo iureiurando aſtricti. Federi-
cus autem primus hoc tempore ex gete ſue-
ua imperator creatus:Ciſalpinam galliam
cum exercitu ingreſſus cum Dertonā haud
ſatis imperio obtemperantem aliquandiu
obſeſſam vi tandem cepiſſet:magnaq̃ꝫ cele-
ritate Romam verſus iter ſtatim fecit. Pō-
tifex autem Viterbij tum agens confir-
maturus in fide eccleſiaſtica ciuitates cir-

cũquaq; poſitas Oruetum ⁊ ciuitatem Ca-
ſtellanam adijt. Uerũ cũ poſtremo ſe imparē
tanto exercitui cernēt: pace ꝑ internuncios cō-
poſita in agro Sutrino impatori fit obuiā:
q ex eq̄ deſcendens eum vt verũ xp̄i vicarium
ſalutat. Cum vō ad vrbem veniſſent: ⁊ ponti
fex in baſilica Petri Federicum imperij co-
rona donaret: pp̄ls roman⁹ clauſis tū portis
ne qd tumultꝰ excitaret ꝑ Hadriani pontē
vi erumpēs Teutonicos cū pōtifice p̄ter eo-
rum voluntatē ſentientes paſſim cedit. Exci
tus qdem tanto tumulto impator intromiſſo
exercitu q in p̄tis Neronianis ↄſiderat. Ro
man⁹ ex vaticano in vrbem retrudit multis
ceſis captiſq;: pontificis tū p̄cibꝰ impator le
nitus captiuos incolumes dimittit. Uerũ cũ
poſtea vt mos eſt ituri ſil' ad lateranum pon
tifex ⁊ impator eēnt fieriq;: id nequaq̄ tuto
viderēt. Rōnis ad arma ſpectātibꝰ Malli-
ānum ſimul ꝓficiſcunt̄ vbi trāſmiſſo flumīe
ꝑ Sabinos ⁊ pontem Lucanum ad Latera
nū ꝑuenīētes ſolēnia pſoluē. Dum hec at̄ ro
me agerent̄ Tyburtini ad impatorem veni-
entes ſe ac omnia ei ſponte dedunt. Uerũ cū
impator intellexiſſet vrbē illam ad pontifica
tum ꝑtinē eandē Hadriano ſtatim reſtituit.
neq; ita diu immorat⁹ in Germaniā redijt
At pontifex a ꝓceribꝰ apulie rogat⁹ beneuē
tum ſe ↄtulit: maioremq; regni ꝑtem ſua tan
tū p̄ñtia Gulielmo abſtulit. Interea vō Pa
leologus vir qdam nobilitate inſignis He-
manuelis ſecūdi impatoris Conſtātinopoli
tani nūcius ⁊ orator Anconam p̄mo nauigo
delatus: terra deinde Beneuentum petijt:
pontificiq; impatoris noīe ſponte obtulit au
ri libras qnq; milia: fugaturūq; ſe ex Ytalia
Gulielmū: ſi tres maritime ī Apulia vrbes
ei ex fedē rebꝰ bñ geſtis darent̄. Qd vbi Gu
lielm⁹ reſciuiſſet: pontificē ad miſēdiam co-
hortat⁹: pollicet̄ nō mō ſe reſtituturū q̄ de ec-
cleſia abſtulerat: verū vltro q̄daꝫ alia ↄdona-
turū. Romanoſq; ecclīe rebelles in officio re
tenturū ſi vtriuſq; regni titulis tam citra q̄
vlt̄ pharū poſiti inſignior fieret. Facē id qdē
pōtifici nequaq̄ licuit aduerſantibꝰ qbuſdaꝫ
cardinalibꝰ. Hanc ob rem Gulielm⁹ inſtru-
cto exercitu Apuliam hoſtili animo ingreſ-
ſus: cum oīa ferro ac flāma ↄſumpſiſſet ī gre
cos ⁊ Appulos mouens: q apud Brunduſiū
caſtra poſuerant: eos facile ſupat. Unū Sa-
lentini Appuliq; oēs deditōꝫ ſtati fecē. Pon
tifex at̄ cardinalibꝰ infenſus q obſtiterant q̄-
minus par ↄponeret̄. Gulielmū in gr̄am re
cipit: eidēq; vtriuſq; regni titulos ſcp̄ſit ad-
hibito p̄us ſacr̄o: ſe nil deinceps moliturū qd

eccleſiam Romanam offenderet. Rebꝰ autē
ex ſn̄ia ↄpoſitis pontifex ꝑ Caſſinates Mar
ſos Reatinos Narmenſes Tudertinos iter
facientes ad Oruetum tandem ꝑuenit p̄m⁹
pontificum Romanorū: a q̄ ea vrbs ⁊ inhabi
tata ⁊ cultior reddita eſt. Cum vō inſtantibꝰ
Romanis ad vrbem redijſſet: vexareturq; a cō
ſulibꝰ libertatē romanaꝫ reſtituere conātibꝰ
Arignanū pecijt: vbi non ita multopt⁹ mo-
rit̄ pontificat⁹ ſui anno. iiij. menſe. x. relicta
magno in p̄cio ecclīe romane ditione. Nam
⁊ circa lacū ſancte Chriſtine multa caſtella
muniuit: ⁊ Rhadicophanum qd nunc ſenē-
ſes obtinent muro ⁊ arce ꝓpe inexpugnabile
reddidit. Horū at̄ tp̄m hiſtoriam ſcp̄ſit ſatis
eleganti ſtilo ⁊ orōne Ricardus Cluniacen-
ſis monach⁹: quē alij ſcp̄tores non parū lau-
dant. Corp⁹ at̄ Hadriani romam delatum ī
baſilica Petri ſepelit̄ non longe a ſepulcro
Eugenij pontificis.

## Alexander. iij.

Alexander terci⁹ patria Senēſis
p̄re Ranuncio mortuo Adriano
duorū ⁊ viginti cardinalium ſuf-
fragijs pontifex creat̄: licet Octauianū Ro
manū ciuem tituli ſancti Clementis p̄ſbiterū
cardinalem victorem appellatū tres tantum
ſubrogauerint: vñ ſciſma ortum eſt. Cum vō
Alexander ne diuti⁹ ſeditio illa cū ꝑnicie ec-
cleſie romane ꝓtheret̄. Federicum impatorē
Cremonam tum obſidentē: ꝑ legatos rogat
vt interpoſita auctoritate impatoria ſeditōꝫ
tollat. Rñdit ille vtrūq; pontificem Papiaꝫ
ire oportē: q ⁊ ipe ꝓficiſcet̄ cognoſcende di-
ſceptatōis cā. At vō cum Alexander accepto
tali rñſo Angniaꝫ ſe ↄtuliſſet. Octauianus
Anagniam occupat: Tum impator indigt⁹
q dicto ſuo pontifex ñ obtempaſſet epōs du-
os ad Alexandrū mittit: q cū non pontificem
ſ; cardinalē appellatū ad ↄcilium citarēt. Hi
at̄ ab alexandro ↄfutati ⁊ reiecti ad Octaui-
anum ſtatim ſe ↄferunt: eunq; Papiaꝫ ꝑdu-
cunt: vt hrēnt quē Alexandro obijcerēt. Ha-
bito deinde ↄcilio Federic⁹ Octauianū pon-
tificem ↄfirmat: eūq; eq̄ albo inſidentē ꝑ vr-
bē Ticinēſem ducit ⁊ de more adorat. Qua
iniuria Alexander ꝑmoc⁹ p̄miſſa admonitōe
Octauianū ⁊ Federicum anathematis vin-
culo colligat: l̄raſq; mittit ad xp̄iane reipu.
p̄ncipes ⁊ pp̄los: qbꝰ intelligant id a ſe iure
ac merito fieri. Rediens deinde romā Alex
ander pontificat⁹ ſui anno. ij. multos aduer-
ſarios ī vrbe īuenit ī ſe cornua palā erigētes:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

q̄ Federici exercitus pꝛeter vꝛbem veterem
et Anagniam omnē eccleſie ditionē iam oc-
cupauerat Quare Alexander hortante etiā
Philippo francoꝝ rege Taracinam profe-
ctus cōſenſo nauigio ad eam rem mandato
Gulielmi Sicilie regis parato in franciam
cōtendit:conuentuqꝫ in claramonte habito:
anathema in imperatoꝛem et octauianū fa-
ctū ſtatim enunciat. Dum hec autem in Eu
ropa agerētur:moꝛtuo apud Hieroſolymaꝫ
Balduino tercio Almericus frater ſtatim
regnū accepit: ne ob inter regnum in tanta
barbarie ⁊ perfidia aliquid noui exoꝛiretur
Verum compoſitis pro tēpoꝛe rebus in egy
ptios ducens Drogonē copiarum pꝛefectuꝫ
edita ingenti cede. ſtatim ſuperat: Alexādri
amqꝫ obſidet: quā Tiracinus Soldani ſara
cenoꝝ regis pꝛefectus i ſuam poteſtatē frau-
de redegerat. Alexandrini autem cum nec
diutius pati obſidionem poſſent: nec ſubijci
chꝛiſtianoꝝ imperio vellēt: Almerico ſe hac
cōditione cōmiſere: vt in Soldani poteſta-
tem pulſo Tiracino tyranno redigerentur.
Almericꝰ itaqꝫ ingēti pecunia recepta Sol
dano vꝛbem reſtituit. Verum cum ſecū frau
de homo ingratus ageret: nec pactam pecu-
niam pꝛeſtaret: in eum ducens Cares vꝛbem
nunc Cairum appellatam obſidet. Federicꝰ
autē tyrānica poteſtate vſus: dirrepta Der-
tona et Mediolanū ſolo equauit: vnde tranſ
lata magoꝝ coꝛpoꝛa Coloniam tum credi-
deri a Rhodulpho Colonienſium archiepō
et Cremonenſes magnis incōmodis affecit
Quare veronenſes: vincentini: patauini:
veneti communi periculo moti decreuere: ne
amplius vlla auxilia Federico Ciſalpinam
vaſtanti pꝛeſtarent. Federicus itaqꝫ ira incē
ſus: Veronam ducens oppugnāde vꝛbis cau
ſa: cum eo perueniſſe aliarū vꝛbium auxilia
intellexiſſet: retrocedens ac Papiam ſeſe re
cipiens: litteris et nuncijs Francie regē ad-
hoꝛtat̄: vt tollendi ſciſmatis cauſa Alexan-
drū ſecuꝫ ad conciliū ducat: quo et ſe vna cū
Victoꝛe profectum pollicetur. Apud Diuo
nem locus eſt: Vbi Sauo fluuius gallos a
germanis diuidit. Is locus concilij eſt habi
tus: quo Federicus rebus Italie pro tempo
re cōpoſitis profectus cū octauiano eſt: Sco
cie ac Bohemie regibꝫ: magniſqꝫ armato-
rum copijs ſtipatus. Verū cum Alexander
ad id ſe profecturum cōcilium recuſaret: qđ
ipſe non indixiſſet: Turonijqꝫ id inchoaſſet
Federicus ira ac minarum plenus in Ger-
maniam rediens: Octauianum quem pau-
lopoſt ſecuturus erat in Italiam miſit: quo

quidem luce moꝛtuo Guido cremēſis in an-
tipapaꝫ Octauiano ſubꝛogatur. At vero ro
mani creatis conſulibus: Alexandro ponti-
fici amicis: eum ſtatim ex Francia reuocant
qui pꝛimo in Siciliam mox Romā nauigio
delatus: congratulantibꝫ omnibus perbe-
nigne ſuſcipit̄. Aduentu autem Alexandri
Ciſalpie Gallie populi i ſpem libertatis ex
citi: anno ſalutis milleſimocenteſimoſexage-
ſimoquinto in Federicum ſeue nimiū impe-
rantem arma ſumunt pꝛeſidiaqꝫ eius exar-
cibus quibuſdā deijciunt. Verum Federicꝰ
cōparato magno exercitu in Italiam veni-
ens: pꝛeter ſpem nulli noxius traiecto rati-
bus Pado: in agrum Bononienſem deſcen
dens copias partitur. Coboꝛtes enim quaſ-
dam Lucam miſit: quarū pꝛeſidio tutus an-
tipapa eſſet. qui tum Luce erat. Ipſe vero
cum reliquo exercitu Anconam profectus
vꝛbem aliquādiu obſidens: in ſuam tandem
redegit poteſtatem. Interim vero ſocie Ci-
ſalpine Gallie ciuitates Mediolanum re-
ſtituunt ac muniunt. laudenſes mediolanē-
ſium hoſtes in ſocietatem recipiunt: quo fa-
cilius Federico reſiſtere poſſent ſi in eos mo
ueret. Vex Federicum maioꝛ cura inceſſit.
Moꝛtuo enim Gulielmo noꝛmāno Sicilie
rege: Hemanuel grecus imperatoꝛ legatos
ad pontificē miſit: qui ei pollicerent̄: et ma-
gnas copias in Federicum: et vnicam men-
tem omnium grecoꝝ cū eccleſia romana con
uenictē: vt oꝛiētalis cū occidētali eadē fieret
ſi pateret̄ imperiū romanū antea diuiſū in
vnū coꝛpꝰ redigi. Legatis autē qđ ſit reſpon
ſuꝫ haud ſatis ꝯſtat: cū bellū iter romanos:
tuſculanos: atqꝫ albanos oꝛtū: pōtificē impe
diuerit: q̄minus certū reſpōſū legatis daret.
Nā cū tuſculani albaniqꝫ pēdere romanis
tributa īmoderatiꝰ iperata recuſarēt: icēſus
ira ꝑplus romanꝰ reclamāte pōtifice: popu-
larit̄ i tuſculanos mouent. Tuſculanoꝝ rē
pub. tum maxie gubnabat Aino comes: quē
Rogeriꝰ ducatu Apulie deiecerat Is itaqꝫ i
re militari peritus accerſitis germanis: qui
apud Nepeſū Sutriūqꝫ cōſederāt: tāta Ro
manos clade affecit: vt deinceps vix ſe tueri
menibꝫ: nedū hoſtē foꝛis laceſſere potuerint
Tū vō Federicꝰ vlciſcēdi iniurias (vt ipē di
cebat) ab Alexādro acceptas occaſionē na-
ctꝰ Ancona diſcēdēs Romā mouet. Poſitis
aūt in pratis neronianis caſtris irrūpere: ſō
urbiū vaticani conatꝰ a familiaribꝫ Alexā-
dri conſtātiſſime repellitur. Seq̄nti vō die
baſilicā Petri accēdiſſet: i editui furentē ac
iam faciem intentem adminiſtraſſent. Pon-

tifex autem haud ſatis tuto in laterano con-
ſiſtens:ꝙ iamiam irrupturos germanos vi-
debat:i edes fregepanum ad palladiū diuer
tentes cōfugit. Tum vero Gulielmus Sici
lie rex magni Gulielmi filius:audito pon-
tificis diſcrimine:magnā vim pecunie ⁊ tri-
remes duas paratiſſimas ei miſit:Inſtabat
cū populo romano Federicus cui pacem ꝓ-
mittebat:vt de duob⁹ pontificib⁹ digniorem
eligeret:altero eliminato ⁊ reiecto Que res
certe cum tota ad Federici nutum ſpectaret:
pōtifex noctu abiēs nauigatiōe:ſalutem ſibi
fuga queſiuit.Caietam primo mox Beneuē
tū delatus.Expulit ⁊ Federicū ab vrbe Ro
ma peſtis:qua paſſim veluti pecora ⁊ ciues
et milites appetebant.Venienti autem in Ci
ſalpinā Galliam Federico imperatori fede-
rate ciuitates cum exercitu obuiam fiūt:q̄s
acriter nimium inſtantes detrectato certa-
mine ſtudioſe vitans in Germaniam ꝑuenit
Abeūte itaq̨ Federico:ſocie ciuitates Alex
andriā de nomine Alexandri pontificis nun
cupat:apud Rouertum Taro animi adia-
centē:paribus animis īpenſaq̨ condunt:in
eamq̨ ex omnibus ciuitatib⁹ quindecim mi
lia hominū ad īcolēdū mittūt.diuiſis agris
viritim:partitiſq̨ in vrbe locis ad edifican-
dū.Romani aūt accepte cladis mēores abe-
unte Federico Albā vi capiunt ac diruunt
Idē etiā in tuſculanos feciſſent:ni pontifex
eos nunc minis:nunc execrationibus a tan
to facinore deterruiſſet.Miſit tum etiā He
manuel īperator Cōſtantinopolitanos ali-
os oratores qui maiora pollicebant̄:ſi pōti-
fex ī ſententiā ſuā deſcēdiſſet:quib⁹ Alexan-
der ita reſpondit:ſe nolle id in vnum cōiun-
gere:q̄d olim de induſtria maiores ſui diſiū
xiſſent.Morit̄ interim Guido cremēſis an-
tipapa ī baſilica ſancti Petri:Quā magno
Federici preſidio adhuc obtinebat:cuius in
locū a ſeditioſ̄ quibuſdā ſufficit̄ Iohānes
ſarmienſis abbas ex Pannonia:vir pridem
furto infamis:cuiq̨ Aiuo comes ſibi timēs
ob cladē antea romanis īlatam:Tuſculū
tradidit montemflaſconem ex pacto receptu
rus.Verū cū Aiuo a flaſconēſib⁹ nō recipe-
ret̄:recuſarentq̨ tuſculani antipapam reci-
pere:Tuſculum rediens omnino excludit̄.
Inde vero ad Alexandrum qui tum Veru-
lis erat abiens:ius omne ſuum quod in Tu
ſculo habebat ei condonauit.Vnde tuſcula
ni publico etiam decreto ac conſilio adhibi-
to pontificem recipiunt quo in locum Hen-
rici Anglie regis oratores auditi ſunt regē
ſuum purgantes:ꝙ falſo diceretur in necem
beati Thome archiepiſcopi cantuarienſis
coniuraſſe. Hanc ob rem pontifex cum
non facile oratoribus regis crederet:in An
gliam duos cadinales cum magna pote-
ſtate mittit:qui rem ipſam diligenter inſpi-
cerent:quib⁹ certe rex omiſſo hybernico bel
lo:quo erat implicitus honoris cauſa apud
Normanniam occurrit:req̨ diſcuſſa ad hoc
ventum:vt Henricus iuramento adhibito:
cum non ſatis de facto conſtaret:ſeſe purga
uerit promiſeritq̨ ſe penitentiā pro nece ſan
ctiſſimi viri acturum.cui⁹ etſi fuiſſet inſons
atq̨ inſcius:occaſionem tamen preſtitiſſe ſit
viſus:ꝙ viuentem ſimultate et odio perſecu
tus ſit.Additum preterea vt ducentos mili-
tes Hieroſolimam mitteret:qui ſuis auſpi-
cijs:ſuaq̨ impenſa per annum contra ſara-
cenos dimicarent:vtq̨ ipſe triennio cum q̄n
to poſſet exercitu contra barbaros bellum
gereret:libertatem eccleſiaſticam in ſuo re-
gno tueretur appellationibus ad curiam ro
manam factis non aduerſaretur.His autē
rebus iureiurando confirmatis:regni An
glici titulum in ſe atq̨ in heredes ſuos trāſ-
ferri meruit:pontifice annuente.Hinc autē
obſeruatum eſt:vt omnes anglici reges a ro-
mano pontifice regni iura recognoſcāt Alex
ander autē diu cum romanis colluctatus:
cū diceret ſe vrbem eoꝝ pace ingreſſum:nil
amplius q̄ rem diuinam curaturū omiſſa
eis cura rerū ſecularium:cū id etiā non impe
traret Segniā ꝓficiſcit̄:ibi auditis legatis
q ex Anglia venerant:cognitiſq̨ bti Tho-
me miraculis:eū in numeꝝ ſanctoꝝ refert.
Federic⁹ autē ī Italiā ꝑ mōtē Ciniſium redi
ens Secuſā dolo captā diruit:Aſtēſes timo
re ꝑculſos ī deditionē accipit:Alexādriā mē
ſes q̄tuor ꝑ qui obſidiōe ꝑmēs:magnū īcōmo-
dū ab erūpentib⁹ accipit.Poſtea vō ꝑteſus
lōgidine laboꝝ ī die paſchatis obſidionē ſol
uēs Papiā venit:vbi de pace Italie ē actū.
īterpoſita pōtificis auctoritate quā veneti cū
īpatore Cōſtātinopolitano antea ſenticutes
libēter amplexi ſūt.obuiolatū a grecis ius
gētiū.Henricū ei dandalū ciuē ſuū legatū
ad Hemanuelē miſſū tādiu cādētia enea īſpi
cē coegē q̄ad ocloꝝ acies amitteret.Interea
vō Almeric⁹ hieroſolymitan⁹ rex Cairū ob-
ſidens q̄uis ſpe potiūde vrbis non careret.
tn̄ ingenti pecunia accepta.obſidiōē ſoluit ī
Aſcalonā mouēs qu ā paulop⁹ re itē īfecta
religt.q ꝯmeatib⁹ īdigēt.q q̨ et milites feſ-
ſos diutio ⁊ ḡui labore cernēt domū ar̄ ꝛdiēs.
cū n̄ diu ſupuixiſſet moriēs filio balduīo re-
gnū ꝛligt.q ⁊ ſi lep̄ ac gdē vehemēti labōauit

regnum tñ ꝓſtantiſſime ac prudentiſſime gu
bernauit. Alexander aũt pontifex cũ iam pa
cata eſſe omnia exiſtimaret. Alexandrie no
ue vrbi epm̃ dedit: anno ſalutis nr̃e milleſi
mocenteſimoſeptuageſimoquinto. Verũ non
ita diu Federicus in ytaliam cũ magnis ex
ercitib⁹ deſcendẽs omnia ſtatim infeſta red
didit. Mediolanenſes tñ adiuuãtib⁹ ſocijs
omnib⁹: eius copias ita attriuẽ freq̃ntib⁹ ꝓ
lijs: vt paulũ abfuerit qn ipe q̃ʒ imꝑator ſub
foſſo eius eq̃ interficeret̃. Ex papienſib⁹ aũt ⁊
comenſib⁹: q imꝑatori fauebant multi deſide
rati ſunt. Ipſum vͦ papienſem epm̃ pallij ⁊
ferende crucis dignitate ꝑuauit pontifex: qꝛ
in ꝑtes imꝑatoris declinauerat. Tuʒ vͦ Fe
derici ꝓceres arbitrati id ei accidiſſe: q̄ eccle
ſiam dei ꝑſeq̄ret̃ palaʒ: minari ſe in patriaʒ
redituros. omiſſa tam iniq̃ militia ni ꝓpere
cum pontifice in grãm rediret. Dũ itaqꝫ pax
in ytalia tractaret̃ in locum Noradini ſara
cenoꝝ regis demortui Saladin⁹ vir fortiſſi
m⁹ ſufficit̃: q rege Egipti armis capto atqꝫ
occiſo. Egiptum ſtatim ac Syriam ſuo ad
iecit imꝑio. In xp̄ianos deinde mouẽs neq̄
q̃ certe tali fortuna vſus eſt. Nam ꝑmo ꝑlio
apud Aſcalonaʒ: ſecundo ad Tyberiadem
duce Balduino ſupat̃. Compatis deinde
copijs ꝯ̃ Hemanuelem in Siciliam ꝓfectum
exercitum mouet quem ſimulata fuga in an
guſtas ꝯualles ꝑtractum ſupat ⁊ capit: eaqꝫ
ꝯditione omittit: vt q̃ in Aſia cepat: ſtatim
dimittẽt. Conuenerat iaʒ Venetias Alexã
der ꝯponende pacis ytalie cauſa: eo ⁊ Fede
ricus accedẽs in veſtibulo ſancti Marci põ
tificis pedes exoſculat̃: ſimul deinde ad alta
re maius ꝓfecti: accepta dataqꝫ ſalute de fe
derib⁹ pacis inter ſe multum diuqꝫ collocuti
ſunt: q̃ poſtea ſeq̃nti die ex ſnia ꝓfecta ẽ. Abi
ens deinde imꝑator cum bona pontificis ve
nia. Rauennam ꝑmo mox bertonoꝝ ſe ꝯtu
lit: qͦd opidum cum retinẽ ob opportunitateʒ
loci inſtituiſſet: Rogatu Alexandri eccl̃ie tã
dem reſtituit. Abiens q̃ʒ Venetijs Alexãder
cũ triremib⁹. xiij. gulielmi ſiculi ⁊ q̃tuor ve
netoꝝ ornato ob bñficiũ acceptũ coꝝ ſummo
magiſtratu inſignib⁹ qbuſdam ⁊ munerib⁹.
Si pontũ ꝑmo venetis delat⁹: atq inde troiã
⁊ Beneuentũ ꝑ caſſinenſeʒ ſaltum Anagni
am ſe ꝯtulit: vbi non diu immorat⁹ Tuſcu
lum petens: de abrogandis ꝯſulib⁹ agẽ cum
romanis cepit anteq̄ pax ꝯponeret̃. Verũ qꝛ
res in q̃nq̃geſimum annum ꝓtracta tolli dif
ficillime videret̃: pacti ſunt: vt non ꝑus electi
a ꝑplͦo ꝯſules magiſtratum inirent: q̄ in vba
pontificis iurarent ſe eccl̃ie romane fideliſſi
mos fore: nihilqꝫ vnq̄ molituros qͦd dignita
ti põtificie obeſſet. Hoc itaqꝫ mõ reb⁹ ꝯpoſi
tis pontifex tercium Romam ꝓfect⁹: ꝓdẽte
obuiam q̃tulatõis ⁊ honoris cauſa: honora
tiſſimo q̃ʒ ꝯcilium ſtatim in Laterano ꝯcele
brat: tum vt mores curie iaʒ nimia licentia
labefactatos ꝯponẽt: tum vel maxime vt de
cerneret̃ ſub anathematis pena: ne qs ferꝛ:
ligna: armaue infidelib⁹ ⁊ a religiõe nr̃a ali
enis importaret: Moriens h̄ fere tp̄e Hema
nuel ꝯſtantinopolitan⁹ imꝑator. Alexium fi
lium hẽdem imꝑij relíq̃t: Andronico greco
regia ꝓgenie tutore dato: q aliq̃t annis imꝑi
um ſapient̃ ⁊ ſumma cum fide admiſtrauit.
Eius q̃ʒ ꝯſenſu Philipp⁹ Francie rex Agne
tem filiaʒ adoleſcenti in mr̃imonium locat.
Balduin⁹ item q̃rtus hui⁹ nominis Hiero
ſolimitan⁹: q̃ rem ſuam ſtabiliorem reddẽt.
ſororem Sybillam Gulielmo Montiſferra
ti marchioni cognomẽto Longaſpata viro i
re militari ꝑſtantiſſimo in vxorem collocat:
arbitratus ſi opus eſſet Gulielmũ ip̄m cum
alijs xp̄ianis ꝑncipib⁹ rei ſue laboranti opeʒ
ſtatim allaturꝝ. Interim vͦ Alexander poſt
longos ⁊ aſſiduos labores: cum iam qetur⁹
a tyrannicis ꝑturbationib⁹ videret̃: pontifi
cat⁹ ſui anno. xxj. die. xix. rome morit̃: ſub
latis ꝑus e medio q̃tuor ſciſmaticis pontifi
cib⁹. quoꝝ ſeditõib⁹ eccl̃ia romana fere ſub
uerſa eſt.

## Lucius. iij.

Lucius terci⁹ natione tuſcus: Lu
ca vrbe: gente nobili oriũdus: om
nium ꝯſenſu eo temꝑe pontifica
tum inijt quo Andronicus grecus (quem di
ximus) Alexio pupillo tutorem datum: pul
ſis latinis q puero fauebant conſtantinopo
litanum imperium vſurpauit: necato in vn
dis puero: dum laxandi animi cauſa ꝑuo na
uigio huc illuc temẽ dilabit̃. Preterea vͦ ne
facinore partam tyrannidem amitteret: faci
nus haud paruum addidit. Naʒ ꝓceres om
nes quoꝝ vͥtutem ſuſpectum habebat breui
inẽfecit. At vͦ Gulielmo longaſpata Hiero
ſolimis mortuo. Balduin⁹ rex nepoti ꝯſultu
rus Sibillaʒ nouo marito collocat. Guido
ni luſigniano e pictauoꝝ gente oriundo: hac
tñ lege: vt ſe mortuo Guido ꝓ nepote Baldu
ino quoad puericiam ſuꝑgrederet̃ regnum
gubernaret: illudqꝫ deinceps nepoti tradẽt
Agebant̃ hec oĩa Lucij põtificis auctoritate

qui ad chriſtianam rempu. pertinere arbi-
trabaẽ: principes Aſie ꝙ maxime inter ſe
beniuolentia et affinitate cõnexos eſſe: quo
facilius ſarracenis et thurcis in bello reſiſte
rent. Is tamẽ ex vrbe deijcitur: dum fauenti
bus quibuſdam ciuibꝰ romanis abolere cõ-
ſulum nomen annititur. Fautoribus eius ĩ
vrbe deprehenſis effoſſi oculi ſunt. Accepta
autem tam inſigni contumelia pontifex Ve-
ronam profectus cõcilio habito: et romano
rũ licentiã ac ſuperbiam improbauit: et prin
cipes omnes chriſtianos adhortatus eſt: vt
noſtris in Aſia pro fide chriſti laborantibꝰ
ſuccurrerẽt: maxime vero cum ſeditione prin-
cipũ noſtroꝝ hoſtes freti duce Saladino hie
roſolimitanũ agrum popularẽtur. Nã pul-
ſo Guidone luſigniano ab adminiſtratione
regni ob ſuperbiam: Bertrãdo comite Tri
politano tutore deſignato: ad arma ciuilia
res ipſas ſpectare videbaẽ. Non deſtitit tñ
pontifex et litteris ⁊ nuncijs eos adhortari:
vt poſitis ſimultatibus vna mente eodemqꝫ
animo tãdiu hoſtibus reſiſterẽt: ꝗad noue
copie in ſupplementũ militie ſubmitterẽtur.
Iam enĩ inſtante Heraclio patriarcha hie-
roſolymitano: qui primo Veronam eius rei
cauſa ad Lucium venerat: deinde ad philip
pũ francie regem acceſſerat: milites cruce ſi-
gnati ad tantam expeditionẽ mittebanẽ. Ve
rum Gulielmus Sicilie rex iniquo tempo-
re iniurias latinis ab Andronico cõſtanti-
nopolitano imperatore illatas vlturus: cuꝫ
armato exercitu in Greciam traijciẽs om̃ia
perturbauit. Nam et Theſſalonicam Ma
cedõie vrbẽ vi cepit: ⁊ multas Grecie Thra
cieqꝫ ciuitates varijs calamitatibꝰ affectas
partim cepit: partim diripuit: nuſꝙ occur-
rente Andranico: ⁊ dijs et ciuibus ſuis inſe
ſto, ꝓpterea ꝙ multos occiderat: pleroſqꝫ exi
lio dãnauerat. Hac vero neceſſitate impulſi
et coacti conſtantinopolitani ciues Iſahac
quendam regia ꝓgenie ortum e peloponeſſo
ad imperiũ vocant: qui Andronicũ prelio ſu
peratũ: et captum varijs cruciatibus inter-
fecit. Quo ſublato Lucio pontifici haud dif
ficile fuiſſꝫ: Gulielmum regem pace cũ Iſa-
hac compoſita impellere pollicitationibus
⁊ premijs vt in Aſiam traijceret. Verꝫ dũ ob
hanc rem nuncij vltro citroqꝫ mitterenẽ: Lu
cius vir optimus põtificatus ſui anno quar
to menſe ſecundo: die decimooctauo Vero-
ne moriẽ: ſepeliturqꝫ magna adhibita pom-
pa ante altare cathedralis baſilice. Hic au-
tẽ põtifex nõ immemor patrie ſue: eam mul-
tis muneribus: tum diuinis: tum humanis
ante mortem ornauit. Ab imperatore enim
Federico quo cum in pace vixit: obtinuit
ne hetruſci alia ꝙ moneta lucenſi vterentur
queẽadmodum Longobardi ſolam papiẽſeꝫ
admitterent ſignatã imperatoria nota. Nã
ciſalpinos iam antea põtifex imperatori cõ
ciliauerat. Scribit Ptolomeus Lucenſis et
Petrũ comeſtorem: qui hyſtoriam vtriuſqꝫ
teſtamẽti cõſcripſit: et Ioachinum abbatem
in Calabrya apud monaſteriũ Floris ab eo
cõditũ in precio tum fuiſſe: doctrina ⁊ diui-
nandi arte: quã ſub ambagibus quibuſdam
pre ſe ferebat.

## Vrbanus. iij.

VRbanus tercius patria mediola
nenſis: patre Iohanne: e gente
Cribella: pontificatũ iniẽs reuo
care ad ꝯcordiã chriſtianos ꝑncipes ꝑmo an
nixꝰ eſt: ne diſſidentes a barbaris opprimerẽ
tur. Verꝫ mortuo Balduīo quarto lepra la
borante: non potuit tripolitanus comes tu-
tor Balduini quinto deſignatus curã eius
ſuſcipere: Sibylla pueri matre Guidoneqꝫ
Luſigniano ꝓhibentibꝰ. Non ſupuixit diu
puer: octauo enĩ menſe poſt patrẽ moriẽ: cu-
ius mortẽ tãdiu occultauit mater: donec lar
gitionibꝰ ac blandicijs in ſententiam ſuipſi-
us deducto patriarcha et proceribus Gui-
donem creari regem obtinuit. Tulit eã qui-
dẽ rẽ ꝗuiter et iniꝗ aĩo Raimũdꝰ tripolitanꝰ
comes: atqꝫ quo ei faciliꝰ vlciſci ĩ iurias ſu
as liceret: inducias cũ Saladīo paciſciẽ. Hoc
itaqꝫ modo Tripolis ⁊ Tiberiadis et Gali
lee ꝑncipatꝰ a chriſtianis auulſus eſt. Rai-
mũdo enĩ comiti tum parebãt ob vxorẽ quã
nuper duxerat: ⁊ ne quid Saladino deeſſet:
occaſionẽ belli gerẽdi enixe ꝗrenti Montis
regalis xpianꝰ ꝑnceps: q vltra Iordanẽ lon-
ge ac late imperitãs annonã ⁊ quidẽ abun-
dantẽ Hieroſolymis ꝑpetuo ſubminiſtra-
bat: inducias temere violauit. Hanc ob rem
Saladinus veniſſe tẽpus ratus: qđ maxime
expetebat cõparato ingenti peditũ atqꝫ equi
tũ exercitu ad ptolomaida caſtra ponẽs cũ
tẽplarijs ĩ ꝑſidio poſitis acerrime dimicat.
Fuẽ ſuꝑiores tẽplarij: optio tñ ꝗꝫ de ſuis oc-
ciſo. Nã ⁊ mgr̃ militie ⁊ pleriqꝫ alij ꝯſilio ac
mãu ꝓmpti eo ꝑlio cecidẽ. Auxit exẽcitũ ſala
dinꝰ ⁊ a calamitate aĩum ſumẽs: tẽplarios
magis magiſqꝫ vrget. Hãc ob rẽ Raimũdꝰ
haud ſatis Saladino credens: Tyberiadi
vxore relicta: quã firmiſſimo ꝑſidio muniẽat
Tripoli reuerſus: ĩ gr̃aꝫ cũ Guidõe rediẽs:
barbaroꝝ ĩducias ꝯtẽpſit. ꝗre Saladiꝰ belli

gerendi occaſionem nactus: Ptolomaida omiſſa in Tyberiadem ſuo iure mouet. Inſtantibꝫ itaqꝫ xp̄ianis omnibꝫ: maxime vͦ tēplarijs: vt exercitus in hoſtē duceret. Guido rex in Saladinum mouens: q loco irriguo ⁊ ameno caſtra poſuerat: repulſus ab hoſte haud longe caſtrametatꝰ loco iniq̄ ⁊ arido: ſeq̄nti die ad pugnam ꝯpellit: ac magna clade ſupat: laborantibꝫ ſiti xp̄ianis. In tam vͦ ſiniſtra pugna capti fere oēs p̄ncipes ſunt: maxime aūt Guido rex ⁊ templarioꝝ magiſter: q̄ꝝ de numero multi ſecuri pcuſſi ſunt. Hac itaqꝫ victoria potitꝰ Saladinꝰ: Aconē ꝓpere duxit: quam ſtatim xp̄iani dedidē: cū ſingulis veſtimentis abire pmiſſi. Eadē q̄ꝫ fortuna vſus Beritum Biblium ac maritima omnia occupat: ſoli Aſcalonite munitionibꝫ fiſi rn̄derunt. ſe non niſi poſt captā hieroſolimā deditōnem facturos. Multum certe Saladini humanitas ⁊ fides xp̄ianis obfuit. Nemo eīn adeo ſe eq̄lem oibꝫ p̄bebat: eius impium aſpnat. Is itaqꝫ Aſcalonam mouens decem dieꝝ oppugnatione eam his ꝯditōnibꝫ in deditōnem accepit. vt reddito Guidone rege ⁊ templi magiſtro: q̄s in vinculis habebat: ciuitatem dedētibꝫ incolis accipet. Ut hec aūt deditio q̄ꝫ primū fieret Saladinꝰ ꝓperabat: q̄ iam Tyꝝ puenīſſe Cōradum intellexerat Montiſſerrati marchionem cum claſſe ab yſaac imꝑatore ꝯſtantinopolitano accepta: cuiꝰ ſororē nuper in vxorem duxerat eoqꝫ puētuꝝ breui ſupplicabat Gulielmum Sicilie regem cū triremibꝫ. xl. At vͦ thurci cum intellexiſſent tanta cū glīa xp̄ianos a Saladino ſupatos: emulatione glīe moti: Laodiciā ꝓfecti vrbe recepta: in Antiochenū agꝝ deſcendunt: q̄ in loco a xp̄ianis tanta clade ſupati ſunt: q̄ntam Saladinus xp̄ianis intulerat. Oppugnabat tum Saladinꝰ vrbem hieroſolimitanam: ⁊ q̄dem acriter: quā tandē. ij. q in p̄ſidio erant deſpatis ſuppetijs: hac ꝯditōe dedidē octauo ⁊ octuageſimo anno poſteaq̄ꝫ a Gothifredo capta fuerat: vt tantū abeunti cuiqꝫ ferre licēt: q̄ntum ſuis tm̄ꝰ humeris ſuſtinē poſſet. Migrātium xp̄ianoꝝ ps Tyꝝ: ps Antiochiam: ps Alexandriam delata eſt. Inde vͦ multi deinceps ſicula claſſe in ytaliam delati ſunt. Saladinꝰ aūt hieroſolimam ingreſſus: campanas p̄mo e turribꝫ deiecit: mox baſilicas omnes p̄ter Salomonis templū ꝓphanauit. qd̄ p̄uſq̄ꝫ ingrederet aq̄ roſacea lauiſſe ferūt Manſere hieroſolimis xp̄iani aſiatici: ſyriani: armenij: iacobite: georgiani: greci pmittente Saladino: q relicto eo loci firmiſſimo p̄ſidio Tyꝝ ꝓpere ducit: quam Gulielmus publico ꝯſilio: auxilioqꝫ defendendam accepat. Hic itaqꝫ Sicule claſſis auxilio fretus. Saladinū ab vrbe repulit. Verꝝ cum poſtea ꝯſtaret hominem ferocē Antiochiam oppugnande vrbis cauſa ꝓfectum. Urbanꝰ pontifex q omnibꝫ viribꝫ annixus fuerat ne hieroſolime capent. Venetias ꝯgande claſſis gr̄a ꝓficiſcens: dolore animi quē ex calamitate xp̄ianoꝝ accepat. Ferrarie in itinē morit: pōtificatꝰ ſui anno p̄mo. men. x. die. xxv.

## Gregorius. viij.

Gregoriꝰ octauus patria beneuētanꝰ: ſummo omnium ꝯſenſu pontifex creatus: ſtatim nuncios ⁊ litteras ad p̄ncipes xp̄ianos mittit: eos cohortatus: vt viribꝫ omnibꝫ vna ſecum ꝯpato exercitu: terra mariqꝫ hieroſolimam ab hoſtibꝫ captam recuparent. Quo vͦ id liberiꝰ fieri licēt: ipē Piſas ſtatim ꝓficiſcit. vt ꝯpoſita inter piſanos ⁊ genuenſes pace: vtrūqꝫ ꝓplm bello maritimo p̄potentem in ſanctam expeditionem ꝯcitaret. Verꝝ dum hec intentiore cura vir ſanctiſſimus agit piſis morit: pontificatus ſui die. lvij.

## Clemens. iij.

Clemens terciꝰ p̄ria Romanꝰ: patre Johanne: cognomento Scholaris: pontificatū iniens ſtatim de bello in ſaracenos gerendo edictum ꝓponit. Nam Saladinꝰ ſecundam victorie fortunam ſecutus: iam ciuitates q̄nqꝫ ⁊ viginti de p̄ncipatu antiocheno cepat. ipamqꝫ Antiochiam corrupto largitōnibꝫ patriarcha deniqꝫ occupauēat. Hanc ob rem moti xp̄iani p̄ncipes bene admonente pontifice arma ſumunt: quoꝝ de numero p̄cipui fuere Federicus imꝑator: Philippus Francie: Ricardus Anglie reges: ⁊ Otto Burgundie dux ſubſeq̄ntibꝫ multis ep̄is archiepiſqꝫ. Veneti q̄ꝫ ⁊ Piſani patiſſimas eduxere claſſes. Venete p̄fuit archiep̄s Rauennas: Piſane piſanus p̄ſul. Gulielmꝰ aūt Sicilie rex pacato a piratis mari anno nam omnifariā ex Sicilia ⁊ Apulia ꝓficiſcentibꝫ ſubminiſtrabat Friſones p̄terea Dani ⁊ flandrenſes cū q̄nq̄ginta triremium claſſe inter nauigandū ad Aphrice littora flectētes ſaracenos magnis incommodis afflixere: capta ac direpta Siluma eoꝝ vrbe. Bela aūt Polonie rex ſaluti xp̄ianoꝝ ꝯſulens vngaris pacem dedit: quo

omnibꝫ ꝓficiſci facilius ad tantam expediti-
onem liceret. Tyrum iam ꝑuenerant om-
nes: indeq́ꝫ paribꝫ animis e Ptolomaida mo
uerant: vrbemq́ꝫ oppugnabant: cum ſupueni-
ente cum magno exercitu Saladino: ⁊ a ter-
go ⁊ a fronte eodem tempe ꝯ hoſtem dimica-
re neceſſe fuit. Pugnatum eſt diu atq́ꝫ acriter
⁊ iam ad xp̄ianos victoria inclinabat: cum
equus e manibꝫ gregarij cuiuſdam elapſus
xp̄ianis fugiendi initium fecit arbitrantibꝫ
ſuos in fugã verſos. Uerũ Gaifredus luſigni
anus ad cuſtodiam caſtroꝝ relictꝰ: eruptio-
ne facta ⁊ hoſtes repulit: ⁊ ſuis animum ad
reſiſtendum dedit. Conſtat tñ ex xp̄ianis ad
duo milia eo die ceſos fuiſſe. Periere itez ex
acceptis vulneribꝫ templarioꝝ magiſter ⁊
Andreas bremenſis comes. Durante aũt diu-
tius obſidione: tanta fame obſidẽtes oppreſ-
ſi ſunt: vt etiam ab hoſte annonam peterent
Quare Saladinus bene gerende rei oppor-
tunitatem nactꝰ caſtra reꝝ omnium copia re
fecta ſine vllo cuſtode dimiſit ad q̄ diripien-
da cum paſſim nullo ſuato ordine xp̄iani ac-
curriſſent. Saladinꝰ rediens multos incau-
tos ⁊ nil tale opinãtes opprimit. Non deſeru
ere tñ tamq̃uem ⁊ diutinã obſidionẽ xp̄ia-
ni licꝫ ad cetera mala dyſenteria q̄ꝫ ĩ caſtris
laboratũ ſit: q̄ ꝗdem morbo ⁊ Sibylla Gui-
donis vxor ⁊ q̃tuor filij quos ex ea ſuſcepat
in caſtris ꝑiere. Interim vero dum hec in Aſia
agerenť. Gulielmus Sicilie rex Panormi
moriť: cuiꝰ regnum ad eccl'iam recidebat: nul
lo legittimo herede relicto: licet inſule ꝓce-
res Tancredum ſtatim ſuffecere ex Roge-
rio Normano ⁊ pelice q̄dam genitum homi-
nem certe tante ſecordie: vt eum Gulielmus
negaret ex Rogerio genitum. Repetiturus
itaq́ꝫ ſua iura Clemens pontifex copias eo
celeriter miſit. qbꝫ dum Tancredus reſiſtit
rapinis ⁊ cedibꝫ omnia r̄pleta ſunt. Moue-
rat iam copias ſuas in hoſtes xp̄iani nomi-
nis Federicus ⁊ per Ungariã iter faciens:
thracianiq́ꝫ iam ꝯſtantinopolim ꝑuenerat:
quem certe Yſaac impator eius potentiam
veritꝰ traijcẽ. Boſphoꝝ ſtatim adhortatꝰ eſt
Tranſmiſſis itaq́ꝫ copijs. Federicꝰ inſtante
etiam l̄ris ⁊ nuncijs Clemente: ⁊ Philome-
nam vrbem de thurcis capit: ⁊ agꝝ Iconio
adiacentem populať: ⁊ Armeniã minorem
in p̄tatem ſuam redigit. Uerũ dũ lauandi cã
rapidũ amnem in explorato ingrediť: in vn-
dis ꝑijt. Tum vero eius exercitꝰ in Antioche-
nũ agꝝ delatꝰ ꝑtim morbo: ꝑtim fuga ꝯſum-
ptꝰ eſt. Philippꝰ aũt Richardusq́ꝫ reges: galli
co tyrrenoq́ꝫ pelago Meſſanam ſimul delati
varia fortuna deinceps vſi ſunt. Nam Phi-
lippus ꝓſpa nauigatione vſus Ptolomaidẽ
portum attingens: xp̄ianoꝝ exercitum ⁊ ani
mos auxit. Richardꝰ vero tempeſtate in Cy-
prum delatus: cum a grecis portu ꝓhibereť:
inſulã vi ingreſſus expugnatã: ſpoliatãq́ꝫ
firmo ſuoꝝ ꝯmuniens p̄ſidio Ptolomaidẽ
tandem in caſtra ꝑuenit. Oppugnabať tum
acriter vrbs. ꝗ inerat validum Saladini p̄ſi
dium: quo ꝗdem ꝑſepe erũpente: xp̄iani ma-
gna incõmoda recipiebant. At vero Clemens
omiſſo tantiſper Tancredo: donec xp̄iani ꝯ
ſaracenos dimicantes meliorem fortunam
nãciſcereñť: ad ꝯponẽdas res eccl'iaſticas ani
mum adiecit. Nã ⁊ mores clericoꝝ quorũ-
dam non ſatis ꝓbatos ſeueritate ſua emen-
dauit: ⁊ clauſtꝝ ſancti Laurentij ex̄ muros
edificauit: ⁊ laterani edes non mediocri im-
penſa reſtituit. templũq́ꝫ vermiculato ope ac
muſiuo exornauit. Moriẽs deinde haud ita
multopꝰ põtificatꝰ ſui anno tercio. mẽſe. v.
in baſilica lateranenſi ſepeliť: ducta ingenti
funeris pompa.

## Celeſtinus. iij.

Celeſtinꝰ tercĩꝰ patria romanꝰ: p̄re
Petro: cognomẽto Bubonis põ-
tificatũ adeptꝰ: egreferẽs Tan-
credum regno Sicilie potiri. Conſtantiam
rege Rogerio natã occulte e monaſterio pa-
normitano eduxit: eamq́ꝫ licet deo dicatam
Henrico ſexto Federici barbaroſſe filio di-
ſpenſatõne ap̄lica in m̄rimoniũ collocauit.
Hac ꝯditõe vt regni Sicilie cis ⁊ vlť Phar
dotis noĩe repetẽt refuato cenſu q pontifici
feudatario iure q̄tannis ſolueret. Hac aũt bñ
ficẽtia motꝰ Henricꝰ Tuſculũ (qđ ipſe firo p̄-
ſidio munierat) Celeſtino reddidit: qđ ſtati
rõni põtifice acceptũ adeo dirupuere euertẽ-
q́ꝫ. vt ſaxo demolite vrbis in capitolio vſq́ꝫ ad
multã etatẽ in memoriã tante cladis ſuata
ſint. At vero Henricꝰ ⁊ Conſtãtia Neapolim
oppug̃ntes ſoluẽ obſidionẽ: coacti ſunt peſte
exercitum populante. Xp̄iani aũt q biennio
Ptolomaidem obſiderant: tandem eam de-
dente preſidio receperunt his conditioni-
bus: vt ⁊ pars dominice crucis: quam ſuperi
us amiſſam diximus a Barbaris reddere-
tur: ⁊ eiuſdem cum ſingulis veſtimentis ab
ire liceret. At vero cum dominica crux nõ repi-
retur: multos e barbaris Richardus truci-
dauit. His itaq́ꝫ malis ꝑterritꝰ Saladinus

deſperanſq; poſſe reliqua tueri: q̄rundam
vrbium menia demolit⁹: de redeṇda xp̄ianis
Hieroſolima cogitauit: qđ certe ne faceret:
diſcordia int̄ Philippum Ricardumq; orta
de p̄ncipatu inter ſe ꝯtendentes effecit. Vez
abeunte ex Aſia Philippo: ſimulato interim
morbo. Ricardus maiori animo rem belli-
cam deinceps aggredit̄: eo potiſſimum t̄pe q̄
Conradum Monferratū Tyri in foro agē-
tem ſicarij duo arſaculas ſaraceni vocāt gla
dijs ꝯfodē: deuoti p̄us ac iurati ſe hoſtes om
nes ſue ſup̄ſtitionis ea rōne inf̄ecturos. Hi
at̄ poſtea de fuga retr̄cti: exq̄ſitiſſimis crucia-
tib⁹ ſunt interempti. Henric⁹ v̄o Campanie
comes Iſabella regina in vxorē ducta. Ty-
ri dominatu potit⁹ eſt. At Ricardus Guido-
nem luſignianum blande eum appellando: in
eam ſentētiam tandem adduxit: vt ſibi regni
Hieroſolimitani iura ꝑmitteret: quem titu-
lum anglici reges adhuc vſurpant. Auctus
itaq; animo Ricardus obſidere Hieroſoli-
mam inſtituerat: verum in itinere a Salati-
no extremum agmen carpente vexatus: cū
iniquo loco decertare neceſſe eſſet: hoſtē ma-
gno ſuoꝝ incōmodo tandem ſupat. q poſtea
non longe a Bethleem munitiſſimo loco ca-
ſtrametatus intercipe comeat⁹ inſtituerat:
quominus ab egipto ad xp̄ianos Hieroſoli
mam obſeſſuros importarent̄. Ob hanc ita-
q; cauſam ⁊ ob hiemen q̄ iam appetebat Ri-
cardus relicta tam neceſſaria obſidione: ad
quā pontifex eum continuo ſubminiſtratis
pecunijs animabat. Aſcaloniam conceſſit:
quam pariter ⁊ Gazam a Saladino antea
deletas inſtaurauit. Dilabentib⁹ deinde paſ
ſim maritimis copijs. Piſani in hadriaticū
delati Polam capiunt eo loci hibernaturi.
Hanc ob rem veneti aucta maiorem immo-
dum ſue claſſe Piſanos pola eijciūt: vrbēq;
diripiunt: eos quouis in loco ꝑſecuturi: ni
Celeſtin⁹ reipu. xp̄iane cauens. vtroſq; ꝑpl'um
ad pacem cohortatus fuiſſet. Inſtabat iam
ver: ⁊ mouere copias Hieroſolimam Ricar
dus inſtituerat: cum ſubito nunciatum eſt re
gem Francie Normaniam ea mente vexare:
vt in Angliā traijciens regnum illud fratri
Iohanni acqreret. Mutata itaq; ſn̄ia Ri-
cardus pacē cum Saladino ꝯponit his cō-
ditōib⁹: vt ſibi omnia p̄ter tyꝝ ⁊ Ptolomai-
dem h̄ret: reliq̄ at̄ q̄ in ꝑtate xp̄ianoꝝ relicta
remanerent nequaq̄ vexaret. Ictis h̄ modo
federib⁹: Ricardus in europam rediens ab
hoſtib⁹ capit̄. Redempt⁹ at̄ ingenti pecunie
vi: tandem in Angliam, ꝑficiſcens: ſepe cum
rege Francie decertauit inclamante pontifi-
ce: q ſuo ac xp̄ianoꝝ omnium iniq̄ t̄pe tantū
certamen excitaſſent: maxime v̄o q̄ Saladi-
no mortuo tum maxime recuꝑari Hieroſoli
ma poſſet. Ferunt Saladini viri clariſſimi
tropheum h̄ in funē habitum. Eius eñ inte-
rior tunica lancea ſuſpēſa añ fun⁹ deferebat̄
p̄cone clamante. Saladinum Aſie domina-
torem: ex tanto regno tantiſq; opib⁹ nil aliđ
ſecum ferre. Dignum ſane tanti p̄ncipis ſpe
ctaculum: cui nil aliud ad ſummā laudē de-
fuit q̄ xp̄i character. Cū v̄o Saladino mor-
tuo: Celeſtin⁹ in magnam recuꝑande hiero-
ſolime ſpem veniens: Henricum imꝑatorē
q mortuo Tancredo regnum Sicilie occu-
pauerat: ad bellum aſiaticum adhortat̄: qđ
cum ip̄e obire non poſſet. eo Magūtinum
archiep̄m ⁊ Saxonie ducem cū magnis co-
pijs ꝓpere mittit. Idem q̄ꝫ feciſſet ⁊ Francie
rex: ni ſaraceni Mauritaniam incolētes: in
vlterioremq; hiſpaniam traijciētes: capto rege
Caſtelle: Beticam oīno cepiſſent: q̄ hodie
Granata dr̄. Non eī qeturos barbaros gal-
li arbit̄bant̄: tanta victoria elatos: h̄ illatu-
ros bella finitimis. Hanc itaq; ob rem mi-
litem in Europa retinebant. Germani v̄o i
Aſiam traijcientes ⁊ Beritum a ſaracenis
deſtitutum muniuē: ⁊ Ioppem obſidione ꝑſ-
ſam liberauerūt: petituri deinceps Hieroſo
limam: ni celeſtino tum mori ꝯtigiſſet ponti-
fice ſanctiſſimo: ⁊ q nil in vita p̄termiſit: quo
terra ſancta (ita eñ Hieroſolimas vocant)
recuparet̄. In tantis at̄ ꝑturbatōnib⁹ rex:
tantoq; ſumptu bellico edes egregias: tum
apud ſc̄m Petꝝ tum ad Lateranum edifi-
ficauit: q̄ recipi pontifices ꝓcōmode poſſent
Extant adhuc in Laterano value enee e re-
gione ſancta ſanctoꝝ ſuo iuſſu: ſuaq; impen-
ſa fabrefacta. Preterea v̄o ciuitatis nomen
Viterbio dedit: eccliamq; eoꝝ cathedralem
fecit Thuſcanenſem ⁊ Centūcellenſem: ita i
eādem transferens vt vn⁹ ep̄s omnib⁹ p̄eſſet.
Morit̄ at̄ Celeſtin⁹ pontificat⁹ ſui anno. vj.
menſe. vij. die. xj. ſepelit̄q; in baſilica Petri.
bonis omnib⁹ p̄ dolore ⁊ deſiderio hominis
lacrimantib⁹.

# Innocenti⁹. iij.

Innocenti⁹ terci⁹ patria anagnin⁹
p̄re Traſimūdo e familia comitū
vir etiā añ pontificatum doctri-
na ⁊ morib⁹ inſignis: a Celeſtino in nume-
rum cardinalium refertur: quo mortuo in
eius locum omnium conſenſu pontifex ſuf-

ficitur. Hic aūt ſtatim vbi magiſtratū iniȷt
bello aſiatico aīm adiȷciēs: germanos ꝓpter
Henrici mortē in Aſia tumultuātes retinere
in officio lr̄is. nūciȷs premiȷs: pollicitationi-
bus: conatus eſt. Verum id quidem fruſtra
tentauit. Germani eī̄ nemini obtēpantes: re
licta Aſia: in europā cum maxio chriſtiano-
rum detrimēto trāſeunt. potiſſimū vō Joppē-
ſium: in quos om̄i ope deſtitutos delati thur
ci. ſaraceniqꝫ etiaꝫ deditiōeꝫ facturos vi ca-
ptos ad vnum om̄es interfecere: euerſa ſtatī
a fundamētis vrbe. Orta ꝛ in Germania ſe-
ditio nō ꝑua eſt. cum pars electorꝫ Ottonē
Saxonie ducem: pars Philippum germanū
hetrurie ducem: quē Henricus tutorem filiȷ
moriens reliquerat. imperatorem optaret.
Et nequid mali ad perturbanda om̄ia deeſſꝫ
rex Francie Philippo: Ottoni rex Anglie fa
uebat. At vō innocētius ne tumultu om̄ia cō
plerenť. Ottoneꝫ imperatoreꝫ ꝯfirmat: legit
time ab his ad quos pertinebat electuꝫ. Nō
deſtitit tū̄ Philippus ob hanc rem: ꝛ Hetru
riam in Jtalia: ꝛ Sueuiā in Germania fir-
mo preſidio munire. Jdem fecit ꝛ Cōſtantia
Henrici vxor: que Federici ſcōi filiȷ adhuc
pueri Sicilie regnum cis ꝛ vltra Pharum
preter cōditioneꝫ ſexus. ad ꝓpulſandam vim
hoſtium cōſtantiſſime muniuit. Jncrebeſcēti
bus itaqꝫ hoc modo diſcordiȷs: nō omittēdū
belluꝫ Aſiaticum Jnnocētius ratus. ſua au-
ctoritate ꝛ Boīfaciū Mōtiſſerrati Marchi
onem. ꝛ Balduinuꝫ Flandrie: ꝛ Henricum
ſācti Pauli. ꝛ Lodouicuꝫ Sabaudie comi-
tes in ſaracenos mouit. Hi aūt om̄es ꝯiūctis
copiȷs Venetias delati: nō prius venetos per
pulere claſſem ī thurcos ꝛ ſaracenos armare
ꝙ polliciti ſunt om̄es paribus aīmis Lade-
raꝫ que iterum ad vngaros defecerat recupe
raturos. Comperata itaqꝫ claſſe. ꝛ tergeſti-
nos mare infeſtātes cōpeſcunt. ꝛ laderenſes
poſt longam obſidioneꝫ capiūt. Agebāť hec
in ſinu adriatico: cum Alexius Jſaac fratrē
imperatoreꝫ cōſtantinopolitanum. quo lati-
ni amiciſſimo vſi ſunt imperio depulit: ꝛ ca-
ptuꝫ oculis in vincula cōiecit. Hanc ob rem
Alexius adoleſcēs Jſaac filius ex fuga ī ca-
ſtra perueniēs opem pro patre contra tyrā-
num petit: que profecto hac cōditione ei con
ceſſa eſt: vt ꝛ grecam eccleſiaꝫ romāe ſubiȷce-
ret: ꝛ auri marcas. xxx. milia perſolueret ob
dāna: que olim Hemanuel impator venetis
franciſqꝫ intulerat. Hoc aūt modo ictis fede
ribus ab Jadera mouētes: dum Cretā preť-
labunť. eam puer Alexius in deditioneꝫ ac-
cipiēs: Bonifacio montiſſerratꝰ ſibi cogna-
tione ꝯiuncto ꝓdonauit. Jnde vō Conſtāti-
nopolim profecti. duꝫ terra mariqꝫ vrbeꝫ op-
pugnāť. Theodorum Laſcari Alexiȷ tyrāni
generum erumpere conātem intra menia re-
trudūt. vrbemqꝫ biduo cōtinuata oppugnati-
one vi capiūt. Aufugerat noctu Alexius: re-
licto magno auri pōdere apud Hirenem vir
gineꝫ deo dicatam. Redeūtes itaqꝫ in vrbem
pater Jſaac ꝛ filius Alexius nō diu ſuperui
xere. Pater eī̄ morbo: filius aūt veneno pe-
titus interire. Jnterea vō Bonifaciꝰ montiſ-
ferratus regno Theſſalie potitus: cum pecu
nia indigeret: ſuadēte Balduino accepta in-
gēti vi auri. Cretam venetis dedit. His autē
pecuniȷs fretus Bonifacius Hadrianopolī
a tyrāno preſſam oppugnans: ꝛ Valachos
olim romanos vlterioreꝫ Danubiȷ ripaꝫ in-
colētes: ꝛ Vulgaros vicios ī ſe excitat. Mul-
titudinem itaqꝫ hoſtium timēs Cōſtantino-
polim petiȷt. Soldano Jconiȷ iturus obuiaꝫ
qui Satellia vrbe greca capta: maximis ca-
lamitatibꝫ chriſtianos quotidie vexabat. Jn
nocētius aūt tot hoſtibus vndiqꝫ laceſſitus:
cōquiſitum vndequaqꝫ militem cōtinuo ſub-
mittebat. Qui vbi accepit Hilminolinuꝫ ma
xima claſſe in hiſpaniam traieciſſe. Toletū-
qꝫ oppugnare: publico edicto om̄es qui ferre
arma poſſēt. ad extinguēdum tantum incēdi-
um cōcitauit. Cōuenerāt eo multi Galli opē
hiſpanis allaturi. qui ſtatim in patriaꝫ redi-
ere: vbi aduētum ſuum hiſpanis minime gra
tum ſēſere. Hāc ob rem Hilminolinꝰ vtrāqꝫ
Hiſpaniam incredibili celeritate hoſtilem ī
modū ꝑuagatus. Arelatū vſqꝫ ꝛ Aueniōem
ꝑueniēs cedibus om̄ia ꝛ populatōibꝫ cōple-
uit. Hac aūt calamitate ꝑciti quatuor hiſpa-
nie reges Caſtelle. Aragoie. Portugalie: et
Nauarre. copiȷs ſimꝉ iūctis cū ſaraceō ꝯgreſ-
ſi maximā victoriā adepti: nil ꝑter Granatā
Hilminolino reliquere. Ob orta tuꝫ apud
Toloſā hereſis ē. quā innocētio ꝓcurāte be-
atꝰ Dn̄icus qui poſtea ī ſāctos rlatꝰ eſt: mira
celeritate ꝯpeſcuit. adiuuāte eī Simōe Mō-
forti. Nō eīm diſceptatōibꝫ verboꝝ tātū. verꝫ
etiā armis opꝰ fuit: adeo inoleuerat tāta here
ſis Otto interim romanorū impator vbiqꝫ a
Philippo ſupatꝰ. cū ī Agripia Coloia obſi-
deret: eruptōemqꝫ infeliciter tēptaſſet: a Co-
loniēſibus excluditꝛ: q ſtatim Philippo dedi-
tōeꝫ fecere. Nō diu tū̄ ſupuixit Philippus.
a comite nāqꝫ palatio inſidiȷs peritꝰ necatur
Cognita vō hꝰ morte germāi ducē Saxoniū
īpatorē deligūt. Ottonē qrtū appellatū: quē
Jnnocētiꝰ ſequēti āno Rome coronauit. Ve-
neti aūt tum maxime rei maritime ſtudētes

cum obire oīa publice nō poſſent. Priua-
tis etiam ciuibꝯ negociū dedere: vt quas vel
lent inſulas occuparent: modo in fide rei per
manerent. Unde multi ciues inſulas Ionij
⁊ Aegi occuparunt: publice tamen Corcyrā
Motonium Coronum in ſuam redigere po-
teſtatem. Otto vero quem diximus ab inno-
centio coronā imperij ſuſcepiſſe. contra ius
faſqꝫ occupatis monteflaſcone: Radicopha-
no: multiſqꝫ eccleſie romane oppidis: i regnū
neapolitanum mouens id adoleſcenti Fede-
rico ſecundo ſublaturus: cuius ob etatem cu
ram tutores adhuc gerebant: iram pontifi-
cis in ſe concitauit: a quo ⁊ anathemate no-
tatur: ⁊ imperij titulis priuatur: cum moni-
tus vt ab iniuria diſcederet parere deſierit.
Hāc ob rem bohemie rex cum maguntino ⁊
treuerēſi archiepiſcopis Lantgrauio. Turi
gie: atqꝫ Auſterie duce ſuadente Federicum
ſecundum Sicilie regem vigeſimum agentē
annum romanorum imperatorem deligunt.
Otto itaqꝫ in Germaniam rediens: paterne
ditioni conſulturus. Innocentio recuperan-
di omnia que in Italia ceperat facultatem
dedit. Veneti autem rebellantem Cretam in
fide armis continentes anno ſalutis milleſi-
moducenteſimoquartodecimo: eandē in Co
lonie formā redigere: miſſis eo ciuibus qui
cretenſes in officio continerent. Venerat tū
Romam Federicus ſecundus corone gratia:
quam vbi ab Innocentio impetrare nequi-
uiſſet. in Germaniam profectus regni Ger-
manie diadema a maguntino archiepiſcopo
accipiēs: cum Lodouico rege Francie ami-
citie ⁊ federis ſocietatē init. qua quidā ami
citia Lodouicus ipſe fretꝰ Iohāni anglie re-
gi bellum ſtatim intulit. Uerum Iohānes
auxilio diuino ⁊ humano vſurus: Angliam
Hiberniamqꝫ Romane eccleſie vectigales fa
ciens: centum auri marchas quotānis ſolu-
turum ſe pollicebatur: quod poſtea aliquan-
diu ſeruatum eſt. Federicus aūt Ottonem ꝑ
ſequēs: a Lodouico rege Frācie graui bello
ſuperatum Aquiſgranum cepit: ibiqꝫ iterū
Innocētij pontificis auctoritate fretꝰ vexil-
lū crucis ſuſtulit: laturꝰ (vt ipſe dicebat) opē:
⁊ q̄primum xp̄ianis ꝯtra ſaracenos in Aſia
dimicātibꝯ. Preterea vō vt grati aī ſignū ali
quod p̄ ſe ferret: Fundanum comitatū eccle-
ſie romane dono dedit. vel datū ātea ⁊ vſurpa
tū deinceps reddidit. At pontifex vbi videret
ſaracenoꝝ potentiā in aſia ꝯcreſcere apud la
teranū maximū ꝯciliū celebrat: cui interfuere
hieroſolomitanus conſtantinopolitanus pa
triarcha. metropolitani ſeptuaginta: epi q̄-
dringēti: duodecim abbates: priores ꝯuētu-
las octingēti: greci ⁊ romani impij legati. re
gū vō Hieruſalē: francie. Hiſpanie: Anglie
⁊ Cypri oratores. Venere multa tū quidem
in ꝯſultatōē: nec decerni tū quicq̄ aperte po-
tuit: q̄ ⁊ piſani ⁊ genuenſes maritimo: ⁊ ci-
ſalpini terreſtri bello inter ſe certabant. Eo
itaqꝫ ꝓficiſcēs tollēde diſcordie cauſa ponti-
fex Peruſij morit̄ pontificatus ſui āno deci-
mooctauo mēſe ſeptimo. die. xvj. cuius vita
adeo ꝓbata fuit: vt poſt eius mortē nil earū
rerū que in vita egerit: laudauerit: improba
ueritqꝫ immutatū ſit. Nā ⁊ decreta pleraqꝫ
retulit: quibꝯ tam locoꝝ q̄ clericorum mores
componerent̄. Scripſit ⁊ libros de ſacramē-
to eukariſtie: de ſacramēto baptiſmi: de infe-
licitate conditionis humane. Habuit itē ſer
mones temporibꝯ ⁊ ſolennibꝯ diebus accom-
modatos. Improbauit preterea abbatis Io
achin libellum quendam nō ſanam doctrinā
p̄ ſe ferentē. Damnauit ⁊ errores Almerici
heretici q poſtea Pariſij cū ſectatoribꝯ ſuis
exuſtꝰ eſt qui ad reliquos errores affirmabat
ideas que ſunt in mente diuina: ⁊ creare et
creari: cum ex ſnia beati Auguſtini in men-
te diuina nil niſi eternum ⁊ incommutabile
ſit. Dixerat preterea in caritate ꝯſtituto nul-
lum peccatum imputari. Iuuere aūt huius
pontificis virtutem ⁊ doctrinā beati Dñici
vū p̄dicatoꝝ: ⁊ Frācīſci aſſiſiatis ſcitas: vn
de minorum ordo tum originē habuit. Sūt
qui ſcribant ⁊ Gratianum compilatorē de-
creti ⁊ Papiam lombardum: qui vocabula
latina in ordinem redegit tempore Innocen
tij fuiſſe. De Papia nō ambigitur Gratia-
num Alexandri tercij pontificis temporibꝯ
quidam aſcribunt. Et ne exiſtimes Innocen
tiū opa pietatis ī tāto pōtificatu ꝑtermiſiſſe
ſcito eius opa ⁊ impenſa hoſpitale ſanctiſpi-
ritus conditum fuiſſe: auctumqꝫ ab eo ma-
gnis prouentibus: quibꝯ ⁊ peregrini ⁊ egro-
ti ⁊ ac vulgo concepti orphani alerent̄. Or-
nauit ⁊ altare ſancti Petri opere vermicula
to: vt eius imago ⁊ littere in fornice ipſo ſcri
pte indicant. Uniuerſis preterea vrbis Ro-
me eccleſijs libram argenti dedit: vnde cali-
ces ſacrificandi gratia cōficerentur. Reſti-
tuit ⁊ beati ſixti eccleſiam iam vetuſtate col-
labantem. Hoc ideo factum ab eo maledici
dicebant: ne omnem impenſam ī turrim quā
dam nunc comitum appellatam: cognomen-
to familie ſue tranſtuliſſe videretur: vt cunqꝫ
eſt. conſtat eum in quouis genere vite proba
tiſſimum fuiſſe: dignumqꝫ qui inter ſanctos
pontifices cenſeatur.

# Honori⁹. iij.

Honorius tercius patria roman⁹
p̄re Americo oīm ſuffragijs pōti-
fex creat̄: ad quē Petr⁹ imꝑator
ꝯſtantinopolitanus cū Jole vxore veniēs. in
baſilica ſancti laurētij extra muros corona-
tur: deligit̄qꝫ ſtatim Johānes colūna cardia
lis roman⁹. qui legatus ad res Aſie cōponē
das: cū hijs copijs ꝓficiſceret̄: quas Innocē
tius ad eā rē collegerat. Peruenerāt iā Aco
nem chriſtiane ꝓceres Honorio hortāte. ma
xime vͦ Andreas Vngarie rex venetoꝝ na-
uigio fretus: quibꝫ ob tantū beneficium ius
oīne ꝯceſſit. qđ in Dalmatia dux Auſtrie ha
buerat. Andreā quoqꝫ ſecuti ſunt ⁊ Henri-
cus comes niuernēſis. ⁊ Gualtherius regis
Frācie camerari⁹. Hi ōt oēs inito ꝯſilio cū
Johāne hieroſolymitano rege. Damyatam
egypti vrbem obſidere inſtituentes. anno ſa-
lutis milleſimo ducēteſimo ac decioctauo:
mēſe Maij eo ꝓficiſcūt̄. Heliopol' hec vrbs
quondā appellata eſt ab Helio ꝑtinace q cā
triplici muro circūdedit deducta Nili ꝑticu
la: que vrbē in inſule formā redigeret. Sub-
urbia habebat circūquaqꝫ poſita plēa merci
monijs. hec primo miles diripuit. Verū cum
poſtea flātibꝫ zephyris Nilus in immēſum
creuiſſet: corrupta ānona laborare inopia re
rum chriſtiani tū cepe p̄cipue aūt obſidente
aditus Soldano. Nequid importaret̄: q nō
longe a nr̄is caſtra poſuerat. Hac itaqꝫ diffi
cultate rex moti chriſtiani in Soldanū copi
as mouēt. Is aūt terrore ꝑculſus relictis ca-
ſtris rerum oīm copijs refertis. noſtris obſi
dendi vrbē quā liberatur⁹ venerat facultatē
p̄ſtitit. Cordirius aūt magni Soldani filius
Hieroſolime retinēde ſpem abijciēs: ſi Da-
miata chriſtiani potirent̄: dirupto vrbis mu
ro. turrim Dauid ⁊ templū dn̄i tātūmodo
integrum reliquit: nec ſepulcꝝ xp̄i violauit.
motus (vt aiunt) illoꝝ xp̄ianoꝝ precibꝫ q ea
loca incolebāt. Dū noſtri aūt Damyatā acri
ter oppugnāt: Soldanus cū maioribꝫ copijs
rediēs inter Cairū ⁊ Damyatā caſtra poſu
it: nec vnq̄ elici ad certamē ꝯuicio aut male
dicto potuit. Hac vͦ idignitate moti Galli
ſine ordine ī eos ruētes magnū incōmodū ab
erūpētibꝫ accepe. nō tn̄ obſidio Damyate re-
licta eſt. que tādē mēſe quindecimo a chriſti
anis capit̄. direpta militē ingēti p̄da locuple
tauit. Interim vͦ Honorius Rome ⁊ ordi-
nē beati Dominici ipo inſtāte ꝯfirmat: ⁊ Fe-
dericū ſecūdū anathemate notatū imperij di-
gnitate priuat: q mortua mr̄e Cōſtātia. que

ipm in officio ꝯtinebat. Romā veniēs: cōtra
ius phasqꝫ ditionē pontificiā vexabat. Hac
igit̄ ob rē motus Soldan⁹: q de inimicitia
pōtificis ⁊ imꝑatoris ei ꝯſtabat: maiorem q̄
nūq̄ ātea cōparauit exercitū. arbitrat⁹ chri-
ſtianos nuſq̄ apparituros: qui ſtatim ſuadē-
te Johāne colūna cardiali romano ſumptis
armis hoſti ad Nilū obuiam fiūt. Is vͦ tio-
rem ſimulās. ne a loco in quo ꝯſederant abi-
rent. Nili excreſcētiā expectauit: que paulo-
poſt apertis vndiqꝫ ipſius flumīs chataractis
ita oīa inūdauit. vt cubitū quouis ī loco ex-
cederet. Hoc aūt malo ꝑterriti xp̄iani: pacē
ſtatim hac ꝯditiōe inire: vt Damyata reli-
cta: captiuis vtrimqꝫ dimiſſis reddito a bar
baris crucis ligno xp̄ianis. Aconē Tyrūqꝫ
redire liceret: Damyata itaqꝫ in celebritate
purificatōis beate virginis a chriſtianis pri-
us habituri. cepta in eiuſdē natali die barba
ris tū ex federe reddita eſt: āno ſalutis mille
ſimo ducēteſimo vigeſimoprimo. quo quidē
āno tartari gēs ſcythica. vel (vt alij volūt) a
mōtibus Indie digreſſa: vaſtata Parthia.
Media: Perſia: Aſſyria. Armenia: in ſar-
matas tandē ꝑuenit. atqꝫ nō longe a Meo
tidos palude ꝯcedētibus accolis ſedes poſu-
it. Chriſtianoꝝ aūt duces cū moliri in Aſia
nil poſſe viderēt: obſtantibꝫ hoſtibꝫ cū Johā
ne colūna in Italiā redeūt: quos ſubſecutus
Johānes hieroſolomitan⁹ rex cum Romam
veniſſet ꝑbenigne magnis donatus muneri-
bus ab Honorio ſuſcipit̄. Federico deinde
(quē dixim⁹) anathemate pōtificis notatū
filiā ex Jole vxore ſuſceptā in matrimonium
locat: eiqꝫ ius illud ꝯdonat dotis nomine. qđ
ſibi hereditario iure in regno hieroſolimita-
no ꝯpetebat. Hinc eſt q omnes Sicilie neapo
litaniqꝫ r̄ges: titulū hieroſolimitāi regni ver
bis. n̄ etiā armis ſibi vindicāt. Johānes dei-
de in Frāciā ꝓficiſcēs: meliore certe fortuna
q̄ antea vſus ē. Nā Philipp⁹ rex Frācie mo
riēs ei ex teſtamēto quadragita milia libraꝝ
argēti. totidēqꝫ magiſtro tēpli hieroſolimitā
ni reliquit. quo adminiculo fretus in Hiſpa
niā ꝓficiſcēs. ad ꝑſoluēdū votū beato Jaco
bo ꝓmiſſum. Berēgariā regis Hiſpanie ſo-
rorē in vxorē accipit: eo p̄ſertim āno q̄ Dn̄ic⁹
vir ſctīſſimus Bononie morit̄. cū Federicus
Henricū filium decēnē adhuc Alamaie re
gē ꝓmulgat. Honori⁹ aūt ſatis a rebus exter
nis quietus: ⁊ ecclīā ſācti Laurētij ex t̄ mu-
ros. ⁊ baſilicā ſācta ſāctoꝝ. ⁊ eccleſiam ſācte
Viuiane reſtituit. Edes preterea caſe Marij
edificauit: ſemifornicem. ⁊ Cyborium beati
Petri miris operis exornauit. Decretales

quoqꝫ epiſtolas compilauit. Ordinem beati
Frãciſci ꝯprobauit: quẽ biẽnio poſt Gregori
us in cathalogũ ſãctoꝝ retulit. Hoc aũt mo
do Honorius bñ ac beate vitã ducẽs: vt bonũ
paſtorẽ decebat ãno pontificatꝰ ſui decimo
mẽſe ſeptimo: die. xiiij. moritᷣ. ſepeliturqꝫ i ba
ſilica ſãcte marie maioris ad preſepe. poſt cu
ius mortẽ tanti terremotꝰ repẽte exorti ſunt:
vt ĩ montibꝫ ſaluijs ad quinqꝫ milia hominũ
ꝑijſſe ꝯſtat: cadẽtibꝫ domibꝫ: ſaxiſqꝫ ex cacu
minibus montiũ inhabitatas cõualles paſ
ſim ruentibus.

## Gregoriꝰ. ix.

GRegorius nonꝰ natõe hernicꝰ: pa
tria anagnimiſ e familia comitũ:
Innocẽtij tercij nepos: apd̃ Sep
tizodium põtifex creatus: Federicũ ſtatim
monuit ſb̃ anathematis pena: vt primo quo
qꝫ tp̃e ĩ Aſiam cũ exercitu ꝓficiſcerẽt recupã
de Hieroſolime cauſa. Promiſit quidẽ Fede
ricus ſe id facturũ: atqꝫ oĩbꝫ cruceſignatis
mãdauit vt Brunduſij ad certam diẽ cũ ar
mis adeſſent. Venerat eo magna multitudo
precipue vero e Germania Lãtgrauiꝰ Aſie q̃
Brũduſij vna cũ magna parte militũ mo
ritᷣ: dũ Federicus egritudinẽ ſimulãs ĩ Sici
lia ſe cõtinet. Hec aũt fraus ita a p̃te deprehẽ
ſa ẽ: vt cõſtet ip̃m Federicũ cognita Lãtgra
uij morte: eo celerrime adnauigaſſe. oĩemqꝫ
eiꝰ ſupellectilẽ diripuiſſe. Nõ deſtitit tñ fin
gere ſibi in aĩo eſſe in Aſiam traijcere. Eo eñ
poſt rapinam nauigatõẽ dixerit. oĩbꝫ q̃ tum
aderãt ſubſequi iuſſis: licet nõ ita multopoſt
(vt ip̃e dicebat) ꝓcellis agitatus Brunduſi
um redierit. Hac aũt fama ꝑcitus Iohãnes
rex hieroſolomitanꝰ cũ Berengaria vxore põ
tifici rem gratã facturus Bononiã venit: ve
netoꝝ nauigio ĩ Aſiã traiecturꝰ. Verꝫ ponti
fex cognita Federici fraude: ne iohãni re infe
cta abire liceret eũ: ⁊ hexarcatus Rauẽnatis
gubernatorẽ iſtituit. ⁊ Honorij tercij ſniãz in
Federicũ latã ꝯfirmauit. Grauioraqꝫ ĩ eum
molitꝰ fuiſſet: ni mauroꝝ impetũ reformidaſ
ſet claſſe tũ potẽtiũ: quos tãdẽ Ferdinãdus
Aragonũ rex tãta clade ſupauit: vt breui ma
iorica inſula vna ex balearibus: ⁊ Valentia
vrbe potitꝰ ſit pulſis ſaracenis incolas loco
rũ ſuſcip̃e xp̃iãos ritꝰ impulerit. Nauigauit
tãdẽ Federicꝰ amicoꝝ ꝑcibꝫ: ⁊ minis põtifi
cis feſſus in Cyprũ vſqꝫ vt xp̃iani ĩ Aſia bel
lantibus: quos ſepe deceperat aliquam ſpem
daret. At vero dum inde Soldani vires explo
rat. Rainaldus eius prefectus: quem in Si
cilia dimiſerat: ĩ põtificẽ mouẽs multa picẽ
tini agri oppida occupat. Erat tũ Peruſij põ
tifex Aſiſiũ petiturus vt que de frãciſco viro
ſãctiſſimo miracula audierat p̃ñs cognoſce
ret. Quam ob rem eũ re (quẽadmodũ audi
erat) cõperta ĩ ſãctoꝝ numerũ ſtatim retulit:
magno xp̃ianoꝝ conuentu ob eam rem habi
to. Dum hec a pontifice agerẽtur: alter Fede
rici ſatelles Fulgineum perfectionẽ occu
pat: vñ paulopoſt armis bene cum eccleſia
dei ſentientium depellitur. Inſtabat litteris
⁊ nuncijs Federicus Aconem iam profectus:
vt a pontifice abſolueretur: q̃ diceret ſe dein
ceps in eius poteſtate futurum. Verũ pon
tifex cognita hominis fraude: ⁊ chriſtianos
milites ĩ Aſia dimicãtes admonet. vt ſibi a
Federici inſidijs caueant. aliquid noui ſem
per machinãtis in hominum perniciẽ. ⁊ Io
hãne hieroſolimitanum regẽ comparato ex
ercitu in Rainaldum mittit picenum agrum
rapinis ⁊ incendijs vexantẽ. Alijs vero copijs
quibus cardinalem Columnam prefecerat e
ſancto Germano profectum Federici deijciẽs
cum ſaracenis mercede conductis omnia ab
eo ſaltu Capuam vſqꝫ pertinentia: in dediti
onem breui recepit. Hac autem calamita
te moti: qui in vmbria ⁊ picentibus Federici
nomine militabant: relictis que occupaue
rant in regnum trepide redeunt. Interim vero
Federicus Brunduſium rediens pacis ad
modum cupidus: vltro pontificem rogat: vt
in gratiam recipiatur. imperatorqꝫ appellẽt
ac pro regno Sicilie verus eccleſie pheuda
tarius. Quod quidẽ non prius impetrauit
q̃ vncias auri centum ⁊ viginti milia eccleſie
romane ob illata damna perſoluiſſet: ipſeqꝫ
pro ea re ſupplicatum ad pontificem Ana
gniam veniſſet. Cum autem Gregorius ad
omnia intentus (vt bonum paſtorẽ decebat)
peruſinorum res ab exulibus perturbatas
eo profectus componere ſtudioſus eſſet: ſta
tim Rome tanta ſeditio orta ẽ ⁊ hereſis quã
ta nunq̃ antea. Hannibale ex gente han
nibala cum quibuſdam ſacerdotibus male ſẽ
tiente: quo quidem auctore populus Roma
nus vſus in eccleſiam dei coniurauerat: ſed
hunc diuina vltio cito compeſcuit. Nam et
tyberis ſupra modum inundans multa dã
na mortalibus intulit: ⁊ tanta peſte labora
tum eſt: vt decimus quiſqꝫ vix ſuperfuerit
Pontifex tamen mira clementia vſus: Ro

mam veniẽs populo romão ignouit: pulſo e
ſenatorio ordine Hanibale: ꝯuictis de hereſi
ſacerdotibꝰ errorẽ faſſis: ac ſaniorẽ opiniõꝫ
ſubire iuſſis. Ad ornandã vero vrbem deinde
ꝯuerſus: ⁊ veteres cloacas eliminatas reſti⸗
tuit. ⁊ nouas extruxit: vrbis dignitati ⁊ vali
tudini vno tp̄e ꝯſulens. Ab vrbe deinde abi⸗
ens valitudinis gr̃a: ⁊ Reate (vt quidaꝫ vo⸗
lunt beatum Dñicum principẽ ordinis p̄di
catoꝝ: ⁊ Spoleti Antoniũ Vlyxibona oriũ⸗
dum: Patauij mortuũ. ſecũdum a Franciſco
ordinis minoꝝ auctore i ſãctos r̃tulit Ana⸗
gniã deinde rediẽs oĩa circũquaqꝫ poſita
muniuit: romanoꝝ ꝯtumaciaꝫ veritus. quo⸗
rũ ſenator more veteꝝ legeꝫ rogauerat popu
luſqꝫ ſciuerat: vt oĩa oppida circa vrbem po
ſita romanis vectigal penderẽt: Nõ eſt tñ ve
ritus pontifex diſſuadẽtibꝰ cardinalibꝰ Ro⸗
mam ꝓficiſci: quo romanos ad ſanitatẽ redu
ceret: tũ monẽdo: tũ caſtigãdo. Verũ cum ni⸗
hil ꝓficeret: Reate ſe ꝯtulit: quo ⁊ Federicꝰ
impator. Collocuti ſimul de rebꝰ agẽdis. in
hãc ſtatim ſniam venere: vt primo q̃ tp̄e Ro
manos ꝯiũctis copijs adorirent̃. Decepit tũ
quidẽ pontificem: vt ãtea ſemp Federicus.
Nãqꝫ in Germaniã abiẽs militibꝰ ſuis mã⸗
dauit: vt romanis rebꝰ in oĩbꝰ obtemparẽt
Hac itaqꝫ ꝑfidia põtifex motus: germanis
militibꝰ ad caſtra ſua ꝯfugiẽtibꝰ magnũ ꝓpo
ſuit premiũ: qua re tãta multitudo ꝯfluxit:
vt poſtea romãi apto marte: cũ eccleſie copijs
congredi nuſq̃ ſũt auſi. Recupato igit̃ ⁊ pa⸗
trimonio ſãcti petri: ⁊ agro ſabino: ſpretiſqꝫ
Soldani legatis: q ſuppliciter paceꝫ petebãt
multos ex Frãciſci ⁊ Dñici fratribꝰ p Euro
pã miſit: qui p̄dicatiõe chriſtianos ad arma
ꝯtra saracẽos cõcitarẽt: quoꝝ opa tanta mł⸗
titudo militũ breui ꝯpata eſt: quãta nũq̃ an
tea. Interim vero dum tãto exercitui dux ido⸗
neus quereret̃. Heliſabet regis Vngarie fili
am: mulıereꝫ optimaꝫ. ac miraculis claram
pontifex in ſãctas retulit. Theobaldus aũt
Nauarie rex: ⁊ Aimericus Montiſfortis:
Henricuſqꝫ Bari ac Campanie comes iter
p Germaniã cũ ⁊ Vngariã magnis copijs fa
ciẽtes: ꝯſtãtiopoliꝫ p̄mo: mox trãiecto Boſpho
ro Ptolomaidaꝫ ꝑuenere: longe ac lata oĩa
populãtes. Verũ nõ ita multo poſt ſuꝑuenie͂
te magna hoſtiũ multitudie: cũ ſe cedendo bi
duo defẽdiſſẽt: cum optimo q̃ milite cadunt.
Atqꝫ hoc mõ expeditio magno conatu incho⸗
ata: breui reſidit impitia ducũ. Pontifex au
tem tãtam calamitateꝫ egreferẽs. Romam
ꝑſuadẽtibꝰ romanis ⁊ obſecrãtibꝰ redire i⸗
ſtituerat: faciendarum ſupplicationuꝫ cauſa

ad placãdam dei iram: ſiquaꝫ ex peccatis ho
minũ cõcepat. Quo minus aũt id faceret ve⸗
ritus a Petro fregepane. qui ptes impato⸗
ris ſequebat̃: Peruſia Viterbiũ ſe contulit:
iturus ꝯtra impatorẽ armato milite: quẽ in⸗
tellexerat trãſpadanam Italiaꝫ iam tũ atti⸗
giſſe: ac ꝯtra ius faſqꝫ ſocias ciuitates oppu⸗
gnare iam feſſas calamitate: alia ſup aliam
ab Eccelino patauino tyrãno accepta. Eccli⸗
nus em̃ cognomẽto romano: cuius auus teu
tonicꝰ ſub Ottone tercio in Italia ordies du
xerat: copias a Federico ſecũdo accipiẽs ma
gnam tyrãnideꝫ in trãſpadana Italia ſibi
compauit: redactis in poteſtatẽ ſuam Taruiſ
ſio: Patauio: Vincẽtia: Verona: Brixia.
Federicus itaqꝫ aui federa nequaq̃ obſer⸗
uans: mediolanenſes ⁊ ſocias ciuitates apd̄
nouam curtem (ita em̃ locus vbi pugnatum
eſt appellatur) ingẽti clade ſuperatos truci⸗
dat. Hãc ob rem pontifex omiſſa deinceps
ſpe rei bene gerende ob illatum ſocijs incom
modum redire ad vrbem inſtituit: Iohanne
Cintio vrbis ſenatore contradicẽte: cuius au
daciam Iacobus cappocius romanus ciuis
infringẽs: pontificem magnifice ac ſplẽdide
ſuſcepit. Hic eſt ille Iacobus cuius nomen
adhuc legitur in tabernaculo opere muſiuo
ſua impenſa extructo in ſancta Maria ad p̄⸗
ſepe: qua in baſilica Petrus quoqꝫ capocꝰ
ſepultus eſt ſãcte romane eccleſie cardinalis
qui Federicum imparorem ſciſmaticum per
ſecutus eſt: quiqꝫ ⁊ hoſpitale ſãcti antonij nõ
longe ab eadem Baſilica: ⁊ Peruſij gymna
ſium (quod ſapientiam vocant) ſua impenſa
extruxit Gregorius aũt pacata vrbe: ⁊ Fede
ricum iterum anathemate notat: ac impe⸗
rio priuat: ⁊ legatos genuenſium ac veneto⸗
rum iam ad arma ſpectantium componende
rei cauſa ad ſe vocat: hiſqꝫ rationibus inter
vtrunqꝫ populum federa componit: ne alter
ſine altero cum imperatore conſtantinopoli
tano fedus ineat: vtqꝫ bella gerenda vtriqꝫ cõ
munia eſſent: ⁊ ſigna vtriuſqꝫ viciſſim fer⸗
rent: Illis autem qui federa in nonum inita
annum rupiſſent: interdictum ſibi a ſacris
anathematis vinculo ſcirent. Balduinus at̃
qui mortuo Iohanne biennio conſtãtinopo⸗
litanum tenuerat imperium: cum egre ſe ab
hoſtibus inopia erarij tutaretur. ⁊ filiuꝫ pi⸗
gnori mercatoribus venetis ob es mutuo ac
ceptum dedit. ⁊ ex edibus ſacris ablatuꝫ plũ
bum: ac item lanceam: illam ſpongiamqꝫ q̃
chriſtus ſaluator noſter hinc potus: hinc vul
nus accepit: venetis pecunioſis vẽdidit. Fe⸗
dericus autem venetis admodum infenſus.

ꝙ Gregoriȷ̈ partes tuerẽtur: eos tum paludi
bus cõcluſos vehemẽter oppreſſit: ac maximiſ
calamitatibus afflixit. Interim vͦ cõſpirãti
bus omĩbꝫ trãſpadanis ciuitatibꝫ. duce Gre
gorio Montelongo: bononiẽſis ciuitatis le-
gato Ferraria que ab eccleſia romana ad im
peratorem defecerat capit̃ Salinguerra viro
fortiſſimo eam acerrime aliq̄diu defendẽte.
Capta aũt Azoni Eſtẽſi: qui bello interfue-
rat eccleſie nomine gubernãda committitur
ſalutis noſtre ãno milleſimoducenteſimo ac
quadrageſimo. At vͦ imperator qui tũ Pi-
ſis erat: cum nõ ſatis ſibi cõſtaret. qui partes
ſuas: quiue pontificis ſequeretur: ciuitates
Italie in duas factiones tũ primum diuiſit
Nam qui pontifici fauebãt guelphi: quiue ĩ-
peratori gibellini appellati ſunt. Hec quidez
teterrimarũ factionum nomina ad perniciẽ
humani generis inuẽta. primum apud piſto
riẽſes audita ſũt. cũ cancellariȷ̈ Panzaticos
gibellinos ab vrbe eieciſſẽt. cumqꝫ alteri facti
oni Guelph: alteri gibel theutoici fratres fa
uerẽt: vnde tãte perniciei nomina indita ſũt
Florẽtini p̄terea nobiles ſuos piſanis gibel-
linarum partium fauentes in exilium eiciũt
Pellũt ⁊ Guelphos viciſſim ab vrbe ſua are
tini ⁊ ſenẽſes: quorũ exempla mlte ciuitates
Italie ſecute: bella pluſq̄ ciuilia inter ſe com
miſere. Hinc multe ciuitates a põtifice deſci
uere: tum in vmbria. tum in Hetruria preci-
pue aũt Viterbiẽſes. Defeciſſent etiã roma-
ni ciues: ni pontifex delatis ꝑ vrbez ſupplicã-
do apoſtolorũ capitibus populum ad commi
ſerationem mouiſſet: habita etiam in baſili-
ca ſancti petri oratione digniſſima: qua tu-
multuantes ita in ſentẽtiam ſuam traxit: vt
eos impulerit pro eccleſia dei crucem ⁊ arma
ſuſcipere. Hi poſtea venientem hoſtili agmi-
ne ad vrbis moenia Federicum armis ſub-
mouere. qui indignabundus captiuum quẽ-
qꝫ variȷ̈s cruciatibus necans. in Samnium
conceſſit. Beneuentum vi captum diripuit:
ac menia circumquaqꝫ euertit. Iterum au-
tem ad vrbem rediens via latina hoſtili ani-
mo caſſinenſe monaſterium ſpoliat eiectis ĩ-
de monachis: Soramqꝫ quondam ſamniciũ
ciuitatem ad liris fluuȷ̈ caput ſitaz: ferro flã
maqꝫ vaſtat. Templariorũ bona vbiqꝫ diri-
pit. Saracenos vͦ adeo dilexit: vt eorũ ope-
ra pre ceteris in bello vteretur: magiſtratuſ-
qꝫ eis ac propriam vrbem conceſſerit: que no
ſtris quoqꝫ temporibꝫ Nuceria ſaracenorũ
vocatur. Fratrez preterea regis Tuniſȷ̈ Pa
normi baptiſmum petentem. ne id faceret ver
bis deterruit. Rauennam aũt repentino in-
curſu petitam: in poteſtatem ſuam redegit.
Hanc ob rem Gregorius conciliũ apud la-
teranum indixit: in quo de abrogãdo Federi
co ratio haberetur. Verum Federicus terra
mariqꝫ vias precluſit: ⁊ quoſdam cardinales
ac prelatos de via ⁊ nauigatione captos: ad
iuuantibꝫ Piſanis ĩ carcerez coniecit. Qua
ex re tantũ dolorem Gregorius cepit vt non
diu ſuperuixerit. Morit̃ eñ pontificatꝰ ſui
ãno quartodecimo: menſe tercio. cũ paulo añ
ſolis eclipſis tanta appauiſſet: quanta nun-
q̄ antea. Raimundum aũt barchionẽſem q̄
adiutore in compilando libro decretalium
Gregorius vſus eſt. ita quidã tum laudãt vt
maiori commendatiõe laudari nemo poſſit.

# Celeſtinꝰ. iiȷ̈ȷ̈.

Celeſtinus quartus patria medio-
lanenſis: e familia caſtilionum.
epiſcopus Sabinus: vita ⁊ doctri
na inſignis ſenex admodum ⁊ valitudinariꝰ
in locum Gregoriȷ̈ ſuffectus: decimooctauo
pontificatus ſui die moriens. in Baſilica pe
tri ſepelit̃ magno ſui deſiderio relicto: ꝙ ho-
mines ſperabant ſe eiꝰ pontificatu felices fu
turos. Vacat tum ſedes vno ⁊ viginti menſi
bus. Cenſuere eñ q tum auctoritate in eccle
ſia dei valebant neminem in pontificem eli-
gendum eſſe: donec cardinales a Federico in
carcere detinerentur. Interim vͦ ſede vacã-
te. Federicus agrum picenũ percurrens ĩ flã
miniam vſqꝫ: Fauentiam ⁊ Bononiaz aliq̄n
tulum reſiſtentẽ vi occupat: ſcolamqꝫ Bono
niẽſem: quibus admodum infenſus erat tuz
primuz Pataum transfert. Omẽs preterea
quos fautores eccleſie intellexerat: variȷ̈s ca-
lamitatibꝫ afficit. Balduinus aũt conſtanti
nopolitanus imperator omiſſa ſpe omni be-
ne gerende rei in Aſia: cum Raimundo to-
loſano comite in Italiam veniens: tantum
precibus valuit ⁊ auctoritate apud Federi-
cum. qui tum Parme erat: vt cardinales ca-
ptiuos alioſqꝫ eccleſiaſticos incolumes di-
mitteret. Qui nõ ita multopoſt Anagnie cõ-
uentu habito. de creando nouo pontifice ra-
tionem habuere.

# Innocentius. iiij.

INnocentius quartus: Synebal-
dus antea vocatus: patria genuē-
ſis: familia Fiſca: e Lauanie co-
mitibus Anagnie pontifex creatur: quo nun
cio Federicus imperator non admodum de-
lectatus eſt. Norat enim hominis virtutem
magnitudinemqꝫ animi. Antea nanqꝫ ſimul
familiariter aliquādiu vixerant: ⁊ ob eā rē
verebatur: ne a ſe anteacte vite rationem ex-
poſceret. Quare congratulantibus amicis
dixiſſe ferunt Synebaldum cardinalem ex
amico optimo in hoſtem acerrimum ob pon
tificatum mutatum eſſe. Innocentius autem
pontificium habitum indutus: Romam veni
ens prodeunte obuiam: honorato quoqꝫ ma-
gno omnium applauſu ſuſcipitur: qui ſtatim
peractis que de more in conſecrandis: coro-
nandiſqꝫ pontificibus fieri conſueuerunt: de
pace cum Federico ineunda mentionē facit
Balduino ad rem conficiendam auctoritatē
ſuam interponente. In longum vero protracta
res quatuor menſium tempus inſumpſit: cō-
uentumqꝫ inter eos tandem vt pontifex ciui
tatem Caſtellanam petens: eo loci imperato
rem operiretur: ſecum de componendis rebꝰ
ſermonem habiturum. Verum cum Inno-
centius paratas ſibi a Federico inſidias: tū
Rome: tum in itinere certo indice comperiſ-
ſet: Genuenſium nauigio fretus: quod apud
centumcellas in portu conſederat: in Franci
am proficiſcens ſecunda nauigatione vſus:
Lugdunum peruenit: ab omnibus benigne
⁊ comiter ſuſceptus. Concilio deinde eo loci
indicto: anno ſalutis milleſimoducenteſimo
quadrageſimoſexto: litteris: nuncijs: preco-
ne poſtremo imperatorem ad ſe citat: propo-
ſita pena ni dicto obtemperet. Imperator au
tem ſinueſſanum quendam iureconſultū eo
mittens: nihil aliud preter dilationem tem-
poris a pontifice petens: iturum ſe breui pol
licetur. Datum eſt tempus quo id fieri debe-
ret. Verum cum Federicus fallendi arte cal
lidus: occaſionem calumniandi et opprimen
di Innocentij quereret: omnium conſenſu i-
perio et regnis priuatur. Hanc ob rem Fe-
dericus ira incenſus: edes ac villas cognato
rum quorundam Innocentij: qui eius moni-
tu Parma vbi fundos habebant Placenti-
am cōmigrauerant dirui iuſſit. Inito deinde
federe cum duce Burgūdie: proficiſci Lug-
dunū inſtituit parato ingenti comitatu. Per
uenerat iam quidem ad taurinos cum ei nū
ciatum eſt parmanēſes exules: ſuperatis ad

uerſarum fautorum ciuibus ſuis vrbem vi in-
greſſos maximam cedem ediditſſe. Hanc ob
rem Federicus omiſſo itinere quod ceperat:
conuocatis ex tota italia copijs ſuis: que ad
ſexaginta milia hominum fuiſſe conſtat: obſi
dere Parmam inſtituit: ad quam tuendam
magna profecto ciuitatum ſociarum cum le-
gato apoſtolico auxilia conuenerant. Is au-
tem biennio conſtanti animo obſidionē paſ-
ſus: tandem erumpens: Federicum nil tale
metuentem fundit: fugatqꝫ: eumqꝫ caſtris re-
rum omnium copia refertis ſpoliat. In vr-
bis enim modum caſtra vallo ac foſſa Fede-
ricus ipſe hac mente munierat: vt direpta et
euerſa Parma in quam magnum conceperat
odium: eo loci vbi ſtatiua habuerat: nūmoſ-
qꝫ conflarat victorinos appellatos: Victoriā
vrbem conderet. Sunt qui ſcribant Federi-
cum ea clade ⁊ coronam maximi precij: ⁊ va-
ſa aurea magni pōderis amiſiſſe: egreqꝫ ex tā
ta calamitate ad cremonēſes ꝯfugiſſe: quorū
tamē vrbem intrare nequaquā auſus ē: ꝙ mul
ti ex cremonēſibus cum Federico militātibꝰ
eo prelio ceciderāt. At vero Innocētius vbi in
tellexit Federicum tāta clade infractū: ani-
mo voluptatibꝰ ſeſe dediſſe extructis ameniſ
ſimis hortis: in eiſdēqꝫ incluſo cum ſpadoni-
bus ſuis: pulcherrimarum mulierū agmine
hominis ſortem miſeratus: omiſſo concilio
legatos per Franciam ⁊ alias prouīcias mi-
ſit: qui populis ſuaderēt militiam chriſti ſu-
ſcipere: Lodouicumqꝫ regem Francie ſequi ī
Aſiam traijcere properantem. Id enim ſe fa
cturum Lodouicus dū graui valitudīe cru
ciaretur pollicitus eſt: ⁊ vouit. Impedire ta
men hanc expeditionem nō nihil viſi ſūt tar
tari: qui agmīe bipartito Europam tū ⁊ aſi
am inuaſerāt. Nam qui Aſiā petiere Geor
gianā: ſuperioremqꝫ Armeniā peruagati Ico-
nium vſqꝫ thurcorū regiam peruenere. Alia
vero manus Batone duce Poloniā ⁊ vngari-
am populati ad mare ponticū deflexere: vbi
Ruſſiam ſiue Ruthenīam ⁊ Gazam ampliſ
ſimas regiones vaſtarūt. Eodem quoqꝫ tem
pore Groſſonij gens arabica Soldano babi
lonis impellēte: templarios aggreſſi eos fun
dūt: ac Hieroſolimā facile capiūt menibꝰ ca
rentē. Chriſtianos qui tū in ea erāt trucidāt
Sepulchꝝ chriſti quouis genē turpitudinis
fedāt. Hanc ob rem motus Innocētius: Lo
douicum regē accelerare iter ī Aſiā cohorta-
tur: cum eo exercitu quē ad eam ꝯparauerat
In Cypro hiemare ei neceſſe fuit: qꝛ eo ini-
quo anni tempore peruenerat. Vere autem
appetēte Damyatā ꝯtēdēs ⁊ claſſē Solda-

ni repulit: ⁊ pugnãtes i littore terreſtres ho
ſtium copias ſuperat. Ibiq; ſtatiua tamdiu
habuit: donec ab Italia reliquę copię ſubſeq̃
rentur. Quominus autẽ ex Italia co miles
ꝓficiſceretur Federici rabies effecit: qui a li
bidinib; quib; aliquãdiu immerſus fuerat
ad arma ꝯuerſus: totam ꝓuinciam tumultu
cõpleuerat: impuleratq; quaſdam ciuitates
ſtudio ꝑtium a põtifice deſiſtere: maxime vͦo
forlinienſes: ariminineſes: vrbinates: ac to-
tum Picenum. In Vmbria preterea defece-
rant oẽs preter Tudertinos: Peruſinos:
Aſſiſiates. Soli autẽ Florẽtini in Hetruria
põtificem ſequebãtur: quos certe adeo bello
Federic⁹ vexauit: vt tandẽ eos coegerit guel-
phos cõciues ſuo ab vrbe pellere. Bononiẽ-
ſes vͦo cum Henrico Federici ꝑfecto pugna-
re auſi: hoiem vincũt: ⁊ obtruncãt. Sũt autẽ
qui ſcribãt Federicũ hoc tempore: dum i Si
ciliam traijcit Panormi mortuũ. Alij vͦo af-
firmant cũ in Apulia graui morbo laboraſ-
ſet: ⁊ iam ꝯualeſcentẽ a Mãfredo filio adole-
ſcente ex nobili ꝯcubina ſuſcepto: compreſſo
ore mori coactum. Illud certe ꝯſtat Federi
cum pauloante mortẽ Mãfredo quem tarẽ-
tinis principẽ dederat: multa etiã oppida pre
ter ipm principatũ dediſſe. Conradum vͦo ex
Iole Iohãnis hieroſolimitani regis filia ſu
ſceptum: heredẽ rerum oĩm reliquiſſe: quem
poſtea Mãfredi opera veneno petitũ cõſtat:
cum tamen prius Neapolim ⁊ Aquinum vi
captũ diripuiſſet: obſtãte põtifice ⁊ fruſtra
reclamãte: qui pacem Italię ea mente quere
bat: vt ei tranſmittere militem italum ad Lo
douicum: iam Damyatam oppugnãtem lice-
ret. Verũ capta Damyata: cum Robertus
pictauiẽſis comes nouas ex Gallia copias
traieciſſet: Damyata mouens ad Pharmia
niam vrbem exercitũ mouet: quo Soldanus
cum magnis copijs id veritus iam peruene-
rat. Fluuius certe duos exercitus dirimebat
qua ex re factum eſt: vt nunq̃ collatis ſignis
ad ſummã dimicationẽ ventum ſit. Leuia in
terdum cõmittebãtur prelia: vtroq; exercitu
caſtra ſua tuente. Robert⁹ tamen maiora au
ſus: cum temere progrederetur ab hoſtib; ca
pitur. At vͦo Innocentius incedijs belloꝝ
iam pene in Italia extinctis: ad vrbem redi-
re inſtituit: redacto tamen prius in ſanctorũ
numerum Hedimundo confeſſore cantuari-
enſi epõ. Cum vͦo Peruſiam iam peruenıſſet
Romam conſulto declinans: ob ſenatoriam
poteſtatem: que nimia ei ac curie romane vi
debatur: Petrum veronenſem ordinis pre-
dicatorum ab hereticis Mediolanum ⁊ Co

mum inter ceſum in ſanctos chriſti martires
retulit. Idem fecit de ſancto Stanislao cra-
couienſi epõ: qui in vita miraculis claruit.
Acceritus deinde a procerib; regni Siculi
Neapolim nuper inſtauratam ſtatim profi-
ciſcitur: ibiq; moritur: ac ſepelitur in eccleſia
ſancti Laurentij: põtificatus ſui anno vnde-
cimo: menſe ſexto: die duodecimo: dum bre-
ui ſe toto regno potiturum arbitrat̃. Ipſius
autem Innocentij viri optimi decretum fuit
vt octaua natiuitatis beatę Marie virginis
in eccleſia dei quotãnis celebraretur. Idem
vͦo bono conſilio vſus cardinaliũ ſedes iam
pridem vacuas: optimo quoq; in collegium
cooptato repleuit: ſtatuitq; vt cardinales eq̃
in publicum vecti galero rubeo vterẽtur: ho-
neſtandi ordinis cauſa. Multa quoq; vir do
ctiſſimus in tanto rerum faſtigio collocatus
edidit ⁊ compilauit. Apparatus nãq; decre-
taliũ compoſuit: quo ipi canoniſtę plurimũ
vtuntur. Continet enim diſputationes quaſ
dam: que rem ipam mirifice aperiunt. Edi-
dit ⁊ aliũ in concilijs approbatum: quẽ Ho
ſtienſis in ſũma ſua auctẽticas vocat. Scri-
pſit ⁊ librum de iuriſditione imperij ⁊ aucto
ritate pontificis: contra Petrum quendam
cognomento vineam: qui imperij ⁊ aliarum
rerum omniũ arbitrium imperatori tantum
aſcribebat. Hunc librum poſtea Innocenti-
us appollogeticum vocauit. Doctoꝝ quoq;
virorum familiaritatẽ mirifice delectatus ẽ:
quos etiã ad dignitatis gradũ euexit. Vgo
nem enim vita ⁊ doctrina inſignẽ ſacte Sa-
bine cardinalem promulgauit: qui ob digni
tatem acceptam a priore vita nuſq̃ deceſſit:
ordinis ſancti Dominici prius habebatur.
Scripſit idem Vgo ⁊ gloſas in bibliã ⁊ cõ
cordantias: vt iſtorum vocabule vtar. Hu-
ius quoq; pontificis tempore ⁊ mãdato: A-
lexander ordinis minorum frater: qui iam
grandis natu religionem ingreſſus fuerat:
ſummam in theologiam ſcripſit admodum
copioſam. Edidere ⁊ libros ſuo tempore in
decretales: quos apparatum vocarunt Ber-
nardus Parmenſis: ⁊ Compoſtellanus vi-
ri doctiſſimi: ad hanc laudem diligentia ⁊ be
nignitate innocentij excitati. Pontificis vͦo
nepos Gulielmus patruum non multopoſt
ſequitur: cuius quidem ſepulchrum in ſan-
cto Laurentio extra muros adhuc cernitur.

## Alexander .iiij.

ALexander quartus natione cam-
panus (nam hernicos olim: nunc
campanos vocāt) patria anagni-
nus: in locum Innocentij ſuffectus: Māfre-
dum ſtatim admonet: ne quicq̄ contra digni
tatem eccleſie moliatur: qui acerſitis a Nu-
ceria ſaracenis: copias eccleſie nil tale metu
entes apud foſſam aggreſſus partim occidit
partim cepit: iam pridem animos regios ge
rens mortuo (vt ipſe fingebat) Coradino: cu
ius ſe heredem merito futurū dicebat. Chri-
ſtiani autem quos diximus ad Pharamiaȝ
caſtra habuiſſe: peſte ac fame laborare cepe-
runt: parte Nili ab hoſtibus occupata: per
quam commeatus in caſtra vehebantur. Eo ei
hieroſolimitanus patriarcha cuȝ multis na
uigijs profectus: ab hoſtibus capitur. Hanc
ob rem Lodouicus ne fame opprimeret: Da
myatam repetens in maximas incidit hoſti-
um copias: a quibus bello ſuperatus cū Al-
phonſo pictauienſi ⁊ andegauēſi comite fra
tribus germanis capitur. Uerum interfecto
a ſuis poſt tantam victoriam Soldano. al-
ter qui ei ſuffectus eſt recuperata Damyata
⁊ accepta pecunia: chriſtianos omnes libe-
ros ⁊ incolumes ptolomaidam perduxit. Lo
douicus autem rex ſuadente Alexandro pō-
tifice remiſſis in patriam fratribus: tandiu
in Aſia commoratus ē: quoad ceſarea Iop-
pes ⁊ Sidon que oppida chriſtiani de ſarace
nis nuper receperāt: inſtaurata preſidijs fir
marentur. Cum demum vō ſexto expeditio-
nis ſue anno in patriam reuertitur. Interea
quidem Alexander pontifex excōmunicato
Māfredo Anagniaȝ profectus: Octauianū
vbaldina gente ortum: eccleſie romane cardi
nalem Neapolim mittit: qui Neapolitanos
contra Māfredum in fide cōfirmaret: polli
citus ſe breui campanis omnibꝫ ac neapoli-
tanis auxilium allaturum. Sed Manfredꝰ
nō contētus neapolitanos vexare: in Hetru
ria quoqȝ factōes mouet: maxime vō Floren
tie: que mortuo Federico: ſtatim in libertatē
ſeſe vēdicauerat. Unde ꝯmūi decreto placuit
Guelphos ſub Federico eiectos in patriam
reducere: qui Gibellinoꝝ conatibꝫ reſiſterēt
Hac itaqȝ rōe Guelpha factio tātū i Hetru
ria valuit: vt piſtorieſes: aretinos: piſanos:
ſenēſes: q guelphos ciues ſuos eiecerāt ḡui
odio ⁊ maximis bellis pſeq̄rēt: lucēſes ꝯ pi-
ſanos potiſſimū adiuuātes: quos certe florē
tini tuȝ oppreſſiſſent ſupatos ad Arſetim flu
uium: niſi Bonitij oppidi ſuſpectam fidē ha-
buiſſent. Erat em̄ Bonitiū in valle Helſe ſi-
tum: a Senis duodecim milibꝫ paſſuum di-
ſtans: loco: natura: ⁊ arte munitū: quo ǵdeȝ
gibellini vt arce belli in guelphos vtebantur
hoc vi ſublato ⁊ euerſo: florentini ꝯtra quos
Manfredus ſenſerat: Alexandro pontifici
Manfredi aduerſario copias pollicerentur.
Hanc ob rem Manfredus iam Panormi
rex declaratus: conducto ſaraceno milite et
legatum apoſtolicuȝ magnis cladibus attri
uit: ⁊ Iordanem copiarum ſuarum prefectū
cum mille ⁊ quingentis equitibus in auxiliū
ſenenſium contra florentinos miſit: qui ñ ita
multopoſt florentinos ad Arbiam flumē tā-
ta clade ſuperarunt: vt relinquere vrbeȝ ho-
ſtibus ſint coacti. Non deſtitit tamen ponti-
fex tyrannos vbiqȝ locorum perſequi. Cum
enim Ecelinus tyrannus (quem diximus)
totam fere Uenetiam occupaſſe: Mantuam
obſideret: Philippum fontaneſium archiepi
ſcopum Rauennateȝ Alexander Uenetias
propere miſit: qui predicata chriſti cruce: cō-
paratoqȝ exercitu Anſelmum Ecelini ex vx-
ore nepotem e Patauio expulit. Hanc ob rē
Ecelinus Mantuam obſidione ſoluens: ac
Ueronam cōcitato gradu petens: cum recu-
perandi Patauij ſpem omnino omiſiſſet: pa
tauinos oēs (ad. xij. milia fuiſſe i caſtris ſuis
ꝯſtat) varijs cruciatibꝫ necauit. Cū vō theo
logi quidā ordinis minoꝝ Brixiaȝ miſſi: co
p̄dicādo ciuitatē deduxere: vt ⁊ guelphos ex-
torres reciperēt: ⁊ ptes ecclie ſequerēt. Ideȝ
q̄ȝ placētini ⁊ cremonēſes feciſſent: ni obertꝰ
Pallauicinꝰ dominatū adiuuantibꝫ Gibelli
nis occupaſſet. In hunc vō ⁊ Ecelinuȝ belli
ſociū legatus apoſtolicus Brixia mouēs ad
iuuātibꝫ guelphis: apud Gābaram magnaȝ
accepta clade ſuperatꝰ ⁊ capitꝰ cū epō Brixi-
ano: ⁊ factōis Guelphe optimatibꝫ: quos om
nes Ecelinꝰ accepta prius Brixia icolumes
ſtatim dimiſit: āno ſalutis milleſimoducēte-
ſimo. lix. Legatus autem apoſtolicꝰ veritus:
ne Ecelini potētia ſupra modum creſceret: ſe
iungere Obertum pallauicinuȝ ab Ecelino
inſtituit. Id autem potiſſimū per Boſuȝ do-
narium ciuem cremonēſem ⁊ domi nobilem
tentat: qui Obertum impulit ꝯpoſita cum de
teſtatōe ecelini crudelitate ⁊ ſeuitia: vt omiſ-
ſo Ecelino cum medionlanenſibus ⁊ Man-
tuanis: alijſqȝ ſocijs ciuitatibus fedus iniret
Cum vō Ecelinus ira percitus q̄ oēs ꝓpe
modum in ſe cōiuraſſe cerneret: comparato
ad caſſanū exercitu: omnem Inſurbriam va
ſtans: ſocias ciuitates ad bellū exciuit: a q̄bꝫ
nō ita multo ſuperatus ⁊ captꝰ Soncini mo
ritur: eo enim poſt acceptum graue vulnus
delatus fuerat. Oēs itaqȝ Ciſalpie ciuitates

libertatem mortuo tyrãnio cõſecute: alexan-
dri põtificis deinceps auſpicia ⁊ monita ſe-
cute ſunt. Legatus autē apoſtolicus qui pa-
tauinos in libertatē vendicauerat: reliquias
bellorꝫ pſecutus Albericum Ecelini fratrem
Taruiſio pulſum cū vxore ⁊ liberis obtrun
cat. Alexander ꝟo pontifex ſublatis tyrãnis
extincto tanto incēdio: repetere bellū aſiati-
cum inſtituerat. Sed diſcordia inter genuen
ſes ⁊ venetos orta effecit: ne tam piū bellum
tanqꝫ neceſſariū ſumeret: ptolomaidã Tirū-
qꝫ vrbes admodū diuitijs ⁊ opibus prepotē-
tes chriſtiani tum incolebant: maxime ꝟo ge
nuenſes: piſani: veneti mercatores: qui ꝑ an-
nos iam quatuor ⁊ ſexaginta omnes fere ori
entis atqꝫ occidētis mercaturas eo contraxe
rant. Hi autē mercatores ſepatas habebant
areas: ſepatos vicos: portoria ꝓpria: nec qc-
ꝗ cõe inter venetos genuēſeſqꝫ apud Ptolo-
maidam erat preter diuina templa. De mo-
naſterio ſãcti Sabe orta contentio eſt: quod
vtraqꝫ ciuitas ſibi vendicare conabat. Cõpo
nere hanc litē pontifex annixus litteras vtri
qꝫ dedit: quibꝫ oſtendebat ſibi placere mona
ſterium vtriqꝫ ciuitati cõe eſſe debere. Sꝫ ge
nuenſes cognita prius põtificis volūtate: fre
tiqꝫ beniuolentia Philippi Mõtiſfortis vr-
bis prefecti excluſo veneto monaſteriū capi-
unt: ⁊ in arcē munitiſſimã redigūt. Hanc ob
rem veneti populariē abeuntes inito fedē cū
Mãfredo Sicilie rege cõtra genuēſes arma
ſumūt eorūqꝫ claſſem duarꝫ triremiuꝫ: ⁊ tres
ac viginti magnarꝫ nauium in portu Ptolo-
maide vi irrūpentes incēdunt: ac monaſteri-
um ſancti Sabe eodē impetu captuꝫ euertūt
Genuenſes aūt hac calamitate magis irrita
ti ꝗ perterriti: comparata denuo claſſe apud
Tyrum venetis occurrūt: qui de induſtria
cedētes in pontū delati: Selimbriam vrbem
de Saraceno expugnatã diripiūt. Interim
ꝟo auctis vtriqꝫ copijs. Tyrum ↄmunē bel-
li ſedē ab vtroqꝫ ↄtendit. At pontifex veritꝰ:
ne aliqua magna clades ex hac ↄtentõne ori-
retur: legatos vtriuſqꝫ populi ac piſanos ad
ſe vocat componende pacis cauſa: que prope
modū ↄpoſita erat: cum nunciatum eſt inter
Tyrū ⁊ Ptolomaidam piſanos ac venetos
eo bello ſocios genuenſes ingenti clade ſupe
raſſe: vigintiqꝫ eorꝫ nauibꝫ partim captis
partim ſubmerſis: atqꝫ victores Ptolomai-
dam victos Tyrū rediſſe. Ptolomaide aūt
oīa genuenſiū edificia diruta oīa bona dire-
pta fuiſſe: pulſoſqꝫ inde ciues oēs. Hãc cladē
ita moleſte tuliſſe dicit põtifex: vt nõ priꝰ ad-
mittē venetorꝫ legatos voluerit: ꝗ captiuos

genuēſiū incolumes dimitterēt: ⁊ ne vni tan-
tum incõmodo pontifici mederi neceſſe eſſet:
Balduinus imperator ↄſtantinopolitanus
quo ſtãte ſpes aliqua recuperãde terre ſãcte
ſuperat: de relinquēda ↄſtantinopoli cogita-
bat. Michael em̃ paleologus duorū Theo-
dori Vatari filiorꝫ ob affinitatē ex teſtamēto
patris tutor om̃i genere iniuriarꝫ latinos ꝑ-
ſequebat: pulſo ex Achaia Gulielmo Fran-
co: vexatoqꝫ Balduino ⁊ domi ⁊ foris armis
ac ſeditionibꝫ. Quo quidē abeunte ad tuen-
dam oram ponticã ab hoſtibꝫ vexatam: con-
ſtantinopolitani ciues nocte concubia Pale
ologum in vrbē admiſere. Hanc obrē Bal-
duinus et Pantaleo patriarcha a ponto in
Europam flectētes ↄtentões bellorꝫ omiſere.
Tum ꝟo Paleologꝰ ſublato emulo ⁊ hoſte:
occiſis clam pueris imperiū ſibi deſumit: qđ
poſt ãnos octo ⁊ quadragita a latinis i gre-
cos rurſum tranſlatū eſt. Interea ꝟo Octa-
uianus cardīnalis baldinus re neapolita
na parū feliciter adminiſtrata: ſtatim ad ponti
ficem redijt: qui vbi Claram virginem ordi-
nis ſãcti Franciſci Anagnie i ſãctas retuliſ-
ſet: Viterbiū ſtatim ꝓficiſcit: pacē inter Ge-
nuenſes ⁊ venetos ↄpoſiturus. Qua i re diu
tius vexatus: eo loci tedio animi tandeꝫ mo-
ritur: ⁊ in eccľia ſãcti Laurētij honorifice ſe-
pelitur: põtificatus ſui ãno ſeptimo. Vacat
tum ſedes menſibꝫ tribꝫ: diebꝫ ꝗtuor. Huiꝰ
põtificis vita ab om̃ibꝫ certe mirifice lauda-
tur. Beneficus em̃ ⁊ liberalis eſt habitꝰ: ma
xime ꝟo erga pauperes chriſti: ⁊ bene de reli
gione chriſtiana meritos. vnde libellos ꝗdã
cõtra paupertatē editos a quodã Gulielmo de
ſancto amore: ꝑpetuo edicto aboleuit. Affir
mabat em̃ vir ille pernicioſus pauperes reli
gioni deditos: ⁊ elemoſinis viuētes non eſſe
in ſtatu ſalutis. Combuſſit etiã vidēte curia
romana libellū peſtiferū: quo auctor aſſere-
bat ſtatum gratie nõ a lege euãgelij: ſed a le-
ge ſpiritꝰ ꝓcedere. Que opinio ex libris Jo-
achin abbatis ſumpta dicebat. Hic aūt liber
a ſectatoribꝫ euangeliū eternū dicebat. Ipſe
ꝟo Alexander vbi ab externis negocijs vacu
us fuit: aliquid ſemper quod ingenium ſape
ret edidit: nam ⁊ decretales epiſtolas com-
pilauit: ⁊ viris doctis ita fauit: vt eos ad car
dinalatum vſqꝫ prouexerit: maxime ꝟo Hen
ricum cardinalem hoſtienſem: virum diuini
humaniqꝫ iuris peritiſſimuꝫ. Vſus eſt ⁊ ma
gna liberalitate erga Bartholomeum brixi-
anum doctorem: qui multa in decretales edi
dit: quibus ex rebus preter doctrinam ſingu
larem ⁊ ſanctitatem: magnaꝫ conſecutus eſt

laudem. Eius quoq; opera redactu; eſt tem
plum teſtudineum: quod apud ſanctã Agne
tem cernimus ad cultum diuinũ: cum antea
Baccho dicatum eſſet: conſecrationẽq; alta-
ris beate Conſtantie hui⁹ manibꝫ factã: litte
re ipſe indicãt in veſtibulo templi poſite.

## Vrbanus. iiij.

Vrbanus quartus ex trecẽſi galli-
ca vrbe oriundus: patriarcha hie
roſolimitanus pontifex creatus:
ſtatim e Gallia milites ꝯuocauit: quos Mã
fredo ditionem eccleſie vexanti obijcẽt. Hãc
ob rem Jordanis copiarum Mãfredi i He-
truria contra guelphos dux reuocatus in re
gnum: guelphis reſpirandi facultatẽ aliquã-
tulum dedit: maxime vͦo florentinis ꝛ lucen-
ſibus: quos e medio tollere omnino gibelli-
ni inſtituerant. Laboratur ꝛ eadem peſte in
ciſalpina Gallia: Vberto pallauicino factõ-
nem gibellinam vbiq; extollente: contrariã-
q; deprimẽte. Tante etiam verſucie is fuit: vt
Brixia potitus ſit: vtraq; factione id appro
bante: cum ſe omnibꝫ pariter affuturum oſtẽ
dit. Tum vͦo mutinenſes ꝛ rhegienſes: ferra
rienſium ac bononiẽſium conſilio vſi qui ve-
rebãtur ne Pallauicinus omnia occuparet:
in partes eccleſie declinãtes: gibellinos ciui
tatum ſuaru; eijciunt: eorũq; bona guelphis
florentinorum exulibus condonãt: quo factõ
ſua vbiq; validior haberetur. Fiebant hec in
ciſalpina Gallia: pontifice ipſo omnes conti
nuo ad pacem cohortante. Apud Conſtanti
nopolim vͦo Paleologũ veneti imperio deie-
ciſſent: niſi genuenſibus ſocijs ꝛ amicis fuiſ-
ſet adiutus. Factus deinde potentior Paleo
logus capta Manouaſia: venetis ꝛ Guliel-
mo Achaie principi facile reſiſtebat. Para-
uerat iam legatum põtifex: qui pacem inter
venetos ꝛ genuenſes cõponeret: cum ſubito
Mãfredus comparatis nouis ſaracenorum
copijs: agrum picenu; iam antea nutantem
occupat. Pontifex itaq; eundem legatum in
Galliã mittit: qui gallos cruce ſignatos: ia;
antea ea de re monitos: maturare iter preci-
bus ꝛ pollicitatõibꝫ impelleret: qui certe du
ce Guidone epo antiſiodorenſi in Italiã de-
ſcendẽtes: ſuperato ad Brixiam Pallauici
no nemine deinceps reſiſtẽte: Viterbiũ vſq;
peruenere. Vnde non ita multopoſt accepta
põtificis benedictõne digreſſi: per vmbros ꝛ
marſos iter faciẽtes: ſaracenos qui eo ꝯfuge
rant facillime ſuperãt ꝛ ad Lirum vſq; ꝓpel-
lunt. Eodem quoq; tempore romani ꝛ ſi di-
tionẽ eccleſie nequaq̃ vexarẽt: nõ tamẽ põti-
ficis imperio obtemperabãt: magiſtratus i
vrbe ſuo nutu creãtes. Deſinẽtes itaq; ſena-
torem ex ciuitate romana creare: tum ꝑmu;
ex exteris Brancaleonẽ bononiẽſem magni
animi conſilijq; virum: ad tãtum magiſtratũ
magno ꝓpoſito premio acciuere. Vex poſtea
mutata ſententia: hominem compꝛhenſum in
carcerem conijciũt. Hac aute; iniuria bono-
niẽſes moti: romanos quoſdam captos non
alia conditõe dimiſſuros ſe affirmãt: niſi re-
ſtitutum i libertatem ciuem ſuum Brãcaleo
nem intellexerint. Tum vͦo romani ſuis ca-
uentes: nõ ſolum Brancaleone; dimittunt:
verumetiam eundem in priſtinã dignitatem
reſtituunt: alio etiam ex omni regione vrbis
delecto magiſtratu (quem Bandereſios ap-
pellabãt) penes quem vite ac necis hominu;
arbitrium eſſet. Hac aute; inſolẽtia ideo vti
romanos põtifex intelligebat: q̃ ſe a Man-
fredo vexari armis cernerẽt: nec eo; conati-
bus poſſe reſiſtere. Quare tyrãnos a ceruici
bus eccleſie aliquãdo reiecturus: legatos ad
Lodouicum Frãcie regem mittit: qui eũ ad-
hortẽtur: vt primo quoq; tempore Carolum
prouincie ꝛ Andegauie comitem ꝯſobrinum
ꝛ generũ ſuu; cum exercitu in Italiã mittat
q̃ ſibi in animo eſſet Manfredo pulſo: homi
nem regẽ Sicilie citra ꝛ vltra Pharũ crea-
re. Feciſſet tum id quidem (adeo erat ad tan-
tam rem ob ingratitudinẽ Mãfredi anima-
tus) ni egritudo a rebꝫ gerẽdis eũ abſtraxiſ-
ſet. Qđ deinceps a ſequẽti põtifice poſtea fa
ctum autumãt. Sũt qui aſcribãt hui⁹ põtifi-
cis etati Albertũ theutonicũ ordinis ꝑdica-
toru; fratrem: quem ob amplitudinẽ doctri-
ne magnum appellant. Qui ꝛ omnia opera
Areſtotelis commẽtatus ẽ: ꝛ theologiã chri-
ſtianam acutiſſime aperuit: ꝛ de paruis na-
turalibus q̃diligenter ſcripſit. Edidit et li-
brum de coequeuis: in quo quidẽ res natura
les theologie quãtum fieri poteſt perſimiles
oſtenduntur. Expoſuit ꝛ magnam partẽ bi-
blie: euãgelia: ac pauli epiſtolas gloſis opti-
mis aperuit. Inchoauit etiã ſũmam theolo-
gie: ſed non perfecit. Tante preterea mode-
ſtie fuit: adeoq; lectionu; appetentiſſimus: vt
ratiſponenſem epiſcopatum abnuerit: quem
tumultu et armis gubernare interdum opus
erat: vt nunc etiam apud Germanos mos
eſt: quorum pleriq; epiſcopi enſe et milite rẽ
ſuam tutantur. Priuatus itaq; Colonie a-
liquãdiu publice legit. Tandem vͦo octoge-
ſimum etatis agens annum: eodem in loco
moritur: multis diſcipulis qui poſteritati cõ
ſulerẽt relictis: maxime aũt Thoma Aqui-

nate:qui relicta patria inſigniq3 cognatiōe
(originē eīn e comitibꝫ Apulie ducebat) Co
loniā pergēs tātum profecit. vt poſt aliquos
ānos apud pariſios primum in doctrina lo-
cu3 teneret. Ubi ⁊ quatuor libros i ſnias edi
dit. Scripſit ⁊ libꝝ ꝯtra Gulielmū de ſācto
amore virꝝ pniciosum. vt antea dixim⁹. Du-
os pꝫterea libros edidit: quoꝝ alter eſt de q̄li
tate ⁊ eſſentijs. alter vō de principijs nature
Romā deinde ab vrbano acceſſitus: ſpretis
dignitatibꝫ que vltro ei offerebant: totū ſe-
ſe lectōi ⁊ ſcriptōi dedit. Nā ⁊ ſcola3 Rome
inſtaurauit: ⁊ rogatu Urbani mlta ꝯſcripſit
⁊ totā fere naturalē philoſophiam ac mora-
lem cōmētatōibus expoſuit: ⁊ ꝯtra gentiles
edidit. Declarauit ⁊ Iob. cathenāq3 aurea3
ꝯtexuit. Compoſuit ⁊ officium de chriſti cor-
pore: quo in ope plurime figure teſtamēti ve
teris ꝯtinētur. Ad Urbanū pontificē redeo: q
pōtificatus ſui āno tercio. mēſe vno. die quar
to Peruſij morit̄: i cathedraliq3 baſilica ſepe
lit̄. Uacat tū ſedes menſibus quinq3.

## Clemens. iiij.

Clemens quartus Guido Fulco-
dij ātea vocatus: natiōe narbonē-
ſis. e villa ſācti Egidij merito ob
ſāctitatē ⁊ doctrinā pōtifex creatur. Is eīn
iure ꝯſultus totius Gallie ſine ꝯtentiōe pma
rius. in curia regia cauſas integerrime agēs
vxorem ⁊ liberos habuit: qua mortua primo
podiēſis. deinde narbonēſis epūs: poſtremo
cardinalis oīm ꝯſenſu creatus: ſolus ob inte
gritatē ⁊ auctoritatem deligit̄: qui lites inter
Henricum Anglie regē ⁊ Simonē Montiſ
ferrati comitem cōponeret. Poſtea vō ponti
ficatū adeptus (vt quidā tradūt) mēdicātis
religioſi cuiuſdā habitū indutus: Peruſiū i-
cognitus pueniit. eo deinceps, pfecti cardina-
les: quē etiam abſentē in pontificē delegerāt
hoie3 ipm Uiterbiū honorifice pducūt. Ca-
rolus aūt (quē diximus) ab Urbano i regnū
accitū: cū triginta triremibus Maſſilia ſol-
uēs Tyberi amne ſubuectus. Romā ingreſ
ſus tādiu ſenatoriū munus mādato pōtificiſ
obiuit: q̄ad ſupuenere cardinales a pontifice
miſſi: qui hoiem i lateranēſi baſilica Hieru-
ſalem ⁊ Sicilie regem declararūt. hac cōditi-
one: vt Carol⁹ ſacramēto adactus quotānis
pheudi nomie quadraginta milia nūmū au
reoꝝ eccleſie romāe pſolueret: neue impium
romanū etia3 vltro oblatā accipet. Magna
eīn de impio ꝯtētio iam orta erat int̄ Alphō-
ſum regem Caſtelle. impium armis ⁊ largiti
one querēte3: ⁊ Cornubie comitē regis An-
glie fratrē: ad quē electores nō facile reſpicie
bant. Ne igit̄ Manfredo ſpes vlla ſbeſſ3 diſ
cordiarum inter alphonſu3 ⁊ Carolum. ad
quē magna ps hoim imperium deferebat. ſb-
lata petēdi facultate: pontifex hoiem in Mā
fredū cōcitabat eccleſie romane cōtemptorē
Iam eīn Caroli copie ſupatis alpibus. i Ci-
ſalpinā deſcēderāt. factoq3 p flamminea3 iti-
nere oīnes factionis guelphe milites Romā
vſq3 pduxerāt. Uñ Carolus mouēs ⁊ Cepe-
ranū capit: pulſo inde Māfredi pſidio: ⁊ ſal-
tum Caſmatum occupat: que3 Manfredus
ipſe cuſtodiendum accepat. quāq̄ deinde mu-
tato cōſilio Beneuētum profectus expectare
hoſtem in planis patentibuſq3 locis inſtitue
rat: q̄ plurimū equitatu valeret. Mouit et
eo Carolus. ⁊ facta pugnādi copia: licet ex
itinere feſſi milites eſſent: prelium nō detre-
ctat. Ciet vterq3 dux ſuos in pugnam. Uerū
dum Carolus laboranti ſuorum turme intē-
ti⁹ (vt fit) ſuccurrit. ex equo cōſternatus ita
hoſtium animos auxit: vt Manfred⁹ extra
ordinē incauti⁹ pugnās interfectus: apparēte
ſubito Carolo fortunam belli ſtatim mutaue
rit. Ex ſuis eīn in fugam verſis multi interfe
cti ſūt: pleriq3 vō viui capti. Carol⁹ aūt tāta
victoria potitus: Beneuentu3 mouens: vrbē
dedentibus vltro ciuibus ingreditur. Nuce
riam deinde oppugnare adortus quo ſe noui
vetereſq3 ſaraceni receperāt: magiſtrum mi-
licie ſue (quem mareſcallum vocant) cum qn
gentis equitibus in Hetruriam mittit: qui
guelphos extorres in ciuitates ſuas reduce-
ret. Is itaq3, pfectus abeuntibus ſpōte gibel
linis: magiſtratū ſine, puocatiōe Florētie cō-
ſtituit. quem Accole factionis guelphe capi-
taneos vocāt. Inde vō in ſenēſes mouens oē
gibellinos Hetrurie. maxime vō piſanos in
ſe cōcitauit: dum ad Bonitium caſtra habet
qꝺ gibellini acriter defendebāt. Carolus at
vtroq3 regno in poteſtatem recepto. excepta
Nuceria. ſaracenis tandē pacem ꝯcedit: per-
miſſis etia3 ſuis legibus i Italia viuere. Ipſe
vō cum exercitu vocante pontifice: Uiterbiū
ſe cōtulit. quo ⁊ Henric⁹ fratre rege Caſtel
le pulſus pauloante peruenerat: quem pon-
tifex Caroli cōmendatione motus: ⁊ multis
muneribus donauit: ⁊ ſenatorem Urbis cre-
auit. Carolus aūt in Hetruriam mouens gi
bellinos domiturus. qui Corradinum adole
leſcente3 Conradi ſueui nepotem in Italia3
contra guelphos vocabāt. Bonitiu3 egregie
defenſum ⁊ natura munitum: cum vi capere
nō poſſet: fame ad deditionem compellere in
ſtituit: quo tandem poſt longam obſidionem

recepto.in piſanos mouens. Mutroniū eo
rum oppidum captum lucenſibus donode-
dit. Moliturus etiam maiora tum Carolꝰ
videbatur. niſi a ſuis in regnū ꝓpere voca-
tus fuiſſet.ob factioſos quoſdam qui Cor-
radini rebus fauebant.maxime vero ſarace
nos:quos deinceps munitiſſimis caſtellis
in Nuceria concluſit:quo ei tutius in Cor-
radinum proficiſci liceret:quem Piſani in
regnum deducere conabantur:vaſtatis pri-
us lucenſium agris.ſuperatoꝗ atꝗ interfe-
cto apud Aretium Caroli mareſcallo:adiu
uante preſertim Guidone ferretano :totiuſ-
ꝗ Ciſalpine factione gibellina. Ferunt pō-
tificem(dum adoleſcens per agrū viterbien
ſem iter in regnum faceret)eius caſum miſe
ratum prophetica voce dixiſſe: Corradinuȝ
ipſum vt victimā ad cedē duci. Is itaꝗ ro-
mam ꝓficiſcens Henricū ſenatorē ad pon-
tem Miluiū cum populo romano obuiā ha
buit:imperatoris nomine ſepius acclamato
timore ne id fecerint:an ſtudio partiū haud
ſatis conſtat. Dimiſſo autem rome Guido-
ne ferretano.ipſe cum exercitu in regnum ꝓ
perans.vbi intellexiſſet Caroluȝ ſaltus her
nicos latinamꝗ viā occupaſſe. Flexit inde
ad equicolos mōtes:quos Tagliacocij vo-
cant in marſos ꝓfecturus. Caſtra itaꝗ pri
mo nō longe a lacu poſuit:fere aqueductuȝ
vetere edificiorū ruina munita. Mouerat
⁊ eo Carolus decimo inde ſtadio ad conca-
ue vallis fauces caſtra locās.q Alardi nea-
politani conſilio vſus(is eniȝ cū germanis
diu militauerat)partem exercitus ſtatim p̄-
miſit cum mareſcallo regia veſte induto. la-
ceſſendi hoſtis cauſa. Ipſe vō citra collem
cum fortiſſimo quoꝗ in inſidijs benegerēde
rei occaſionem interim expectabat. Ad tris
autem horas iam pugnatum eſt dubio mar-
te.cum mareſcallus fortiſſime pugnās occi-
ditur.cuius in morte cedētibus gallis. ger-
mani ferociores facti paſſim ſine vllo ordie
inſequebant̄. In hos itaꝗ incōpoſite irruē-
tes. Carolꝰ delatus fundit fugatꝗ magna
in fuga edita hoſtiū ſtrage. Henricus auteȝ
ſenator Reate in fuga captus eſt.⁊ Corradi
nus cum duce Auſtrie cognitus(dū traiice-
re Tyberim nauigio in Hetruriā tētat)ad
Carolum pertractus capitali ſupplicio affi-
citur:quod(vt diximus)pōtifex futurū pro-
pediem diuinauerat. Carolus itaꝗ anno ſa
lutis milleſimo ducēteſimo ſexageſimoocta-
uo. tanta victoria potitus.totoꝗ regno ſi-
ne cōtentione i poteſtatē ſuā redacto. romā
ꝓficiſcens ſenatoriū munus volēte pōtifice

aliq̄diu adminiſtrauit.miſſo mareſcallo ſuo
in Hetruriā: cuius certe ⁊ induſtria ⁊ ope-
ra pax inter ſenenſes ⁊ florētinos cōpoſita
eſt. Verū mortuo Clemente:pōtificatus ſui
anno tercio.die vigeſimoprimo.eodēꝗ Vi-
terbij ſepulto.tanta repente non ſoluȝ inter
populos Italie.quos aliquantulum in offi
cio ſanctiſſimus pontifex auctoritate ſua cō
tinebat: verūetiā inter cardinales diſcordia
orta eſt de creādo nouo pontifice. vt biēnio
ſedes vacauerit. Tum vō Carolus omnia
circūſpiciens.ne quid mali eccleſiaſtice diti-
oni obueniret.cū parte exercitus in Hetru-
riaȝ profectus. Bonitiū oppidū(vnde initiū
turbande pacis ortū eſt)captū florētinis vē-
didit.quo demolito.nouum haud lōge i pla
no cōdidere poggiū. Bonitiū appellatū. Ca
rolus deinde inita cū piſanis pace quorum
nauigijs in Aphricam traiecturus vti inſti-
tuerat redire in regnum cōſtituit. relicto cū
parte copiaruȝ in Hetruria Ruffo Anguil
larie comite. qui hetruſcos in officio conti-
neret. Interim autē Lodouicū regem Maſ
ſilia ſoluentem tres filij adoleſcentes. rexꝗ
Nauarie. Theobaldus. ⁊ comes Campa-
nie cū legato apoſtolico ſecuti ſunt. Tuniſi
um itaꝗ ſimul applicātes.vrbem obſidione
cingunt.incurſionibus omnia circumquaꝗ
poſita vaſtantes. Verum orta in caſtris pe-
ſtilentia.ac diutius per ignota capita vaga-
ta. Lodouicum regē cum filio minore natu.
cūꝗ legato apoſtolico e medio ſuſtulit.cui-
us in locū Philippus filius ſuffectus. de di-
ſceſſu cogitare iam ceperat. Superueniente
autem Carolo Sicilie rege.hac conditione
pax compoſita eſt.vt dimiſſis vtrinꝗ capti-
uis.rex gentis Carolo tributum penderet.li
beramꝗ in aphrica chriſti predicationē ſine
ret. Reductis deinde in Siciliam copijs.
mortuo apud Drepanum rege Nauarie et
Campanie comite Philippo ⁊ Carolo pla-
cuit.partim pietate motis. partim vitande
contagionis cauſa Centūcellas adnauigare
inde terreſtri itinere Viterbium ituri.vbi de
eligendo pontifice cardinales adhuc cōten-
debant.q certe tantorū regū preſentia moti.
Theobaldū placentinū.leodiēſem archidi-
aconū abſentē pontificē crearūt. Ad clemen-
tem redeo.cuiꝰ vita omni ex parte laudāda
ē doctrina.pietate.religiōe.humanitate.mo
deſtia.charitate in proximū ⁊ paupes chri-
ſti. Bona autē eccleſie ita accurate diſpenſa
uit.vt plus deo q̄ affinitati ⁊ cognatiōi tri-
buiſſe videatur. Duas habuit filias ex mor
tua vxore ante pontificatū ſuſceptas. quarū

altere in monaſterium collocate:triginta li-
bras turonenſiũ paruorũ dedit:altere autez
que marito ſue cõditionis nupſerat: trecen-
tas libras turonẽſium dotis nomine nume-
rari iuſſit:hac cõditiõe. ne quid vnq̃ ampli-
us peteret. Habuit ⁊ nepotẽ clericũ.quẽ vbi
cõperit tres prebẽdas(ita enim canonicatꝰ
vocãt)habere:optionẽ facere ꝯpulit:vt quã
vellet ex his retineret duas relinqueret. Ue-
rum inſtãtibus amicis:vt nõ ſolũ que habe-
bat nepoti dimitteret:ſʒ maiora ⁊ plura tri-
bueret. Reſpõdit vir ſanctiſſimꝰ(quẽ vtinã
noſtre etatis põtifices imitati eſſent)ſe deo:
non autẽ carni ⁊ ſanguini acquieturũ. Deũ
ita velle:vt ſua in pias cauſas erogarentur
nec eſſe dignũ Petri ſucceſſorẽ: qui plus co-
gnationi q̃ pietati ⁊ chriſto tribueret. Duz
aũt Uiterbij eſſet:referretq; quottidie Edui
gem Polonie duciſſam iam pridẽ mortuam
miraculis ſummo ĩ precio eſſe:eã in ſanctas
retulit. Delectatus eſt etiã mirifice doctria
Bonauenture ordinis minorũ generalis. q
grauiter ⁊ copioſe tum ſcripſit:in primũ:ſe-
cũdũ:terciũ:⁊ quartũ ſentẽtiarũ librũ. Hac
autẽ cõmendatione moriens vir ſanctiſſimꝰ
magnũ ſui apud omnes deſideriũ reliquit.
Hinc cõtentio inter cardinales orta eſt.cuz
dignus Clementi ſucceſſor queritur.

## Gregorius.x.

GRegorius decimus Theobaldꝰ
antea vocatus.natiõe italus.pa-
tria placẽtinus. leodienſis archi
dyaconus. in Aſia exiſtens. Uiterbij a col-
legio cardinaliũ põtifex creat̃. Eo eniz tem
pore quo Lodouicus in Aphricã nauigauit
Herdardus regis Anglie filius ex Anglia
cum ingẽti claſſe in Aſiã traiecit:recuperã-
de terre ſancte cauſa. Uerũ dũ Ptolomeide
tamdiu immorat̃.quoad Lodouicus rex frã-
cie:vt pollicitus erat.eo ex Aphrica victor
traijceret.ab Arſacida familiari.dũ ſolus
in cubiculo eſſet tribꝫ vulneribꝫ petitꝰ. egre
mortis periculũ euaſit.adiuuante altero fa-
miliari.qui manuz Siccarij tãdiu retinuit.
donec a domeſticis diſcerptꝰ ⁊ extractꝰ e cu-
biculo ſceleratꝰ Arſacida ẽ. Herdardꝰ autẽ
vbi ex vulneribꝫ cõualuit. Theobaldũ cõtu
bernalẽ ſuũ.magno ſemp in p̃cio habitũ.qp
pe q oẽs reges ⁊ pricipes chriſtianos conti-
nuo ĩ ſaracenos animauerat iturũ. Romaz
põtificatꝰ gratia a cardialibus accitũ.naui-
gio.pecunijs. egregio comitatu mirifice iu-
uit eo potiſſimũ tẽpore quo Henricus adole
ſcens Ricardi pauloãte mortui comitis Co
nubie filius. Uiterbiũ vidẽdi Clemẽtis cau-
ſa venerat. Quo mortuo dũ adoleſcens ipſe
ibi aliquãdiu morã trahit. malo fato ſubla-
tus eſt. a Guidone enim Monteforti q tum
cũ Philippo francorũ rege cathedralẽ eccle
ſiã audiẽde rei diuine cã petierat. ante araz
interficit̃ q2 a Ricardo pater eius Simon ĩ
Anglia dolo necatus fuerat. Ultus hoc mõ
patris necẽ. ad Ruffum Hetrurie prefectuz
incolumis euaſit. Abiere Uiterbio hac idi-
gnitate moti nõ ita multopoſt. ⁊ Philippꝰ ĩ
Galliã ⁊ Carolus ĩ Apuliã. q pace cũ ſara-
cenis inita. Theobaldũ Sypontũ:qđ Mã-
fredoniã nunc vocãt.nauigijs appulſuz. Ce-
peranum vſq; comitatus eſt. Inde v̉o ponti
fex p marſos ⁊ ſabinos iter faciens. Uiter-
bium tandẽ peruenit. vbi a cardinalibꝫ per-
benigne ⁊ honorificẽtiſſime ſuſceptus. coro-
naq; pontificia ornatus. omnẽ poteſtatẽ acci
pit quã chriſtꝰ Petro reliquit. Compoſito
deinde ꝓ tẽpore pontificatu. ad cõponendã
pacẽ inter genuenſes ⁊ venetos animũ adij-
cit. Hi enim populi inter ſe magnis cladibꝫ
iam dudũ decertauerãt. Hãc ob rẽ Philip-
pus rex frãcie Cremone ſubſiſtẽs. põtificis
rogatu vocatis genuenſiũ ⁊ venetorum lega
tis. pacẽ iter eos in quinquenniũ cõpoſuit.q
ſimul oibꝫ ꝓficiſci ĩ ſaracenos liceret. Quie-
ſcebat iam Italia. cũ initium ꝑturbãdi oia
a venetis ortum eſt. noua vectigalia exigen-
tibus. Inſtituerant enim ne quis in ſinu ha
driatico nauigaret. maxime v̉o Pola Uene
tias niſi ſoluto portorio e mercium numero.
Hãc autẽ indignitatẽ nõ ferẽtes bononiẽſes
qui magne flamminie parti tũ preerãt. trie-
nio varia fortuna cũ venetis decertarũt. De
mum v̉o feſſi. hac lege pacẽ acceperũt. vt di-
rupto caſtello. quod in primo Padi oſtio e-
dificauerãt. quarundã mercium liberã educti-
onem haberẽt. oſtioruz Padi veneto libera
cuſtodia dimiſſa. Anconitani quoq; idigna-
bundi. q2 veneti hadriatici maris domina-
tum ſibi vendicarent. vectigalq; a nauigãti-
bus exigerẽt ea đ re apđ põtificẽ cõquerunt̃
cuiꝰ officiũ ẽ ꝓhibere. ne noua vectigalia ĩ-
ponant̃. Is aũt venetis ſtati ĩperauit. vt ex-
actionẽ illã tollerẽt. q certe nil aliđ reſpõdẽ.
q̃ põtificẽ nõ hr̃e rei ipſiꝰ planã cognitionẽ.
verũ recognita tũ meliꝰ iudicaturũ. Nõ po-
tuit Gregoriꝰ rẽ ichoatã ex ſnĩa pficere. Cũ
dũ erat ad conciliũ. qđ Lugduni idixerat. q̃
⁊ paleologꝰ imperator Cõſtãtinopolitanus
cum magno comitatu profectus. terciadeci-
ma vice in ſententiam romane eccleſie gre-
cos totiens deficientes pertraxit. Huius

preterea auctoritatẽ quidaꝫ tartari ꝓceres
ſecuti: ſacrum baptiſmatū recepere. Interea
vo vacante imperio occidẽtali. Rodulphus
Aſſani comes ab electoribꝫ hac cõditione i-
perator creatur. vt ſequenti anno Romã pe
teret. corone accipiende cauſa. Florẽtini au
tem guelphi. gibellinos cõciues ſuos a Gre
gorio (dum iter in galliam facit) in patriaꝫ
reductos. ſtatim eiiciunt. Hanc ob rem ira-
tus pontifex. eis ius faſqꝫ omne interdixit.
paulumqꝫ abfuit quin idem quoqꝫ in bono-
nienſes ageret qui lambertaſcios aſinelloſ-
qꝫ gibellinos cū preclaris familiis eiecerãt.
ſed hi nõ ita multo poſt penas dedere. Naꝫ
cum exercitū in foroliuianos duxiſſent: qui
exules ſuos ꝑbenigne ſuſceperant: eruptiõe
facta ꝯ bononienſibꝫ ad octo milia ceſa tra
duntur: qua quidem calamitate confiſe que
dam flãminie ciuitatis ab ipſis bononienſi-
bus ſtatim defecere. maxime vo Ceruia. vn-
de magnū ſalis vectigal ſuſcipiebant. Gre-
gorius autem abſoluto lugdunenſi concilio
in quo multa decreta ſunt: ad electionem ſū-
mi pontificis: ad expeditionẽ in ſaracenos:
ad vnionẽ grece latineqꝫ eccleſie: ad pacem
chriſtianorū pertinẽtia: iter in Italiã faciẽs
obuium habuit Alphonſum Caſtelle regeꝫ
apud Bellocadorū admodū conquerenteꝫ:
ꝙ imperium Rodulpho mandaſſet. Uerum
accepta pontificis ſatiſfactiõe: ius omne ſu-
um Rodulpho conceſſit. Põtifex autẽ ꝑbe-
nigne ab omnibꝫ Italis ſuſceptus: dū iter ꝑ
Hetruriã facit: florentinos ſponte deuitãs:
ne interdictū tolleret: Aretium ꝑuenit: vbi
põtificatus ſui anno quarto: menſe ſecūdo:
die decimo moritur ⁊ ſepelitur: vir certe i oĩ
vita clarus: prudẽtia rerum gerendarū: for-
titudĩe animi: qua pecunias ⁊ res humiles
contẽnebat: humanitate: clemẽtia: benigni-
tate in pauperes chriſti: ⁊ eos potiſſimum:
qui ad gremiū ſedis apoſtolice cõfugiebãt.

## Innocentius. v.

INnocẽtius quintus Petrus ta-
rantaſienſis antea vocatꝰ: natio-
ne burgūdus: ordinis ſancti do-
minici: vir in ſacris litteris doctiſſimꝰ: ãno
domini milleſimoducẽteſimoſeptuageſimo
quĩto Aretii põtifex creatꝰ: vnde paulopoſt
romã abiẽs in ſancto Petro coronatꝰ: ſtatĩ
animū ad pacãdas res italas adiecit. Qua-
re legatos magne auctoritatis viros miſit:
qui ⁊ Hetruſcos in pernitiẽ piſanorū cõſpi-
rantes: ⁊ genuẽſes ac venetos de vita ac ſan
guine inter ſe certantes ab armis diſcedere
ſub anathematis pena cogerent. Aderãt ⁊
oratores Caroli regis: cuius etiã auctorita
te rem magis ex ſententia confici poſſe ſpera
bat. Fecere mãdata hetruſci: maxime vo flo
rentini: quos ob hanc rẽ põtifex ab interdi-
cto Gregorii abſoluit. Genuenſes autẽ ⁊ ve
neti: quorū odia magis inoleuerãt: i armis
continuo erant: ſeſe inuiceꝫ mutuis cladibꝫ
conficientes: quos tamen Innocẽtius i ſen-
tentiam ſuã traxiſſet: ſi ei diutiꝰ viuere licuiſ
ſet. adeo ad eã rem animatus erat. Moritꝰ
autem pontificatus ſui menſe ſexto: die ſecū
do: ſepeliturqꝫ in lateranenſi baſilica. Quo
minus autem mors eiꝰ moleſta preſbiteris
ſecularibus videretur effecit eius iudicium
pauloante latum. Nã cuꝫ Uiterbii inter ſa-
cerdotes cathedralis eccleſie: ⁊ fratres pre-
dicatores de corpore Clemẽtis quarti orta
contentio eſſet: vterqꝫ eniꝫ odio ſanctiſſimū
corpus apud ſe volebat: adiudicauit id fra-
tribus cõmitti debere: ꝙ diceret ſanctiſſimū
pontificẽ id ita dum viueret inſtituiſſe. Hãc
itaqꝫ ob rem leuẽ offenſiunculam Innocen-
tius contraxit. alioquin vir optimus: ⁊ de
quo bona omnia ſperari poterant.

## Hadrianus. v.

HAdrianus quintus patria Ge-
nuenſis: familia fliſca: Othobo-
nus antea vocatꝰ: Rome i atrio
lateranẽſi pontifex creatur. Fuit autẽ Inno
centii quarti nepos. ſanctiqꝫ Hadriani di-
aconus. cardinalis ab eodem creatus: ⁊ in
Angliam legatus cuꝫ ſumma poteſtate miſ-
ſus. ad ſedandū tumultū inter regem ⁊ ba-
rones ortū. Creatus itaqꝫ pontifex Uiter-
bium ſtatim ꝓficiſcitur. Rodulphūqꝫ impe
ratorem ad cõminuẽdã Caroli potentiam.
qui tum Rome omnia ꝑ arbitrio agebat. in
Italiã vocat. Uerū Rodulphus boemico i-
plicitus bello. Hadriano ſatiſfacere non po
tuit. Carolus autẽ ad declinandã inuidiam
intentus. omnẽ vim belli in Achaiam trãſ-
fert. viam ſibi ad imperiū cõſtantinopolita-
num facturꝰ. Uerū mortuo Hadriano: põ-
tificatus ſui die quadrageſimo. in Italiam
rediit. Moritur autẽ põtifex Uiterbii ante
munus conſecrationis ſue. ſepeliturqꝫ in cõ
uentu fratrū minorū. Fuerat quidẽ ei i ani-
mo. ⁊ ditionẽ eccleſie tutiorẽ a tyrannis red
dere. ⁊ conſtitutionẽ Gregorii de eligẽdo põ
tifice in meliorẽ formã redigere. nõ omnino
tollere. Eius autẽ conatibꝰ ⁊ animi magni-
tudini mors obſtitit. Uacat tuꝫ ſedes dies
octo ⁊ viginti.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

## Johannes .xxi.

IOhannes Uigeſimuſprimus na-
tione hiſpanus : patria vlyxibo-
nenſis. Petrus antea vocat⁹: ex
epiſcopo tuſculano pōtifex creatur. Hic ꝛ ſi
doctiſſimus eſt habitus: tamen ignoratione
rerū gerendarū: ꝛ morū inequalitate pl⁹ de
trimenti ꝙ honoris ꝛ emolumenti pontifica
tui attulit. Multa enim ſtoliditatē pre ſe fe-
rentia egit. In vno tm̄ commendatione di-
gnus: ꝙ adoleſcētes litterarū ſtudioſos: in-
opes maxime beneficijs eccleſiaſticis ꝛ pe-
cunia iuuit. Uexabant tum veneti anconita
nos: ꝙ in dalmatia mercaturaꝫ exercerent:
nullo perſoluto venetis portorio : neqꝫ eos
(vt par erat) vectigales eccleſie pōtifex ipſe
tuebatur: in verbis tantūmodo promptus: i
rebus agendis timidi ꝛ infracti animi. An-
conitani autem pontificis auxilio deſtituti:
ſe ipſos colligētes eruptione facta : venetos
vrbem obſidētes: magno illato incommodo
ꝓpellunt. Uſus tamē conſilio Johānis ca-
ietani: cui⁹ nutu omnia tū gerebant: ꝙ ipſi⁹
auxilio ꝛ ſuffragijs pōtifex creat⁹ fuerat: le-
gatos tū ad Paleologū: tum ad reges occi-
dentales miſit: qui eos ſuo nomine coborta-
rentur: vt pace inter ſe inita: arma in ſarace
nos ꝛ hoſtes xpiani nominis pararēt. Pol-
licebatur homo ſtolidus ſibi longā vitam: ꝛ
diu ſe victuruꝫ omnib⁹ predicabat. Quippe
cuius vita ꝛ mores omnib⁹ patebāt: adeo e-
rat inuerecūdi ꝛ ſecordis ingenij. Sed ecce
dū hanc ſtulticiam omnib⁹ predicat: camera
quedā noua quā in palatio viterbieſi extru-
xerat ſubito corruit: atqꝫ inter ligna ꝛ lapi-
des iuentus: ſeptia die poſt tantā ruinā acce
ptis omnib⁹ eccleſie ſacramētis: pōtificatus
ſui mēſe octauo morit̄. Uiterbijqꝫ ſepelitur.
Uir (vt dixi) admodū litterat⁹: ſꝫ parū pru-
dens: Multa enī in vita ſua ſcripſit. Potiſ-
ſimū vͦo canones quoſdā ad medicinā ptinē-
tes. Nā medēdi arte admodū pitus habeba
tur. Scripſit ꝛ librū quē theſauros pauperꝝ
vocat. Edidit ꝛ ꝓbleumata quedā Areſtote
lem imitat⁹. Sꝫ hoc neſcio quo pacto com-
pertū eſt: vt viri quidā admodū litterati ad
res agēdas parum idonei videant̄. Neſcio
quo pacto dixi: cum mirū potius omnib⁹ vi
deri debeat: vt qui cōtemplatione delectat̄:
idem etiā reb⁹ terrenis animū applicet.

## Nicolaus .iij.

NIcolaus tercius patria roman⁹:
ex familia vrſina. Johānes caie-
tanus antea vocatus: pōtifex tā-
dem creatur ꝓtracta in ſex men-
ſes electione: non ſine magna cardinaliū cō-
tentione: quorū cōclaui ſenator Sicilie rex
prefuit. qui admodū inſtabat. vt vnus aliqs
ex natione gallica eligeretur. Nicolaus au-
tem inito pōtificatu. āno domini milleſimo
ducēteſimoſeptuageſimooctauo. Caroli po
tentiam cōminuturus. Hetrurie vicariatū
ei abſtulit. ꝙ diceret Rodulphū id egreferē
tem. non aliter expeditionē pro terra ſancta
promiſſam acturū. cum Hetruria impera-
torie iuriſdictionis haberetur. Hoc conſecu
tus pontifex nihilomin⁹ Flamminiā ipam-
qꝫ Bononiā cū hexarcatu Rauennatuꝫ que
tum imperatori ſuberant. in poteſtatem ſuā
redegit. eoqꝫ miſit Bertholdū nepoteꝫ Ro-
mandiole comitem declaratū. Miſit ꝛ alte-
rum nepotem latinū cardinalem legatum in
Hetruriā. q reſtitutis vbiqꝫ gibellinis. Flo-
rentie. ac in ceteris Hetrurie vrbibus ꝑ ar
bitrio animi magiſtratus īpoſuit. Munus
vͦo ſenatoriū quod principibus ꝛ regib⁹ de-
mandari cōſueuerat. ipſe ſolus obiuit. Lega
tos venetorū (qui tum Anconitanos bello
vexabant) a conſpectu ſuo reiecit. Abeūtes
ꝑterea ex itinere reuocatos. grauiſſimis ver
bis increpauit. ꝛ pernitiē eorū ciuitati com-
minatus eſt. ni ab oppugnāda Ancona deſi
ſterent. Tandē vͦo multis vltro citroqꝫ illa-
tis incōmodis. equis conditionib⁹ pax iter
vtranqꝫ ciuitatem componitur. Huic autem
pontifici in animo fuerat duos reges creare
vtrūqꝫ vrſinum. quorum alterum Hetrurie
alterum Lumbardie ꝑficeret. qui inde theu
tonicos partem alpium incolentes. hic gal-
los Siciliam ꝛ regnum Neapolitanum te-
nentes. armis in officio continerent. Ut vͦo
id ei facere liceret. Petro aragonuꝫ regi ꝑ
ſuaſerat: vt iure hereditario Conſtantie vxo
ri ſue regnum Sicilie repetere anniteretur.
Senatoriam autem dignitatem ipſe a Ca-
rolo ad ſe tranſtulit. vetuitqꝫ perpetuo edi-
cto. ne quis rex aut princeps magiſtratum
ipſum petere aut obire auderet. Fuit autem
Nicolaus pontifex (vt auctores ſcribunt)
vir magni animi atqꝫ conſilij: adeoqꝫ mori-
bus ꝛ vita integer. vt vernacula lingua com
poſitus vulgo diceretur. Amator ꝛ cul-
tor doctorū virorū. et eorū maxie q doctrinā
cū prudētia ꝛ religiōe ꝯiūctā haberēt. i par-

tendis autē dignitatibus ⁊ honoribꝫ cōmu
nis omnibus eſt habitus. Nā ſemel habita
poteſtate ſacrorū initiandorū: Albanū epi-
ſcopum ex ordine minorum. Hoſtienſem ⁊
Portuenſem ex ordine predicatorū delegit.
Preneſtinus ⁊ Tuſculanus epiſcopi ſecu-
lares fuere Creauit ⁊ duos preſbiteros: vi
delicet Gerardū tituli duodecim apoſtolo-
rum: ⁊ Hieronimū ordinis minorū: tituli
ſancte Pudentiane: His addidit duos dia-
conos. videlicet Jordanē fratrem ſuū tituli
ſancti Euſtachij: virum multe doctrine ⁊ i-
nocentie: ⁊ Jacobū Colūnam tituli ſancte
Marie in via lata: virum exacte religionis
⁊ grauitatis. Edificijs preterea edes pon-
tificias exornauit Edes eniꝫ apud ſanctum
Petrum percōmode extruxit: quarum par
tem aliquā adhuc cernimꝰ: has poſtea Ni-
colaus quītus magna impēſa reſtituit. Ci-
xit etiā menibus in vrbis modū pometū ſan
cti Petri. quod viridariū nunc vocāt. Eccle
ſiam quoqꝫ ſancti Petri fere vetuſtate colla
bentem reſtituit: ac pictura ſummorū ponti
ficum exornauit. Idē etiam fecit in baſilica
Pauli. Auxit preterea mirumimmodū di-
uinum cultū: aucto canonicorum numero: ⁊
ſeruientiū eccleſijs ꝓuentu. Diuiſit etiā or-
dines eccleſiaſticos inter ſe. ⁊ quid cuiqꝫ cō-
ueniret oſtendit. Habitationes quoqꝫ vni-
cuiqꝫ aſſignauit. vt ⁊ aduene ſcire poſſent. ꝗ
in loco quiſqꝫ magiſtratus. curialis preſer-
tim inueniri poſſet. Perfecit etiā lateranen-
ſes edes ab Hadriano quinto antea inchoa-
atas. Condidit preterea a fundamētis ſan-
ctaſanctorū. primo ſacello iam vetuſtate col
lapſo. templumqꝫ ipſum opere vermiculato
(vt adhuc cernit̄) ⁊ cruſta marmorea exor-
nauit. eoqꝫ trāſtulit apl'orū capita. donec
templū conſtantinianū ſua impēſa reſtitue-
retur. quo facto ſtatim in capſulis argēteis
ſuo iuſſu extructis. comitante populo in tē-
plum reſtituit̄. cōditurqꝫ in ſacello ad eaꝫ rē
percōmode fabricato. Eodē quoqꝫ die baſi-
licam ipſam cōſecrauit. pridie nonas Julij
is dies eſt habitus. Scribūt hiſtorici quidā
neminē ante ipſuꝫ ſacrificare religioſius vi
ſum. cuꝫ ſemꝑ diū ſolēnia ageret. lacbrimas
funderet. Erat enim religionis obſeruātiſ-
ſimus: ⁊ adeo ordinis minorum ob contem
ptum rerum humanarū amator. vt ipſe etiā
decretali epiſtola quedā ipſius ordinis am-
bigua declarauerit. Vacātibus eccleſijs nul
lus pontifex celerius ac maturius conſuluit
cū eas ſtatim optimo cuiqꝫ ⁊ idoneo cōmit-
teret. Prius enim mores hominū ⁊ doctri

nam inſpiciebat. deinde vacātes ſedes his
ſtatim cōmittebat. ꝗ diceret in mora pericu
lum eſſe. cum nō deeſſent qui diuina etiā cu-
pidiſſime diriperent ⁊ occuparent. Notari-
os ⁊ tabelliones. vtpote ſanguine pauperuꝫ
⁊ litigantiū viuentes. a ſe vt peſtiferos reie-
cit. Gregoriū decimū ⁊ Johannē vigeſimū-
primū hac in re imitatus. Verū quoniā vbi
qꝫ terrarū magna in magiſtratibꝫ corrupte-
la erat. cōſtituit ne magiſtratꝰ ipſi vllo i lo-
co magis ꝗ̄ annui crearent̄. eos ſi quiſpiaꝫ
retinere vlteriꝰ auſus fuiſſet. anathematis
pena notabat̄. a qua niſi a pontifice abſolui
nō poſſet. Multa preterea conſtituit. ad vti
litatem cleri populiqꝫ chriſtiani pertinētia.
vt in titulis ſuis apparet. Nō caruit tamē in
tantis laudibꝫ reprehēſione. Suos eniꝫ ita
amaſſe dicitur. vt aliunde raperet quod eis
cōdonaret. Nam quibuſdā nobilibꝫ roma-
nis caſtella vi abſtulit. ac ſuis dono dedit.
Maxime vō Surianuꝫ. vbi idē pontifex ci
bi ac potus cōtinentiſſimꝰ. ſubita tamē mor
te correptus. tercio ſui pōtificatus anno. mē
ſe octauo. die quintodecimo moritur. quaꝫ
morteꝫ predixiſſe quendā ferunt. notato per
excreſcētiam Tyberis vaticinio. Adeo eni
in imēſum excreuerat. vt altare ſancte Ma
rie rotunde quattuor pedibꝫ ⁊ eo amplius
excederet. Eius autē corpus Romā delatū.
in ſacello tituli beati Nicolai a ſe condito i
baſilica ſancti Petri ſepelitur. tumulo mar
moreo ⁊ vermiculato opere exornato. quem
adhuc cernimꝰ. anno domini milleſimodu-
centeſimooctuageſimo. aſſumptiōis octaua
die. quo quidē anno Carolus rex. b. Ma-
gdalene corpus iaꝫ antea a beato Maximi
no i villa ſui nomis conditū ornatiore ſepul
chro ⁊ maiore ſacello exornauit. caputqꝫ eiꝰ
ſeorſuꝫ i theca argētea cōdidit. In morte au
tem Nicolai vacaſſe pontificatū quinqꝫ mē-
aſticam ab hoſte tueretur: quoad ipſe reuerte
retur. Redire nanqꝫ ad Italiam ei in animo
fuit. Uerum dum in gallias proficiſcitur.
pontificatus ſui anno octauo: menſe quarto
Maſſilie moritur: vel (vt alij volunt) Aue-
nione vitaꝫ finiuit: eo maxime tempore quo
brigida deuotiſſima xp̃i mulier Suetie prin-
ceps Romam voti cauſa venerat: motuſqꝫ
nonnulli in apulia exorti ſunt: mortuo Nico
lao acciolo: eiuſdem prouincie gubernatore:
viro ſtrennuo ac in rebus agendis ſapientiſ-
ſimo.

## Gregorius. xj.

Gregorius vndecimus patria Le
monicenſis. Petrus belfortis an
tea vocatus: ſancte Marie noue
dyaconus cardinalis Auenioẽ pontifex om-
nium conſenſu creatur. Hunc eni adoleſcen-
tem vix decimũſeptimũ annum attingenteꝫ:
Clemens ſextus eius patruus cardinalẽ cre
auit. et ne videretur carni ac ſanguini magis
q̃ eccleſie conſuluiſſe: eundem ad exquiſitiſſi
mos doctores: maxime vͦo ad Baldum: q tũ
Peruſij legebat diſcipline gratia ſtatim mi-
ſit: vbi tantum in quouis genere doctrine ꝓ-
fecit: vt idem baldus eius auctoritate in con
firmandis rebus dubijs plerunqꝫ vteretur.
Fuit preterea tante innocentie ⁊ placabilita

tis: adeoqꝫ humanus et pius: vt ab omnib⁹
vnice diligeretur. Eo itaqꝫ tempore quo pon
tificatum inijt: Rome ſenator ſingulo ſeme-
ſtri a pontifice dat⁹ ius populi dicebat. Ur-
bis autem cuſtodiam totamqꝫ reipublice ad
miniſtrationem ⁊ curam Banderesij tuꝫ ge-
rebat. Banderesij enim appellati ſũt germa-
nico verbo a vexillis: quibus in bello vtebã-
tur. Singule enim decurie ſigno internoſce-
bantur ſuo: capita regionum nunc vocantur
qui vrbis tribub⁹ preſunt. In Ciſalpina au-
tem principes illi (quos diximus in viceco-
mites cõiuraſſe) Rhegium a vicecomitibus
poſſeſſum proditione occupãt. Superat arx
per quam Bernabos vrbem ingreſſus: ho-
ſtes primo impetu fundit: Rhegiumqꝫ libere
recipit: Lucio teutonico duce inde deturba-
to. Agebantur hec in Italia: cum Perinus
Cypri rex Petro genitori in regnũ ſuffectus
magnaꝝ diſcordiarum inter genuenſes ⁊ ve
netos cauſa fuit. Naꝫ dum Famaguſte coro-
nationis ſue pompaꝫ duceret: adeſſetqꝫ genu
enſis et venetus baiulus (ita enim appellant
mercatorum pretores) velletqꝫ vterqꝫ ad de-
xtram regis incedere: tantus repente tumul
tus exortus eſt: vt genuenſes ceſi ac pulſi per
ignominiam ſint. rege in venetos magis q̃ i
genuenſes inclinante. Hanc ob rem genuen-
ſes Petri fregoſi auſpicijs: Dominici frego-
ſi ducis fratris comparata quadraginta trire
miũ claſſe: Ciprũ hoſtili animo inuadit: qua
tuordecim milibus hominum in inſulam po-
ſitis: qui oĩa ferro ac flãma vaſtarẽt: ob vi-
olatum iuſgentium. Rex vͦo ab omib⁹ auxi-
lio deſtitutus: ad miſericordiam confugiens
dedita Famaguſta: quadraginta milia num
mum auri quotannis genuenſibus pollicet:
ſi pacem reddiderint. At vͦo cum legatus põ
tificis in italiam veniſſet: reſqꝫ eccleſiaſticas
recenſeret: inita cũ vicecomitib⁹ pace: initiuꝫ
ꝑturbandi oĩa a pratenſib⁹ ortũ eſt. Hi eni
vindicare ſe in libertatem a populo florenti-
no querentes: exercitum eccleſie ꝑmittẽte le-
gato in Hetruriam vocant quem ita floren-
tinus populus pecunia corrupit: vt eoruꝫ au
xilio Pratũ ingreſſus: ⁊ ꝯiuratõis capita vl
timo ſupplicio affecerit. ⁊ multa vexilla liber
tatis: lr̃as et nomẽ p̃ ſe ferẽtia pluribꝫ cohor
tib⁹ diſtributa: ad oppida trãſmiſerint: popu
los vt dños cohortantes: vt libertatis eccle-
ſie memores iugũ reijcerẽt. Primi aũt typher
nates (q̊s caſtellanos vocãt) ab eccl̃ia deſi-
nere: hos deinceps peruſini: tudertini: ſpole
tini: eugubini: viterbiẽſes: foroliuienſes: aſcu
lani ſecuti ſunt. Occupauerat tũ etiã Aſtor-

gius Manfredus ſub bauaro tyrãnidis dul
cedine guſtata Granariolũ agri fauentini
caſtellum: ad quem opprimendũ e Bononia
legatus Johãnem haucut cuꝫ aliquot cohoꝛ
tibꝫ mittit. Tutati ſunt Aſtoꝛgium floꝛenti-
ni et Bononienſes: qui excluſo Haucut cuꝫ
omni preſidio in libertatem ſe vindicauerãt
Haucut vͦo cernẽs Fauentinos ad rebellio-
nem ſpectare: et ciuitatẽ crudeliter diripuit
ceſis paſſim omnibꝫ: quos obuios miles ha-
buit: et ſolum vrbis viginti milibus nummũ
auri Nicolao et alberto eſtenſibus fratribꝰ
vendidit: occupato Bagnacauallo: vbi im-
pedimẽta exercitus ſui ad tempus repoſuit.
tum vͦo pontifex cognita tanta rerum permu
tatõne: cardinalem gebennenſem legatuꝫ cũ
ſex milibus equitum brittonum in Italiam
mittit: qui per Thaurinos deſcendentes ſi-
ne vllo maleficio vſqꝫ ad bononie poꝛtas ꝑ-
uenere: vrbem obſeſſuri. Sed legatus cogni-
to floꝛentinoꝛũ aduentu: qui Rodulpho var
raneo duce bononienſibus ſuppetias ferebãt
cum copijs ſuis Ceſennam hyematum cõceſ-
ſit: in qua vrbe ita tumultuatum eſt ob ſupeꝛ
biam Gallorum: vt ſexcenti Britones inter
fecti ſint: reliqui vrbe eiecti. Qui poſtea ꝑ ar
cem ingreſſi aucti numero cedibus et rapi-
nis omnia complevere: neqꝫ his quideꝫ par
centes: quoꝛum etas ſuppliciter veniam petit
Sole virgines et iunioꝛes matroꝛne ad iniu
riam reſeruate ſunt. Foꝛoliuienſes autem ve
riti ne a legato inopia conſilij et gubernato-
ris opprimerentur: Synebaldũ: Pynũ: Jo-
hannem: Theobaldum: oꝛdelaphos domios
in vrbem recipiũt: quoꝛuꝫ virtute ab impetu
brittonum defenſi conſtantiſſime ſunt. Exiſti
mans aũt Gregoꝛius pontifex hec oĩa ma
la: que in italia committebant: ſua abſentia
fieri naufragiumqꝫ tã diuturnũ abſente gu
bernatoꝛe committi: de profectõe ſua ad ita-
liam vir bonus diu multũqꝫ cogitare cepit: ꝯ
hominẽ permaxime mouere cuiuſdaꝫ epiſco
pi verba: qui interrogatus a pontifice: dum
ſimul inambularent: cur nõ rediret ad eccle-
ſiam ſuam: quã haud par erat tãdiu ſine pa-
ſtoꝛe nudam relinqui. Cur inquit tu ſumme
pontifex ceteris exemplũ daturus tuum epi-
ſcopatũ nõ repetis: eccleſiãqꝫ romanã? Mo
tus his verbis pontifex: paratiſqꝫ in rhoda
no vna et viginti triremibꝫ alio ſe iturũ ſimu
lans: ne a gallis retineret: ſi ſe profecturum
ad vrbem intellexiſſent: ipſam nanqꝫ curiam
emolumẽti cauſa in gallia volebãt. Genuam
itaqꝫ primo inde Coꝛnetum contendit: vnde
terreſtri itinere nauigatõnem pertesus hye-

me preſertim: Romã ꝑuenit anno dñi. M.
ccc. ſeptuageſimoſexto idibus ianuarijs: põ-
tificatus ſui ſeptimo: migratõnis vͦo roma-
ne curie in gallias anno ſeptuageſimo. Quo
aũt apparatu q̃q̃ incredibili populi romani
leticia ſuſceptus in vrbem ſit: honoꝛato quo
qꝫ obuiam prodeunte non attinet dicere: cũ
vultu geſtu acclamationibus omnem leticie
ſpeciem effuderint: vt filij ſolent redeunte pe
regre exoptato parẽte. Indigebãt omnia ad
uentu pontificis. Nam et menia ⁊ baſilica
ac priuata edificia vbiqꝫ ruinam minaban-
tur: que certe magna ex parte reſtituit: vt tuꝛ
ris ſuo iuſſu edificata ad ſanctam Mariam
maioꝛem indicat. Labefactati etiam ita ciui-
tatis moꝛes erant: vt nihil vrbanitatis habe
re videretur: vtqꝫ illi moꝛes aliunde petendi
eſſent: que totum oꝛbem terrarum quondam
ad vrbanitatem redegerat. Collocata itaqꝫ
in vrbe ſede ſua pontifex (vt bonum paſtoꝛeꝫ
decet) oĩa circumſpicere cepit de medelaqꝫ
vulneribus inferenda cogitare: pax igitur q̃
ſanari nondum obducta vulnera: poterãt ſi
bi diu multumqꝫ cogitanti oblata eſt. Lega
tum itaqꝫ primo ad Floꝛentinos mittit: qui
ad arma ſpectabant: eoſqꝫ adhoꝛtatur: vt e-
quas pacis conditões non detrectent. Hi
vͦo pontificis potentiam ſuſpectaꝫ habentes
ne ad pacem cogerentur cuꝫ Bernabone ho
ſte paterno auitoqꝫ fedus ⁊ amiciciam ine-
unt. Poſtea vͦo Johannem Haucut pecũia
et pollicitatõnibus coꝛruptum ab eccleſia in
partes ſuas trahunt quo ſucceſſu elati nul-
lum iniurie contumelieqꝫ genus pretermit-
tunt: quod in pontificem transferri poſſet:
qua ex re anathemate notati hac inſolentia
vſi ſunt: vt etiaꝫ ſacerdotes ſuos quibus a ſa
cris interdictum erat: celebrare contra ius:
faſqꝫ coegerint. Tum vͦo pontifex a precibꝫ
ad arma conuerſus: cõciliatis prius Bono-
nienſibus: qui ſuo nomine vrbem guberna-
rent: Uarraneum mercede conducit. hac
in re Floꝛentinoꝛum artibus vſus. eiqꝫ ex-
ercitum eccleſie committit: paulopoſt in flo-
rentinos moturo. Jd vt deſtinauerat ſtatim
faceret diſcoꝛdiam inter Genuenſes et Ue-
netos oꝛta effecit. Ueritꝰ enim eſt ne aliqua
externa vis Jtaliam inuaderet: ſi ipſe quo-
qꝫ cum Floꝛentinis decertaret. Nam cũ an-
dronicus genuenſium auxilio fretus quibꝫ
Tenedon inſulam mercedẽ facinoris ꝓmi-
ſerat patrem Caroli Johannem cõſtantino
politanum imperatoꝛem regno deturbaſſet:
Ueneti eundem in patriam reduxerunt: ac
tenedon inſulã ab eo accepere: qua ex re in-

dignati genuenſes in aliud tempus vindictã
diſtulere: veriti pontificis anathema: q vtri-
qꝫ populo interminabatur: niſi ab armis di
ſcederent: cum diceret neutri eoꝝ bellũ illud
competere. Sed dũ vir ſanctꝰ accurate agit
omnia: que ad pontificem pertinent intolera
bili veſice dolore moritur ſui pontificatꝰ an-
no ſeptimo: menſe quinto: quinto kal. april.
milleſimotrecenteſimoſeptuageſimooctauo:
ſepeliturqꝫ i baſilica beate Marie in via no-
ua ſepulchro marmoreo: quod adhuc viſitur
tanto omnium cum gemitu ⁊ lacrimis: quan
to nanq̃ antea quiſq̃ ſepultus eſt: parẽte eñ
et vnico genitore priuati omnes videbantur
Lugebantqꝫ nõ modo preſentem: verumetiã
futuram calamitatem: in quam ſublato opti
mo pontifice ob patrũ diſcordiam incidere.

## Vrbanꝰ. vj.

Mortuo itaqꝫ Gregorio cũ de cre-
ando vno pontifice mentio habe-
retur: clerus populuſqꝫ romanus
ad cardinales concurrunt: eoſqꝫ rogant: vt
vnum aliquem virum preſtante deligãt e na-
tione Italica: qui eccleſiam romanã ⁊ chriſti
anam rempublicam integre ac ſancte guber
net. Aliter de chriſtiano nomine illo maxime
tempore actum eſſe: niſi optimus paſtor tuꝫ
deligeretur. Italum autem requirebant: ne
ſi gallus deligeretur romane curie iteꝝ mi-
grare vltra montes neceſſe eſſet: cum maxio
vrbis rome totiuſqꝫ Italie detrimento et dã
no: qui dicerent abſente pontifice omnem ꝓ-
uinciam vrbemqꝫ Romam tyrannicis ſeditio
nibus continuo vexari: eccleſiaſqꝫ romanas
neglectas et incultas ſitu ſqualore iam ma-
gna ex parte prolabi: tolliqꝫ ob eam rem po-
pulorum pietatem Romam continue profi-
ciſcentium: cum videant et ſedem pontificiã.
et titulos cardinalium et monaſteria. ac ſa-
cratiſſima martirum loca ſine tecto corruen-
tibus: iam parietibus pecoribꝫ et brutis ani
malibus patere. Equum eſſe vt eo loci ponti
fex reſideat: vbi Petrus ſedem pontificiam:
relicta patria ſua: relicta natõne volente deo
collocauerit: auxeritqꝫ martirum confeſſoꝝ
ſanctiſſimorum pontificuꝫ cineribus ac ſan
guine: vnde paſtores eccleſie: vndequaqꝫ cir-
cumſpicientes mandatorum xpi memores:
incitatiqꝫ maiorum exemplis: quorum mar-
tiria et res geſtas ante oculos haberent: ſa-
luti hominum conſulerent: patrimoniumqꝫ
beati petri recuperarent: quod pontificũ ab-
ſentia in hetruria: in ſabinis: in hernicis: in
vmbris: in Picene: in flamminia a tyrãnis
quibuſdam occupatũ fuerat. Reticere ſe im-
preſentiarum q̃ immunita ſit hominum pie-
tas et peregrinatio ad vrbeꝫ Romaꝫ: immo
ad ſanctorum corpora et reliquias viſendas
ob pontificium abſentiã: que adhuc redinte-
grari poſſet ſi pontifex italicus crearet. Re-
ſpondere tum cardinales ſibi cure fore: vt vi
rum optimum deligerent: qui eccleſie dei pre
eſſet nulla perſonarum aut nationum acce-
ptione habita: ad imitationem ſaluatoris:
qui ad apoſtolatũ viros ex oĩ natione dele
git. Irent ipſi et bono animo eſſent arbitrarẽ
turqꝫ ſe nil acturos: quod nõ totum ad hono
rem dei: ad vtilitatem eccleſie romane totiuſ
qꝫ chriſtiani populi pertineret. Diſpoſito de-
inde apud ſanctum petrum conclaui colloca
tiſqꝫ in Vaticano militum ſtationibꝫ: ne tu-
multu aliquo tanta electio impediretur. vbi
de ineundis ſuffragijs mentionem faciũt ma-
gna contentio ſubito exorta eſt. Treſdecim
erant cardinales gallici: hi pontificem e ſuo
corpore volebant: quatuor erant italici: quo-
rum vnus ex gente vrſina ad pontificatũ ma
xime ſpirabat. Inclinabat aũt in gallos qp-
pe (qui plures erant) res ipſa: ſed forte fortu-
na inter Lemonicenſes ⁊ reliquos gallos or
ta diſcordia: cũ vtraqꝫ pars e ſuis aliquẽ cre
ari vellet effecit. vt Bartholomeũ barenſem
archiepiſcopum patria neapolitanuꝫ: vel vt
alibi legitur piſanum extra collegium cardi-
nalium pontificem crearent abſentem q̃uis
Vrbanũqꝫ ſextum appellarent. Prius autẽ
q̃ in publicuꝫ prodiret ſcitumqꝫ: Vrbanum
pontificem creatũ eſſe: calumniari galli ele-
ctionẽ illã fraudibꝫ ⁊ metu extortaꝫ inſtãtibꝫ
romanis vi et armis: vt italus aliquis creare
tur. Cardinales aũt e conclaui prodeuntes:
ꝑtim in Hadriani molem: ꝑtim vo ad mon-
tana loca confugere impetũ ꝓpli furentis vi-
taturi. Seceſſit et ad Vicouarum cardinalis
vrſinus: in tanta diſcordia magnã ſpem ꝯſe-
quendi pontificatus collocans. Veꝝ nõ ita
multo poſt cardinales penitentia ducti ad vr
bẽ venere: Vrbanũqꝫ ante electũ ꝯfirmarunt
ꝯſalutarantqꝫ vt verũ pontificẽ decebat. Pꝰ
mẽſeꝫ vo terciũ in calores vrbanos galli cul-
pam reijciẽtes a põtifice petũt: vt ſibi profici
ſci Anagniã cũ bona eius venia liceat aereꝫ
mutaturi peſtilentẽ: eſtate pſertim: marie vo
gallis: ſꝫ reuera ſeueritatẽ Vrbani veriti abi-
re. Nã ſemel atqꝫ iteꝝ eos ad ſe vocatos ad-
monuit: vt manꝰ abſtinẽtes haberẽt: nõ dona

aliqua:non munera acciperent:dum cauſas
agunt:dum patrocinīū ſuū beneficia petenti
preſtant. Interminatuſqꝫ eſt ſe acerrime pu
niturum in ſimonia deprehēſos:aut iniuſtas
cauſas fouentes . Preterea vͦ oſtendit ſibi
placere: et ita velle vt pompam dimitterēt:
tantamqꝫ familiarium turbam et equoꝝ:
cum id quod in tales ſumptus conſumerent
eccleſie romane pernicioſos : pauperibus et
reſtituendis coꝛruentibus baſilicis deberēt.
Se deinceps bonoꝝ delectum habiturum
dicebat affirmans:malos ſuoꝝ flagicioꝝ
penas laturos:niſi ſententiaꝫ mutarent. Et
quia ſentiebat cardinales Gallos de reditu
curie romane in prouinciam ſuam aliquan⸗
do mentionem facere:aperte oſtendit ſe Ro⸗
me manſurū:neqꝫ cuiqꝫ ſuadenti vt inde abi
ret obtemperaturum:ꝙ diceret fundamentū
vniuerſali eccleſie fideiqꝫ chriſtiane : Rome
iactum et auctum ad culmen eſſe. His itaqꝫ
rationibus moti cardinales gallici:et hi ma
xime qui theſauros eccleſie in moꝛte pontifi⸗
cum expilauerant:quiqꝫ pro arbitrio animi
ſui oīa pꝛius agebant : Anagniam primo:
mox fundos confugere:vbi pꝛimo in Vrba⸗
num(vt falſum pontificem ) inuecti ſunt:ꝙ
dicerent hominem vi creatum::vi etiam co⸗
ronam pontificatus accepiſſe: cū electio illa
⁊ coronatio in loco minime tuto ſit habita:
in qua libere deberent eſſe hominum volun⸗
tates:libera ſuffragia:cum contra ipi a po⸗
pulo Romano coacti ſint Italicum potius
ꝙ̄ gallicuꝫ eligere: Has autem ob cauſas ſe
de vacante(vt ipi dicebant) octo nanqꝫ erāt
Iohanna regina fauente:gebennenſem car⸗
dinalē:qui ante legatus in italia fuerat.pon
tificem deligunt:eiqꝫ clementi ſeptimo indi⸗
ta appellatio eſt. Hinc magna diſcoꝛdia in ec
cleſia dei oꝛta:et diuturna(quam ſciſma vo⸗
cant) cum pars xpianoꝝ principū Vrbano
pars gebennenſi faueret. Neqꝫ hoc modo cō
tenti ſeditioſi cardinales:brittones qui mul
ta eccleſie caſtella. multas vꝛbis villas iam
diripuerant:arceſqꝫ occupauerant: in ponti
ficem et romanos mittunt. Ad pontem Sa⸗
larum romanus populus hoſti incompoſito
agmine obuiam factus ſuperatur ⁊ ceditur
Verum cum poſtea apud Marinum pugnā
magna animoꝝ concitatōne iniiſſent : adeo
Brittones cedunt:vt vix nuncius tante cla⸗
dis ſuperfuerit. Qui in arcibus erant:ſe ali
quandiu ac ſuos tutati ſunt. Marie vͦ ar⸗
cis ſuriane pꝛefectus: qui poſt multos ānos
Martino pontifici deditionē fecit. Interim
vͦ genuenſes odium quod in Venetos men⸗
te conceperant oſtēdūt: aſcito in ſocietatem
belli lodouico Vngarie rege: Franciſco car⸗
rarīeſi patauino domino. auſtrie duce. patri
archa aquileienſi. Sentiebant tum cuꝫ vene
tis Perinus Luſignanꝰ Cypꝛi rex : et ber⸗
nabos viceccomes. In pꝛimo aūt ꝯgreſſu na⸗
uali pꝛelio ſuperioꝛes Veneti fuere: in littoꝛe
anthiatū victoꝛe piſano claſſis pꝛefecto . Ex
decē nanqꝫ genuenſiū triremibꝫ quinqꝫ amiſ
ſe ſunt. Tum vͦ marchiones Carreti adiu⸗
uante Barnaboue: Albinganū(qͦ nūc ar⸗
bingam vocāt)Naulū ⁊ caſtrū Francum de
genuenſibꝫ occupāt. verū nō ita diu in gratiā
cum genuenſibus redeuntes: oīa reddide⸗
re. Genuenſes preterea ꝓiecto in carcerē do⸗
minico Fregoſo duce:eiuſqꝫ fratre petro : et
Nicolaum Gualchū ducatui:⁊ Lucianū au
ream claſſi maritime pꝛeficiunt . Bernabos
vͦ qui filiam regi Cypꝛio in matrimonium
collocauerat:eam cum duodecim triremibꝫ:
ſex cathelanis:et totidē Venetis honorifice
ad maritū in Cyprum miſit:quibꝫ triremi⸗
bus perinus deinceps terra mariqꝫ Fama⸗
guſtam oppugnat: ſed fruſtra : acriter qui in
pꝛeſidio erāt vrbem defendentibꝫ: diſiectaqꝫ
etiā venetis et ꝓcellis claſſe. Non ceſſabant
hinc veneti: hinc genuēſes maria ipa tum in
ferū:tum ſupeꝝ vexare. Nā dū Carolus Ze
nus claſſis Venete pꝛefectus:tyrenum mare
genuenſibus infeſtū reddit: Lucianus aurea
nadriaticū cū magno venetoꝝ detrimēto diſ
currit:ab Iadera:vbi ſtationes habebat. in
venetos mouēs. Iadera nāqꝫ regis vngarie
erat. Ob hāc aūt iniuriā commoti veneti. cū
allicere ad certamē Lucianū nō poſſent: Ca
tarū et Sibinicum ipius regis oppida incen
dunt. Interim vͦ moꝛtuo galeatio viceccomi
te anno dn̄i milleſimotercēteſimoſeptuageſi⸗
monono: tota fere inſubꝛia ad bernabouem
incliatura videbat̄:q̄ ex re maximā volupta⸗
tē cepere veneti ſed fruſtra. Nam et dimidia
ꝑs regionis pꝛimo deinde tota Iohanni ga
leatio nepoti obtigit. Lucianus aūt genuen
ſium pꝛefectus: polā mouens claſſem veneto
rū in poꝛtu ipo ſuperat et capit. Verū dū in⸗
caute nimiū in hoſteꝫ fugientem ruit: lancea
tranſfixus moꝛit̄. Vtraqꝫ claſſis ⁊ victrix ⁊
victa Iaderā ꝑducit̄. q̄ ſtatim genuenſes Pe
trū auriā in demoꝛtui fratris locū miſere cū
triremibꝫ nouē: aliiſqꝫ nauigiis cōpluribus:
qui victoriā fratris recenſens ad duo milia
captiuoꝝ inuenit. depꝛehēditqꝫ multos in pꝛe⸗
lio ⁊ in vndis periiſſe. Oppugnabant̄ ⁊ terra
veneti a Carrarieſi eiuſqꝫ ſociis q̄s antea cō
memoraui: qͦbꝫ veneti albricū barbianū Lu⸗

nij comitem egregium copiarum ducem oppo
ſuere. At petrus auria genuenſiuz prefectus
ſexaginta triremium tottidemqꝫ nauigiorum
comparata claſſe Venetias contēdens: gra-
dum comaclum caprulas vi captas incendit.
Inde vo clugiā mouens: a pſidio veneto ali-
quādiu egregie defenſam: tandem eam vi ca-
pit: patauino tyranno cōmeatū ſubminiſtrā-
te. Cecidiſſe ea oppugnatione ad ſex milia ho
minū conſtat: et ad noningentos et quiquagi
ta ex venetis captos: Jaderamqꝫ miſſos: mu-
liebri tñ pudicitie in tāta clade ignotū ē. Fra
cti autem tanta calamitate veneti. cuz nec ter
ra nec mari auxilia ſperarent: captiuis genu
enſium e carcere liberatis: eiſqꝫ clugiam ad p̄
fectum genuenſium impetrande venie cauſa
miſſis: pacez petiuere: eas accepturi leges q̄s
victor impoſuiſſet. Genuēſes vo ſuperbia ela-
ti: vt victores facere conſueuerunt. venetos
reijciunt: niſi ſe ac ſua omnia dedentes: q ad
tuendam patriam cōuerſi: deductis ante por-
tus fauces cathenis ferreis: diſpoſitiſqꝫ ī lit-
tore portus tricentis equitibus: tottidemqꝫ
peditibus ad vnum aliquem ex ciuibus ſuis
reſpiciunt. quem bello preficerent. At vo dux
fluctuarent in tanta perturbatōne: quem po-
tiſſimum deligerent: incerto auctore vox au-
dita ē vnicum victorem piſanum: qui genuen
ſes optime noſcet idoneum eē: qui tante rei p̄
ficeretur. Non eſt audita temere ea vox: qua-
ſi auſpicato emiſſa. Ad carcerem concurrunt
omnes: eo eñ deductus fuerat ob rez male ad
polam geſtam: eductumqꝫ bello maritimo ſo
lum preficiunt. Inſtabāt genuenſes et captis
circūquaqꝫ caſtellis: ingredi vrbem parabant
quos poſt longam pugnam Johannes barba
dicus armatis lembis quibuſdam perfacile
repulit: cum progredi vlterius in eſtuarijs il-
lis triremes genuenſiuz non poſſent. Hac eti-
am arte barbadicus vſus eſt: inuenta tum p̄-
mum a quodam teutunico bombarda fuit: a
ſono et tonitru ſic dicta: nulla erat ſcapha ve
netoruz nullus lembus: qui nō duas bombar
das et eoamplius haberet. quibus multi ge-
nuenſes: vt a re inſolita: nec ad precauendum
ſcita opprimebantur. Singule eñ bombarde
binos ternoſue plerūqꝫ necabant: cum preſer
tim in triremibus declinare ictus: vt in terra
nō liceat. Adhortabantur aūt veneti bernabo
nem vicecomitē ſocium et amicum ita genuen
ſes bello premere: vt obſidione tāgraui liberē
tur: iā eñ cōmeatibꝫ carebant. De venetis tū
quidē actū fuiſſet: ſi (vt carrarīēſis admone-
bat) genuenſes cauiſſent; ne cōmeatus mari
venetis importari poſſent. Bernabos aūt ve
netis aliqua ex parte ſatiſfacturus: exercitū
ſuum in genuenſes mittit: qui vallē pulcephe
re depredatus. accepti ſqꝫ decem et nouem mi-
libus nummuz auri: omiſſis genuenſibus au
ro cum bernabone non ferro decernentibus:
onuſtus preda in inſubriā redijt. Non eſt vſ⁹
ea felicitate Aſtorgius fauentinus: eo cum eq
tatu a bernabone miſſus. Vbi eñ appropin-
quans ab erumpente populo genuenſi fundi-
tur: fugaturqꝫ. egre quidem Aſturgius euaſit
ruſtico cucullo indutus. At Calo Johannes
imperator grecorum cum venetis ſentiens: pe
ram genuenſium Conſtantinopoli vicinā op-
pugnare adoritur. Videbat eñ genuenſes plu
ribus bellis: et quidē grauiſſimis implicitos:
ſed andronicus eius filius patri ac veneto
eque hoſtis turcoruz bulgarorumqꝫ preſidijs
et ſocietate fretus. eam acerrime defendit. eo-
qꝫ terroris patrem deduxit. vt in partes genu
enſium ſtatim tranſiret. Interim vo vrbanus
nō intentus componende paci inter xp̄ianos:
vt par erat. ſed iniurias a iohanna regina ac-
ceptas vlciſci cupiens. lodouicum vngarie re
gem impulit. vt andreaſÿ fratris mortē ſe ad-
iuuāte vlciſceret. qui karolum filium in tarui
ſinis contra venetos dimicantem in iohannā
concitans res venetorum prope afflictas me-
liuſculas fecit. Superuenit et karolus Zen⁹
venetus vir bello nauali egregius. qui depreſ
ſis duabus honorarijs nauibus ante portum
clugienſem. eo neceſſitatis genuenſes perdu-
xit. cum educere naues ſuas nō poſſem. clau-
ſis reliquis oſtijs. vt ipi obſidentes q̄ obſeſſi
maiore rerum omnium penuria laborarent.
Sed nihil eque genuenſes afflixit q̄ petri au-
rie mors ictu bombarde interfecti: dum muni
menta Clugie acriter defendit. in cuius locuz
matheus ruffus ſtatim ſuffectus. dum Clugi
am peteret cum nouis triremibus apud man-
fredoniam Thadeum Juſtinianum cum ſex
triremibus annona onuſtis cepit. His vo cla
dibus motus Agapitus cardinalis Colum-
na et genuenſes ⁊ venetos ſepe ac fruſtra ad
pacem adhortatus ē. Sed hi ꝺ vita et ſangui
ne non de imperio inter ſe dimicantes. ſanis
bene admonentium concilijs. nuſq̄ obtem-
perarūt. Poſtremo itaqꝫ genuenſes Clugie
obſeſſi cum erumpere non poſſent premen-
te Veneto. habereue commeatus nequirent.
a Matheo Ruffo patauinoqꝫ domino. qui
id ſe facturos breui pollicebantur. deditio-
nem fecere kalendis Julij Milleſimotercen-
teſimooctuageſimo. Capti autem ſunt ea de-

ditione ex hoſtibus ad quatuor milia tricenti
et quadraginta. Plures aūt fame et ferro in
ipa obpugnatōe periſſe cōſtat. Non quieuere
tamen tanta accepta clade genuenſes: qui cū
triremibus octo et triginta tergeſtinos defice
re a venetis ad patriarcham aquilienſe3 com
pulere. Lepere et iuſtinopolim: excepta dum-
taxat arce. Aucta deinde claſſe Venetias ite-
rum contendunt: ſed cum nemo ad certamen
prodiret: in Iſtriam redeuntes Polam vrbē
vi captā incendunt. Multe vtrinq3 cedes in-
uicem accepte: dateq3 ſunt. Veneti tamen bel
lo terreſtri a Carrario opprimebātur: lic3 Ja
cobus caballus egregius copiarum dux eos
acerrime tutaretur: dum Taruiſium obpug-
tur: quod fame in hoſtium poteſtate fere vene
rat. Verum cum feſſus et defatigatus iam vt-
ro3 populus tam diutino et attroci bello eſſet:
dux Sabaudie pacem inter eos hac formula
cōponit octauo kalendas ſeptembris: milleſi
motrecenteſimooctuageſimo primo: vt regi
Vngarie decimo quoq3 anno veneti ſeptē mi-
lia nummum aureorum perſoluerent: ſi nul-
lum piratam in ſuis dalmatie locis tutum eē
pateretur: ſiq3 nullubi ſale3 fieri ſineret: vtq3
patriarche aquilienſi in foroiulio eadem ma
neret cōditio. que ante bellu3 fuerat. Venetis
autem et Genuenſibus imperatum: vt capti-
uos alterutrum incolumes dimitterent: de p̄-
da vtrinq3 capta nulla mentio. Mandatu3 pa
tauino: vt ab obſidione Taruiſij recedēt: vtq3
arces et turres in ſtagnis et ad fluuioꝝ oſtia
excitatas ſtatim demolirent: termini inter vene
tum et patauinu3 poſiti. Interea vō karolus
quem diximus a pontifice ex Vngaria cōtra
Johannam accitum: cum octo milibus equi
tum in italiam veniens: Aretium primo i po
teſtatem ſuam redegit: guelphorum et Gibel-
linorum ſeditionibus diu agitatum. Inde vō
in florentinos mouens: a iohanne Haucut q
tum Stagie erat ꝓpellitur. Sed florentini ve
riti ne ſuſtinere tanti regis impetum non poſ
ſent: pacem a rege datis quadraginta milibꝫ
nummum auri redimunt: Haucutq3 ſine ſti-
pendio dimittunt: qui Bagnacauallum Ni-
colao albertoq3 eſtenſibus vendidit: quo faci
lius retinere fauentiam in poteſtate ſua poſ-
ſent. quam tamen haud ita multo poſt amiſe-
re: Aſtorgio Manfredo eam quidem prodi-
tione adepto. karolus vō ſalutato reme vrba
no regnum ingreſſus: ſuperatis etiam Jo-
hanne ducibus neapolim tendentibus ciuibꝫ
capit. Obſidebatur in caſtello nouo regina:
cum aretini guelphi tumultu excitato Jaco-
bum Carazolum neapolitanu3 ciuem eo a re
ge miſſum: fugere in arcem compellunt. Con
fugere eo et gibellini: quibus certe vir equus
nō magis ꝙ guelphis cōſulebat. Volebat eñi
omnia pari iure in ciuitate agi. Accito itaq3
ob acceptā iniuria3 Albrico barbiano e tu-
dertinorum finibus vrbe3 ingreſſus: dū guel
phos ad officiu3 redigere conatur: gibellino
rum quoq3 bona diripit. Ferrabac autem al
ter copiarum dux albricu3 ſecutus: quod reli
quum ſuperfuerat in Aretio abraſit. Dū hec
ad neapolim et aretium agerentur: noua bel
li nubes Italiam inumbriauit. Nam Lodo
uicus Andegauenſis a regibus Francorum
originem ducens: Italiam ingreſſus cum tri
ginta milibus equitum non longe a Bono-
nia conſederat. a Clemente antipapa impul-
ſus: non tam vt reginam Johannam obſeſſā
liberaret: ꝙ vt Vrbanum armis pontificatu
deijceret. Hanc ob rem karolus omiſſo aretō
Albricum et Ferrabac ad ſe vocat. Florenti-
ni quoq3 iohannem Haucut rogatu Vrbani
ad karolum miſere. Lodouicus autem ꝑ mar
ſos iter faciens ad caſſinenſem ſaltum iam
peruenerat. Adhuc enim ad duodecim mi-
lia equitum expectabat: qui italiam ingreſſi
duce Andegranio: per placentinu3: lucenſe3
florentinum: ſenenſem agrum iter facientes:
Aretiu3 iam peruenerant: vrbēq3 a guelphis
introducti: poſt illatam ab albrico clade3 di-
ripuere. Defendebatur arx guelphorum p̄ſi-
dio: que diebus quadraginta oppugnata: in
gallorum poteſtatem propediem ventura erat
niſi Lodouici andegauenſis mors interueniſ
ſet. Tum andegranius re cognita hortantibꝫ
aretinis in arce obſeſſis: vrbe3 florentinis vē
didit: in Galliaſq3 rediit. Andegauenſes aūt
milites morte ducis cōſilio carētes: bini ter-
nique mendicantes etiam i patriā rediere. Tū
vō Vrbanus terrore gallico liberatus: Nea
polim ſe conferens a rege petit: vt ſibi liceat
creare nepotem ſuum Campanum principē
quod cum impetrare nequiuiſſet: homo ſub
ſpecie iuſti et honeſti minus vrbanus ac nul
li gratus: ad minas cōuerſus: eo iracundie re
gem cōpulit: vt cuſtodijs adhibitis ꝑ aliquot
dies prodire in publicū nequiuerit. Verū diſ
ſimulata ad tp̄us iniuria. nuceriam ad vitan
dos eſtus (ut ip̄e dicebat) cum bona regis ve
nia ꝓfectus. cōmunitaq3 firmis p̄ſidijs vrbe.
et nouos cardinales creat. et ſeptem ex veteri
bus i carcerē conijcit. ꝙ diceret eos cum rege
7 antipapa ꝯtra ſe cōiuraſſe. Preterea vō 7 ꝓ
ceſſu3 (vt iſtoꝝ more loquar) ꝯtra regē inchoa-

uit:miſſa de more citatione:qui breui ſe ven
turum Nuceriam reſpondit: diluiturumqꝫ
obiecta crimina:non verbis modo: verumeti
am armis. Nuceriam itaqꝫ cū ſatis magno
exercitu veniens:vrbem obſidet. Motus au-
tem hac indignitate Raimundus balcianus
e gente vrſina:comitis Nolani filius:qui po
ſtea tarentinus princeps eſt habitus: ſuis co
pijs fretus:quas ſub rege ductauerat: vrba-
num cum tota curia ad proximum littus de-
ductum:genuenſium triremibus ad id inſtru
ctis paratiſqꝫ impoſuit:quibus dum Genuā
pontifex defertur:ex ſeptē cardinalibus Nu-
cerie captis:quinqꝫ ſaccis inuolutos in mare
demerſit. Et v̄o mortuo Lodouico Vngarie
rege proceres vngari karolū ſtatim per lega-
tos accerſunt:qui eo profectus:dum conuen
tum ad res componendas celebrat: curante
regina que odium diſſimulauerat obtruncat̄:
anno milleſimotercenteſimooctogeſimoquin-
to:quo tempore Johannes Galeatius Ber-
nabouem vicecomitem:cui erat ex fratre Ga
leatio nepos:captum in carcere modoetie cō-
ijcit:ac coniectum vſqꝫ ad mortē detinet:eiuſ-
qꝫ ditōne potitur. Prius em̄ dum patrimoni
um diuidunt:papia vercelle:Nouaria:Ber-
tona:Alexandria:⁊ cetera ad Apeninum al
peſqꝫ pertinentia Galeatio:Placentia v̄o cre
mona. Parma. lauda. brixia:et Bergomum
Bernaboui ſorte obtigerant. Mediolanum
autem vtriqꝫ ꝯmune erat. At vrbanus circū-
acto anno:quo ſe Genuam contulerat:intelli
gens eccleſiaſticas ciuitates a florentinis ad
libertatem(vt antea incitari)Lucam primo:
mox Senas et peruſium peruenit. Cōfirma-
tis deinde aduentu ſuo ciuitatibus:deſiderio
(vt ipſe dicebat)videndi Neapolim: Ferenti-
num vſqꝫ proficiſcitur:ea mente reuera:vt la
diſlaum admodū puerum: et Johannam ka-
roli filios hēditate paterna deturbaret. Mul
ti em̄ ꝑceres Lodouico andegauenſi ſtudere
ſoliti: potiundi regni ſpeꝫ ei p̄ſtabant:ſed ma-
gna vſi fide caietani:pueris in vita retentis:
regnum quoqꝫ cum ſumma laude ſeruauerūt
Pontifex itaqꝫ re infecta Romam rediens:
cum magno apparatu honoreqꝫ pluſq̄ dici po
teſt a populo romano in vrbem ſuſcipitur:li
cet haud ita multopoſt a Bandereſijs inſidi-
as perpeſſus ſit:quas certe om̄ino deuitauit
et ſuſtulit creatis vna die nouē et viginti car-
dinalibꝫ:quorū de numero romani tres ſunt
habiti. Reliqui v̄o fere oēs neapolitani fuere
Interea v̄o antoniꝰ Scala veronenſis:⁊ frā
ciſcus ſenior patauinus dominus grauiſſimo
inter ſe bello contendere:Johanne vbaldino
Carrarij:et iohanne ordelapho ſcaligeri co-
pias ducentibus. Verum Galeatius viceco-
mes inſtigante Carrario ſuperatis Scalige-
ris:Verona vincentiaqꝫ potitur. Neqꝫ hoc q
dem cōtentus Galeatius paucorum menſiuꝫ
obſidione Patauium capit:ac Franciſcū car
rarium in carcerem medoetianuꝫ cōijcit. Eiꝰ
v̄o filius Franciſcus iunior fuga ſalutem ſibi
queſiuit. Florentini quoqꝫ augende ditōis cu
pidi:Politianum Lucinianum oppida ex ve
teri ſenenſium dominatu arte magis q̄ virib
in poteſtatem ſuam redigere. Preterea v̄o ka
rolum Bernabouis filium et antoniū Sca-
lam cum quinqꝫ milibus equitum in agrū ſe-
nenſem hoſtili animo immittūt. Hanc ob reꝫ
Galeatius motus legatos ad florētinos mit
tit:qui ſuo nomine cōquerant̄ karolum vice-
comitem:et antoniuꝫ Scalam hoſtes ſuos a
populo florentino:quo cum ipſe pacem antea
inierat et fedus:mercede conductos eē: vexa-
riqꝫ ab eis bello ſenenſes amicos et ſocios cō
tra ius faſqꝫ. Legatis item mandatum eſt. vt
niſi ab iniuria ſenenſiū diſcederēt. exauctora
rentqꝫ ſuos belli duces. florētino populo bel-
lum indicerent. Quo minus v̄o id ſtatiꝫ Ga
leatius faceret. petri Gambacurte piſanoruꝫ
tyranno precibus factum eſt. qui Galeatio ⁊
florentinis amicus rem inter vtrūqꝫ compoſi
turum ſe predicabat. Interim v̄o Vrbanꝰ pō
tifex pontificatus ſui infeliciter acti anno vn-
decimo:menſe octauo rome moritur. ſepelit̄-
qꝫ in beati Petri baſilica. paucis admodum
eius mortem: vtpote hominis ruſtici et inexo-
rabilis. flentibus. Huius autem ſepulchruꝫ
adhuc viſitur cum epytaphio ſatis ruſtico et
inepto.

## Boniſacius .ix.

Boniſacius nonus patria neapoli-
tanus. petrus cognomento. toma-
cellus antea vocatus. rome cardi-
nalium omnium conſenſu pontifex creatur.
anno domini milleſimotercenteſimooctuage-
ſimonono. Hic et ſi annorum circiter trigita
eſſet dum pontificatu inijt. ita tamē deinceps
vixit in tam florida etate. et tanta peccandi li-
cētia. vt nulla ei libido. nulla voluptas iniun
gi vel obijci poſſet. iuuentutem certe cum ipſa
ſenectute cōmutaſſe videbatur. Fuit p̄terea tā
ti animi cōſilijqꝫ. vt primus ꝑſi romani vim
omnē i pontificē trāſtulerit. creatis ſuo nutu

magiſtratibus omnibꝫ:munitaqꝫ ſancti an-
geli arce ī mole hadriani ſita ad Tiberis pō
tem:quo ab vrbe in vaticanum itur. Muni-
tiſqꝫ item pontibus:quibus in transtyberim
romani cōmeant. Verum dum Bonifacius
nonus adhuc in pontificatu eēt:Galeatꝰ flo-
rentinos et bononienſes bello aggreditur:io
hanne vbaldino ⁊ Lantedeſco petramala co
piarum ſuarum ducibus:qui vallem arni ſu
perioris ingreſſi:omnia longe ac late popula
bantur. Jacobuſqꝫ vermes bononienſem agꝛ
ſuo nomine ingreſſus:ciuitati quoqꝫ mlta dā
na intulit. Tum vō florentini ad precauenda
mala ſoliciti:⁊ iohannē haucut:⁊ karolū ber
nabouis filium et antonium ſcalam cuꝫ qua
tuoꝛ equitum:peditūꝫ duobus milibus bono-
nienſibus socijs ⁊ amicis auxilio miſere. So
licitare preterea litteris et nūcijs Stephanū
bauarie ducem: ad quem Franciſcus iunioꝛ
confugerat. ⁊ Jacobum armeniaci comitem
magna mercede conductum:vt in italiam cō-
tra vicecomitē deſcenderent.eumqꝫ a ceruici-
bus ſuis ad ꝓpria tuenda auerterent. His co
hortationibus motus franciſcus iunioꝛ muta
ta veſte fauentibus venetis:ſecreto tamē Pa
tauiū ingreditur:vrbeqꝫ potitur. Subſecutꝰ
vō Bauarie dux:vrbem ingreſſus expugna-
re arcem nō deſtitit. Veronenſes autem harū
rerum permutatōe moti:pulſo vicecomitis ꝑ
ſidio:Antonium ſcalam ad ſe vocant:qui ſe-
re his diebus in hetruria mortuus erat:reli-
cto vnico filio in prima puericia adhuc ſuper
ſtite. Qua quidem re cognita penitentia du-
cti:in primis vgoletuꝫ Blancardum: qui in
cremonenſi agro cum exercitu Galeatij erat
ad ſe vocant:impetrati prius errata venia:ꝑ-
ſolutiſqꝫ aliquot milibus nummum auri: ad
redimendam tanti erroris culpam. Ingreſſꝰ
vrbem blancardus:retinere milites a direptō
ne tamopulente vrbis nequaꝗ̄ potuit. Vxor
vō Galeatij tante ciuitatis calamitatem mi-
ſerata triduo poſt militibus direptōem inhi
buit. At dux Bauarie cōqueſtus ſe mercede
a florentinis defraudatum: ab obpugnatōne
patauie arcis in Germaniam diſceſſit. Tum
florentini prebente aditum Alberto eſtenſi:q
iampridem ab amicicia Galeatij diſceſſerat.
iohanneꝫ haucut carrarienſi ſocio auxilio mi
ſere: cuius fortitudine et aſtu arx patauina
in deditionem breui recepta eſt. Unde Galea
tij copie que eo recuperande vrbis cauſa vene
rant: in vincentinos ſeceſſere. Deſcenderat
iam tum etiam comes Armeniaci a florenti-
nis mercede conductus:per thaurinos in ita-
liam cum viginti milibus equitum:Caſtella-
tiumqꝫ in Alexandrinis vi captum diripue-
rat:quare Galeatio neceſſe fuit copias ſuas
e vincentinis reuocare:quas hoſti opponeret
In ſuburbio alexandrino cōſederant medio-
lanenſes:ī quos delati armeniaci ſine vllo or-
dine excidium ipſis militibus ⁊ ciuibus mina
bantur. Pugnatum eſt pro portis aliquādiu
et ab italis tamdiu protracta pugna ē: donec
ſui (quos circūacto itinere ad carpendum ex-
tremum hoſtium miſerant) nil tale opinātes
aggrederentur. Dum pugnatur ſuperuenere il
li:atqꝫ ita a tergo.a lateribus.a fronte ceſi:ꝑ-
us pene oppreſſi ſunt ingēti cede:oppidanis ē
ſuperuenientibus:quam diſcrimen in quod de
lati fuerant cognouerint. Comes ipſe armeni
aci tanti exercitus dux captus:ex vulnere ac
cepto in prelio ſtatim moritur. Capti et rai-
naldus Canfigliarius et Johannes ricꝰ flo-
rentini equites qui armeniacum in italiā du-
xerant. Tum vō Galeatius tāta victoria fre
tus:partem copiarum in haucutum mittit:q
ea mente Atheſim ⁊ Mintiuꝫ traiecerat:vt ſe
cum armeniaco coniungeret. Verum Haucu
tus re cognita:quanta maxime celeritate po-
tuit.in patauinos mouit.non paucis ſuoruꝫ
in itinere amiſſis obderiuatas paſſim a ruſti-
cis aquas:ne redire hoſti impune liceret. At
florentini bello preſſi a iacobo verme: qui eo
a galeatio cum duodecim milibus equitum:
peditum quatuor miſſus fuerat. Haucutum
reuocant:qui hoſtes florentinoruꝫ:quibꝫ par
eſſe aperto marte non poterat:miris artibus
ludificatus eſt. Interīꝫ vō hortante Bonifa-
cio pontifice:et antonioto adurno genuenſiū
duce.pax equis conditōnibus inter Galeati-
um ⁊ florentinos Genue compoſita eſt. Sed
dum vnum incendium extinguitur: alterum
exardeſcit. Nam et Franciſcus cognomento
Vicus vrbis prefectus viterbium pontifici ꝑ
ditione abſtulit. ⁊ Petrus Gambacurta Pi
ſaruꝫ dominus a iacobo appiano publico ſcri
ba.et omnium conſiliorum ſuorum participe
cum filijs occiditur:ipſeqꝫ appianus domina-
tu potitur. Mortuo autem alberto eſtenſi.ac-
cius ⁊ ipſe eſtenſi familia ortus iam pridē pa-
tria pulſus.adiuuantibus Cunij comitibus
redire in patriam inſtituerat. Sed tutores ni-
colai pueri alberti filij.ſumptis armis Acciū
Ferraria ſummouentes. lucum et Conſilice
oppida Johanni Cunio promiſere.ſi Acciuꝫ
interficeret. Tum iohannes compoſita falla
cia.virum Accio perſimilem interficit. et ac-
ceptis oppidis verum acciuꝫ in publicū,pou-

eit. Non cõmiſiſſet tantum facinus Albricus
ex eadem familia ortus: cui plus itali debent
ꝙ omnibus ducibus qui tum fuere. Primus
enim docuit italos bella gerere: iampridez ar
ma ferre deſuetos: quibus ſe deinceps ab in-
teſtino externoqꝫ hoſte tutati ſunt. Prius em̄
ſi quid gerere itali vel inter ſe: vel ĩ barbaros
voluiſſent: accire externum militem opꝰ erat.
Sed tanta militum copia hoc duce breui ſb-
orta eſt ſub vexillo ſancti georgij: vt et britto-
nes qui prouinciam noſtram et eccleſie caſtel
la euerterant: teutunicos: anglicos: poſtremo
omnia vaſtantes italia expulerit. Hinc Bra
chiani et ſfortiani milites originem habuere:
quorum armis italia apud exteros tm̄ nomi
nis conſecuta eſt: vt aut exteri timore percul-
ſi quieuerint: aut aditum ad nos temptantes
magnis cladibus ſuperati ſint. Interea v̊o mor
tuo Clemente ſeptimo adulterino pontifice: ĩ
eius locum a cardinalibus tanti ſciſmatis au
ctoribus: Petrus luna benedictus. xiij. appel
latus: auenione ſufficitur. Succeſſit tum etiã
karolo imperatori romano Venceſlaus filiꝰ
a quo Johannes Galeatius vicecomes me-
diolanenſis ducatus titulũ accepit: miſſo ora
tore Petro philargi mediolanenſi archiepi-
ſcopo. qui poſtea romanum pontificatũ ade-
ptus: quintus alexander appellatus eſt. Gale
atius autem mortuo Johanne hawcut: floren
tieqꝫ ſepulto. quo vno duce in rebus bellicis
tum maxime florentini vtebantur: mittere Al
bricum cum ſuis copijs in hetruriam conſtitu
it: qui florentinos Appianum piſanorum ty-
rannum bello laceſſentes in officiõ contineret
Erant in eo exercitu Paulus vrſinus: Cecu-
lus: Brolia brandolinus: Paulus ſabellus:
Lucas canalis: cohortium prefecti inſignes.
qui ſimul cõiunctis copijs animiſqꝫ oppugna
re florentiam adhorti: ad monaſterium cartu-
ſienſe caſtra poſuerant: vnde crebris incurſio
nibus tum agros tum ciuitatem florentiã cõ-
tinuo vexabant: cedibus: rapinis: incẽdijſqꝫ
omnia complentes: anno domini milleſimo-
tercenteſimononageſimoſeptimo. Quo qdez
tempore et Bonifacius Peruſium ſe contu-
lit: nobilitatem plebeis raſpantibus concilia
turus. Sed plebs preſente põtifice preter da
tã fidez arma capiens: interfectis ad octuagi
ta ex optimatibus: Biordum et Michelotuz
plebeiarum partium principes in vrbem in-
tromiſſos dominos conſtituunt. Indignatus
autem ob eam rem pontifex: Aſiſſium petẽs
inde ad ducem Galeatiuz oratores miſit: qui
cum adhortarentur: vt oppugnare Mantuaz
deſineret: quam tum aqua et terra obſidione
premebat: accito in Ciſalpinam galliam ad
id bellum Albrico Barbiano. Hanc autem
ob rem ex federe florentinis licuit: et venetis
belli ſocijs mantuano auxilium mittere: karo
lo malateſta mantuani ſororio tantarum co-
piarum duce. qui ingenti clade Galeatij exer
citum apud gouernolum profligauit. Erat tũ
quoqꝫ in animo florentinis piſanos bello per
ſequi: ſed eos a tanta re auertebant pupij bal
neiqꝫ conſites: et vbertini rebelles: qui floren-
tini ciuitati exitiuz minabantur: ſi in piſanos
mouerent. Verum mortuo non ita multopꝰ
Jacobo appiano: filius Gherardus patri ſuc
cedens: cum retinere piſas in poteſtate ſua nõ
poſſet: ob ſeditiones a florentinis excitatas
vrbem ipſam galeatio vicecomiti vẽdidit plũ-
bino oppido tm̄modo ſibi ac ſuis retento: mil
leſimotercenteſimononageſimonono. Inter-
fecto autem Biordo Lanthedeſci inſidijs pe
ruſini vindicare ſe in libertatem conati ſunt.
Verum cum Vgolinus Trincius Fulginas
pontificis vicarius: eius nomine Peruſium
in deditionez eccleſie trahere conaretur: indi
gnati ciues Galeatio ſeſe dedunt: qui poſt mẽ
ſes duos Bononia quoqꝫ Luca falſo potitur
Hinc maior timor florentinos inceſſit: paſſiz
de ſe ac libertate ſua actum dicentes: niſi Ga
leatius morte e medio auferretur. Appropin
quante v̊o iubilei anno: legati romanorũ pon
tificem adeunt rogantes: vt Aſiſio Romam
proficiſceretur: qui et ſi id magnopere cupe-
ret: tamen diſſimulato deſiderio facturum ſe
quod petebant negauit. ꝙ diceret eos noluiſ-
ſe recipere ſenatores ex nobilitate externa ſm̄
conſuetudinem et inſtituta pontificũ. ꝙqꝫ ca
mere conſeruatores ſuopte ingenio elegiſſent
homines quidem parum idoneos. et quorum
licentia bandereſijs omnia licerent. Tum v̊o
romani vt rẽ gratã pontifici facerent. et ban-
dereſios tollunt. ⁊ malateſtam Pandulphi fi
lium piſaurienſem. virum doctum pontificis
nomine in ſenatorem recipiunt. pecuniaſqꝫ ĩ-
ſuper Bonifacio dant. quo ei proficiſci ad vr
bem liceret. Vrbem itaqꝫ ingreſſus munita
mole Hadriani (vt antea diximus) menijs et
turribus dominatu vrbis ſenſim potitus eſt.
Celebrato deinde iubilei anno milleſimoqua
tercenteſimo. q̃ innumera fere hoĩm multitu-
do ad vrbẽ religiõis cã venerat. Florẽtini ga-
leatiũ a ceruicibꝰ ſuis auertẽ cupiẽtes rober-
tũ bauarie ducẽ. quẽ imperij electores abrogato

ob ignauiaz Venceſlao Boemo delegerant:
hac conditione in Italiam vocant: vt non pri
us promiſſam mercedem accipiat: ꝙ viceco-
mitis ducatum attigiſſet: qui brixianuz agrū
ad Benacum ingreſſus parte pecuniaruz ac
cepta: cum Galeatij copijs congrediens ſupe
ratur: ac tridentum fuga petit. Retinere ho-
minem veneti et florentini mlta polliciti: quo
minus in germaniam rediret: nequaꝙ potue
re. Tum vo Bonifacius ſiue vicecomitū po-
tentiam veritus: ſiue augende ditionis eccleſi
aſtice cupidus: annatarum vſuz beneficijs ec
cleſiaſticis primus impoſuit: hac conditione:
vt qui beneficium cōſequeretur dimidiuz an
nui prouētus fiſco apoſtolico perſoluēt. Sūt
tamē qui hoc inuentum Iohāni vigeſimoſe-
cundo aſcribant. Hanc autem conſuetudinē
omnes admiſere preter anglos qui id de ſol'
epiſcopatibus conceſſere. in ceteris beneficijs
non adeo. Confirmata hoc modo pecunijs ar
ce magiſtratibus ſuo nutu in vrbe delectis di
tione eccleſiaſtica: pontifex Ladiſlaum adole
ſcentem karoli neopolitani regis filiuz in re
gnum paternum reſtituit: a tyrannis et po-
pulis occupatum: qui Lodouici andegauēſis
partes ſecuti fuerant. Quo autem facilius et
honeſtius id fieret: priuationem karoli ab vr
bano ſexto Nucerie factam abrogauit: cardi
nalemqꝫ florentinum Caietam miſit: que ſola
in fide remanſerat: vt eo loci adoleſcentem co
ronaret: vbi ſumma cuz fide ſeruatus fuerat
Vicecomes autem redeunte in Germaniam
imperatore Roberto: copias ſuas albrico du
ce ad opprimendum Iohannem Bentiuoluz
miſit: qui Bononienſem vrbem in ſuam rede
gerat poteſtatem: pulſo vicecomituz preſidio
Militabant tum in exercitu Galeatij franci-
ſcus Gonzaga compoſita inter eos pace: mi
litabat pandulphus malateſta karoli frater.
Aderat et octobonus Rubeus parmenſis ci
uis: quorum nominibus perterriti florentini
Bernardonem copiarum ſuaꝝ prefectuz bo-
nonienſibus focijs auxilio mittunt: cuius ad
uentu bononienſes animis aucti: hoſti me-
nibus appropinquanti occurrere audent: quo
prelio ſuperati: omnem equitatum cum Ber
nardone in ipſa pugna interempto amiſere.
Captus etiam eo prelio iacobus Carraria:
Frācīſci gonzage precibus conſeruatur. Au-
fugerat tum cuz paucis Bentiuolus in vrbē
quam dum acriter nimium tuetur: in globū
incidens: cum viuus capi non poſſet obtrun-
catur. Potitus itaqꝫ deinceps nullo reſiſten
te Bononia Galeatius: magnum terrorem
florentinis iniecit. Eo eñ ſe breui moturum
omnem belli impetum oſtendebat. Verū mor
te adiuti (vt ipe optabant) nō ita multopoſt
tanto metu liberati ſunt. Mortuo autem ex
febre Iohanne Galeatio apud meregnanum
cum ante cometes tante mortis indicium ap-
paruiſſet: anno milleſimoquadringenteſimo
ſecundo: multi repente tyranni oborti ſunt:
aut ciuitatum ſuarum principes: aut eo horti
um prefecti: a militibus ducis ob largitio-
nez ad occupandas ciuitates adiuti. Oborta
tum quidem infinita mala ſunt: cū nemo vn⁹
preeſſet: qui vicia hominum imperio ⁊ aucto
ritate compeſceret. Innouata eſt etiam guel-
phorum et gibellinorum pernicioſa ſeditio: q̄
ducentis et eoamplius annis per italiaz va
gata omnes ciuitates ita ad arma ciuilia cō-
citauit: vt ferme ad internetionem certatum
ſit. Nam Vgolinus caualcabos: oppreſſis gi
billinis Cremone imperitabat: Parmam ot
to tercius interfectis ac pulſis Rubeis obti-
nebat: Soardi Bergomuz: Ruſconij Comū
Vignate Laudam: Vercellas alexandriam
plurimaqꝫ per eam regionem oppida Fazin⁹
canis dux copiaruz egregius vi occupauerat
Omitto reliquos tyrannos a Galeatio pul-
ſos: qui tum quidem redeundi ad tyran-
nidem et dominatum ſpem aliquam ſumpſe-
re. Maxime vo Gulielmus ſcala: et Caro-
lus vicecomes Bernabouis filius: qui prin-
cipes omnes et populos ad defectionem ſoli-
citabant. Hinc etiaz Pinus Ordelaphus pa
tria pulſus: Forolinio potitur. Albricus qꝫ
Cunnij comes Fauentiam bello preſſam i ſui
poteſtatem redegiſſet: niſi a Ladiſlao adhor-
tante etiam pōtifice: i regnum accitus prope-
re fuiſſet: magnuſqꝫ comeſtabilis (vt eoruz vo
cabulo vtar) creatus. Miſerat et eo cuz ſatis
iuſto exercitu fratrem ſuuz pōtifex: vt regi au
xilio eēt. qui a neopolitanis repulſus Peru
ſiū mouēs ciuitatem ipam in poteſtatē pōtifi
cis breui redegit. At Baldeſar Coſſa neapo
litanus ciuis. ſancti Euſtachij cardinalis bo
nonienſes aliquādiu obſeſſos. redire tandem
ad eccleſiaz compulit. Brachio montonio co
pias eccleſiaſticas. quem vt virum in re mili
tari preſtātem albricus in flamminia relique
rat. Sub eo eñ ab ineunte etate militauerat.
ordineſqꝫ duxerat. Idē etiā cōtigerat Sfortie
e Cotignola Flamminie oppido originē ducē-
te: quorū virtute militia italica ita breui cre-
uit: vt qui duce i re bellica deinceps indigerēt
altero iſtorum vterentur. Hinc ille factiones
militares exorte ſunt: vt ſexaginta iam annis
nil prope geſtum in Italia ſit: quod non alte
ri iſtarum aſcribi poſſit. Qui enim a brachia-

nis oppꝛimebat: viciſſim aſ fortianis alteram
factionem ꝑcio cōducebat. Albꝛicus autem
(vnde tanꝙ̄ ex equo troiāo innūerabiles bel
li pꝛīcipes emanarūt) Neapolim diu oppugꝰ
tam: tandeꝫ in poteſtatē Ladiſlai recepit qua
victoria moti omnes regni principes ciuita-
teſqꝫ. ſtatiꝫ ī dedicioneꝫ regis peruenere. At
vͦo Ladiſlaus regnādi cupidus: priuſꝙ̄ fūda-
menta regni Neapolitani cōfirmaſſet. accitꝰ
ab vngaris. ad illud quoqꝫ regnū iure heredi
tario ſuſcipiendū: cum copias traieciſſet: Ja
deramqꝫ obſideret. certior ab amicis fit. nea
politanos ⁊ aliquot regni ꝓceres ad defecti-
onem ſpectare. Jadera itaqꝫ potitus. eadem
qꝫ venetis diuendita. Neapolim rediȷ̄t: reuo-
catoqꝫ e Flāminia Alberico (eo nāqꝫ ad ſu-
os viſendos profectus erat) omnes proceres
dominatu priuauit. Recuſantes aūt parere e
patria deiecit. In Seuermatū vͦo familiā cru
deliter animaduertit. pꝛimatibus ipſis vltio
ſupplicio affectis. Bonifacius aūt in tāta re-
rum perturbatiōe diu afflictatus: dolore late-
rum tandē moritur: pōtificatus ſui āno quar
todecimo: menſe nono: milleſimoquadringē-
teſimo quarto. Sepeliturqꝫ in baſilica Petri
ſepulchro marmoreo vermiculato opere diſti
cto (quod adhuc cernitur) cū gētilicijs inſigni
bus: que item indicāt multa edificia tū in mo
le Hadriani: tum ī capitolio: tum in pallacio
Vaticani huius iuſſu ⁊ impenſa edificata tuꝫ
fuiſſe. Huic aūt pōtifici ad ſummaꝫ gloriam
nil certe defuiſſet. niſi affinium et cognatoruꝫ
affinitatibus obtemperans: aliꝙ̄ notā cōtra-
xiſſet. Multa enim crimina per ſymonia-
cam prauitatē cōmittebātur: petētibus cōtra
ius faſqꝫ oīa tum fratribus: tū cognatis. quo
ruꝫ magna multitudo queſtus gratia Romā
venerat. Indulgentie vͦo ⁊ quidē plenarie ita
paſſim vendebātur: vt iaꝫ vileſceret clauiuꝫ ⁊
litterarum apoſtolicarum autoritas. Reuo
caē hec oīa Bonifacius conatus cognatoruꝫ
precibus: eo itēditeꝫ redire cogebatur. Vnde
melius actum cū eccleſia dei cenſerem: ſi pon
tifices reiectis affinibus ⁊ cognatis: vel ſalteꝫ
in mediocri fortūa collocatis. pōtificie digni-
tati potius ꝙ̄ carni ⁊ ſanguini cōſulerēt. Ma
xime vͦo h̄ tēpore quo mortuo Tāburlano. q
thurcos ſuperauerat eorūqꝫ regē cathenis vi
ctū ſecū trahebat: armenios: perſas: egypti
os: aſſyrios ſine gubernatoribus reliquerat:
qua ex re facile chriſtianis tum fuiſſet Hieru
ſalem. ac ſanctum domini ſepulchrum recupe
rare. In noſtros eīm conuerſus albos ſuo pō-
tificatu nouam ſuperſtitionem introducētes
perſecutus eſt. Ex alpibus namqꝫ deſcendiſſe
in Ytaliam anno ante iubileum preſbiterum
quendam cum magna hominum multitudīe
ex patre meo qui hominem viderat intellexi.
Js quidem albo indutus panno. tantam mo-
deſtiam vultu ac verbis pꝛe ſe ferebat. vt ab
omnibus ſanctus haberetur in ytaliaꝫ itaqꝫ
deſcendens magnam hominum ac mulieruꝫ
multitudinem in ſententiaꝫ ſuipſius breui de
duxerat. Lintheis albis circumuoluti omēs
ſine diſcrimine mares an femine: ruſtici an ci
ues. ſerui an liberi eſſent. paſſim veluti peco-
ra vbi nox oppreſſiſſet dormiebant. Publice ī
vicis epulabantur: perlatis vndiqꝫ certatim
quaſi ad ſacrum epulis. Crucifixū ſacerdos
ipſe pꝛe ſe ferebat. quem lacrimari ob hominū
errata dictitabat. Id quotiens accidiſſet ſuc-
clamabant omnes veniaꝫ a deo petētes. Lau
des beate virginis canebant euntes ⁊ ſtantes
hymnis ad id apte compoſitis. Ex ciſalpinis
aūt in Flāminiam Hetruriaꝫ picentes aucta
opinione ſanctitatis veniēs. nō plebem mo-
do rudem ⁊ crudelem. ſed et principes et epi-
ſcopos ciuitatuꝫ in ſententiam ſuam facile ꝑ
traxit: Subſtitit Viterbij cū magna multitu-
dine labore itineris feſſus. Romam inde (vt
ipſe dicebat) ad viſenda loca ſancta ſanctorū-
qꝫ corpora venturus. Sed Bonifacius frau-
dem ſubeſſe veritus ꝙ diceret hominem ſuper
ſticioſum pontificatum appetere. adiuuante
illa multitudine milites aliquot premittit. q
hominem compꝛehenſuꝫ ad ſe perducāt. Sūt
qui ſcribant huius fraudeꝫ queſtione detectā
fuiſſe. hominemqꝫ in tanto facinore depꝛehen
ſum: meritas penas luiſſe. igne ſcilicet: quo ex
uſtum ferunt. Sūt etiā qui dicant nil fraudis
in homine depꝛehenſum fuiſſe. ſed id fictum a
pontifice abolendo rumori. quo homineꝫ per
inuidiam captum et necatū affirmabāt. Vtrꝫ
verius ſit deus nouit. Hoc tamen cōſtat poſt
tantam colluuionem. que partim hac ſuperſti
tione. parti frequentia iubilei obuenerat: ma
gnam hominum multitudiem peſtilentia con
ſumptam fuiſſe. In tantis aūt malis quibus
prouintia noſtra afflictabatur: vnum tamen
bonū in Ytaliā affectū eſt. ad nos eīm Chryſo
laras Byſantiꝰ lr̄as grecas attulit. que ānis
iam quingentis in Ytalia conticuerant. Hic
grece latineqꝫ lingue ſcole exorte ſunt: Guari
no: Victorio. Philelpho. Ambroſio mona-
cho: Leonardo aretio: Caroloqꝫ. ac pleriſqꝫ
alijs tanꝙ̄ ex equo trioano in lucem prodeun
tibus: quorum emulatione multa ingenia de
inceps ad laudem excitata ſunt.

# Innocẽti⁹. vij.

INnocentius ſeptimus patria ſul
monenſis: Coſmatus antea vo-
catus ſancte crucis preſbiter car-
dinalis: Rome pontifex creatur: tumultuã-
te tota Ytalia. Mortuo enĩ Johanne Gale
atio. duobus filijs ſuperſtitibus: ſed adole-
ſcentibus adhuc tota Ytalia ad arma reſpi-
ciebat. Johãnes Maria maior natu (id enĩ
ei nomẽ erat) ducatum Mediolani ſibi ven
dicat. Philippus võ Maria mĩor natu Pa
pie domiatum. cuius comes iure habebatur
facile obtinuit. Relique ciuitates (vt antea
dixi: ad quinqꝫ enĩ ⁊ viginti fuiſſe conſtat)
ab imperio vicecomitũ defecere. Nã ⁊ Pau
lus Guiniſius ciuis: lucenſis patrie domĩa
tum ſibi vſurpauit. ⁊ Franciſcus Carrarius
ſublato e medio tanto duce: c⁹ arma maximo
dum timuerat: augende ditionis in magnaꝫ
ſpem veniens: Veronam: Brixiam: Ber-
gomum: Cremonam: legatos ad ſolicitan-
dos in partes ſuas guelphos miſit. Verum
vbi videt Gulielmum Scalam et karolum
vicecomitem. qui imperia ciuitatum ſuarũ
deſiderabant. poſſe conatibus ſuis obſtare:
Gulielmo Verone. karolo Mediolani: ac-
ceptis ab eo mutuo triginta milibus aureis
domiatum pollicitus eſt. Reducto itaqꝫ in
patriam Gulielmo: eodemqꝫ nõ ita multo-
poſt veneno ſublato: Verona ipſe potitur.
Eadem quoqꝫ fraude karolum aggreſſus ẽ
cum his inſtaret. vt nõ apparentibus promiſ
ſis: pecuniam ſaltem mutuo datam ſolueret
Litteris quoqꝫ Franciſcum Gonzagam ad
monet. vt deſcendere in partes ſuas ſpõte ve
lit. amplectiqꝫ eius amicitiam ⁊ ſocietateꝫ:
ſin ſecus eſſet animatus: habiturum ſe eum
pro hoſte facturumqꝫ: vt breui eius pertina-
cie peniteat. fieri perfacile id poſſe dicebat:
cum Veronam mantuanis finitimam ade-
ptus: Brixiaꝫ quoqꝫ in poteſtatẽ ſuã breui
ſit redacturus: vnde percõmode mõtuanus
bello premat. Nil reſpondere Frãciſc⁹ inſti-
tuit priuſq̃ venetorũ legatos audiret: quos
in via ad ſe euntes intellexerat. Veneti eniꝫ
carrariorum potentiam ſuſpectam habẽtes
Vincentiam dedentibus vltro ciuibus in de
ditionem et tutelam recipiunt: ꝙ Franciſci
arma venerentur: q̃dqꝫ ſub quouis alio quã
ſub patauino domino eſſe mallebant. quippe
cum inter patauinos et vincentinos immor
tale odium intercedat. Admonet tuꝫ franci
ſcum Carrarium venetus: ne vincentinos ve
ctigales ſuos bello attingat. vtqꝫ ab expu-
gnanda Colonia (quam ſue ditionis eſſe re
bantur) abſtineat: aliter venetos bello perſe-
cuturos illatas iniurias. Reſpondet Fran-
ciſcus mirari ſe venetorum impotentiã: qui
cum nullum ius incontinenti habeant. legeſ
tamen merito imperantibus velint preſcri-
bere. irent et eſtuarijs ſe ac paludibus conti-
nerent: eoſqꝫ preeſſe ciuitatibus ſinerent: q
eam facultatem a maioribus ſuis accepiſſet
Indignati mirumimmoduꝫ veneti. legatos
ſuos qui in via erant admonent. vt fedus
et ſocietatem cum Franciſco Gonzaga ine-
ant: eumqꝫ primum copiarum ſuarum du-
cem deligant: addita pecuniarum ſumma:
que ei ſtipẽdij nomine quottannis daretur
Tum võ Franciſcus icto federe maturan-
dum ratus. ꝙ iam hoſtes potitos Colonia
intellexerat: conſcripto magno militum nu-
mero. veronenſes ad eam partem adoritur.
qua ad mantuanos vergunt. Idem faciunt
veneti ex vincentinis eo mouentes. quo im-
petu veronenſes perterriti: cum nulla ſpes
auxilij ſubeſſet. deditionem fecere. Oderant
etiam ciues Franciſcum carrarienſem: qui
Gulielmum Scalaꝫ veneno necaſſet eiuſqꝫ
filios occupata fraude Verona in carcerem
conieciſſet. Dum vrbem võ inſtructis acie-
bus ingrediuntur: ne qua fraus ab hoſte ſub
eſſet: Jacobus Carraria qui ibi cum preſi-
dio erat. repente cuꝫ militibus aliquot Ho
ſtiliam profugit. Sed duꝫ padum traijcit:
captus Venetias mittitur. Munita auteꝫ
firmiſſimo preſidio Verona: inde cum om-
nibus copijs Veneti Patauium mouentes
vrbeꝫ prealtis muris ac profunda foſſa mu
nitam: defenſamqꝫ firmo preſidio obſident:
et tandem poſt aliquot mẽſes interclusis vn-
diqꝫ commeatibus: in deditionem accipiũt
Confugerat in arcem Franciſcus cum filijs
ac nepotibus: quam tamen veneti non ita
multopoſt cepere. vrgẽte eos qui in preſidio
erant ad deditionem fame: Franciſcus autẽ
captus ac Venetias miſſus vna cum fratre
necatur. Hunc exitum et finem habuit: qui
humanam cupiditateꝫ ſecutus: ſpreta pace
omnia bello occupaturus videbatur. Neqꝫ
in hoc quidem malorum omnium finis fuit
Nam vel ignauia pontificũ: qui interdictis
antea minis: armis poſtremo tollere diſcor
dias conſueuerãt. vel ſciſmate potius (quo
tũ eccleſia dei multũ laborabat) eo ventũ e-

rat: vt viliſſimus quiſqꝫ tyrannus poſt mor
tem Iohãnis Galeatij vnumquodqꝫ facinꝰ
quãtũuis magnũ aggrederetur. Innocẽtius
eñ dũ adhuc cardialis eſſet. capere negligẽ-
tiam ⁊ timiditatẽ prioꝝ põtificuꝫ conſueue-
rat: ꝙ diceret eoꝝ ſecordia factuꝫ: ne ſciſma
eccleſie romane: totiuſqꝫ reipublice chriſtia
ne pernicies hactenꝰ extĩctuꝫ ⁊ ſublatũ eſſet
Verꝫ ipſe pontificatuꝫ adeptus. ſecutuſqꝫ ĩ
quibuſdã Vrbani ⁊ Bonifacij veſtigia. q̃s
priuatus carpebat: nõ modo quod tanto pe
laudabat effecit. verꝫ etiã iniquo animo fere
bat: ſiquis apud ſe ea ꝺ re verbũ vllũ feciſſꝫ
Preterea ṽo adeo tumultuoſe oĩa guberna-
bat: vt cũ ſemel romani reſtitui in libertatẽ
reddiqꝫ ſibi Capitoliũ: pontem Miluium.
et arcem Hadriani peterẽt. inſtarentqꝫ item
vt ſciſma reꝫ pernicioſi exẽpli de eccleſia tol-
leret. bella extingueret et ſeditiones: rege gal
lorũ ad eaꝫ rem cõficiendam operam ſuam
pollicente. ac Petro Luna antipapa neq̃-
q̃ tantam cõcordiaꝫ abnuente: romanos ip
ſos põtifex ad Lodouicuꝫ nepotem diuertẽ-
tem: apud hoſpitale ſanctiſpiritus via ſaxia
tanq̃ ad certũ carnificem miſerit. Vndeciꝫ
eñ ciues reipub. ſue labenti negligẽtia pon-
tificis cõſulturi ſtatiꝫ necantur. e feneſtriſqꝫ
deijciũtur. ꝙ diceret eo modo tolli ſeditiões
et ſciſma nõ alio quideꝫ poſſe. Hac aũt ſeui-
cia motus populus romanus: accito Ladi-
ſlao Apulie rege arma capit. ſupplicium de
Lodouico ſumpturus. Verum pontifex de-
clinaturus populi furorem Viterbium cum
Lodouico citato greſſu proficiſcitur. Tum
ṽo populus cum ſeuire in autorem tãti faci-
noris nõ poſſet. in aulicos irã cõuertit: quo-
rum bona magna ex parte direpta ſunt. Ser
uati tamen quidam dicuntur in edibus car-
dinalium romanorum: qui adiuuãtibus cli
entibus. egre tamen ad ſe confugientes tuta
ti ſunt. Capto deinꝺ Capitolio: occupatoqꝫ
ponte miluio arcẽ Hadriani oppugnare fru
ſtra conati ſunt. adiuuãtibus etiã romanos
Iohanne columna Troie comite: Gentile
monterano. comite Carrarie. egregijs co-
piarum ducibuſ: et Ladiſlai regis auſpicijs
militantibus. Verum ſuperueniente Pau-
lo Vrſino mandato pontificis cum Moſtar
da et Ceccabolino turmarũ prefectis in pra
tis neronianis. Iohannem columnam ⁊ re
liquam Ladiſlai militiam fundunt. Hãc ob
rem romani quidẽ multis incõmodis circũ-
uenti. cum et homines et eorum pecora abi-
gerentur: reſidente etiam ira iam antea con
cepta. pontificem in gratiam recipiunt. ro-
gantqꝫ vt ad vrbem redeat. Erat eñ natura
comis ⁊ blandꝰ: adeoqꝫ põtificij ciuiliſqꝫ iu
riſperitus: vt facile homĩes tum rationibus
tum ſuauitate dicendi in ſuipſius ſententiã
alliceret. His rebus itaqꝫ hoc modo compo
ſitis Romaꝫ veniens: plures cardinales de
legit. quorum de numero fuit Angelus Car
rarius. patria venetus: tituli ſancti marci p̃
ſbiter cardinalis: in pontificatu Gregorius
duodecimꝰ appellatus. Fuit et Petrus Phi
lardi natione cretẽſis. baſilice duodecĩ apo
ſtolorum preſbiter cardialis. Alexander qu
tus deinde creatus. Tercius habitus ẽ Ot-
to Colũna. natuſ e principibus romanis ad
vellus aureum: ſancti Georgij dyaconꝰ car
dinalis. Martinus quĩtus poſtea vocatus
Confirmato aũt hoc modo pontificatu ſuo:
Lodouicum nepoteꝫ agri Piceni marchio-
nem creat. eundemqꝫ firmanũ principem cõ
ſtituit. Ipſe ṽo non diupoſt Rome moritur
pontificatus ſui ãno ſecundo. ſepeliturqꝫ in
baſilica Petri in ſacello quod olim põtifici
bus dedicatum erat. quodqꝫ vetuſtate et ſi-
tu corruens. Nicolaus quintus poſtea reſti
tuit. Notato etiã hoc epytaphio hoĩs ſepul
chro. Innocẽtio ſeptimo pontifici maximo:
cum neglecti eius ſepulchri memoria inter-
ijſſet. Nicolaus quintus pontifex max. reſti
tui curauit. Interĩ aũt cũ et vero põtifice et
optimo imperatore carerẽt ytali. vnicuiqꝫ
ſcelerato peccãdi licẽtia data eſt. Nam Ca-
brinus fundulus cuius opera karolus Ca-
ualcabos multum et belli et pacis artibus
vtebatur ſpe occupande tyrannidis elatus:
ꝙ ei non ſecus ac Carolo magiſtratus om-
nes atqꝫ artium prefecti parerent: Redeun
tem Lauda pompeiana: Caroluꝫ ad macha
ſturmam ab vrbe Cremona deceꝫ milia paſ-
ſuum cum fratribus et cognatis obtruncat.
Inde ṽo propere anteq̃ res in vrbe ſcire-
tur. cum aliquot militibus Cremonam pro
perans occupata arce ac portis omnibus fo
rum armato ingreſſus milite. quos videt co
natibus ſuis obſtare poſſe: aut obtruncat
aut pellit. Obtinende aũt tyrãnidis cauſa:
nullum genus crudelitatis omittit. Erãt tũ
quoqꝫ in armis mediolanenſes principes:
ne dicas eoruꝫ opera tyrannos opprimi po-
tuiſſe: inſtante preſertim Butecaldo Genue
prefecto regis gallorum nomine: qui tum re
digere Mediolanum in poteſtateꝫ regis co
nabatur. Contra ṽo Fazino Cane egregio
tum copiarum duce. retinere Iohannem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Mariam in dominatu paterno conãte. Ot-
to quoqȝ tercius parmẽſis dominus: ad col-
loquium ſpe cõponende pacis cuȝ Nicolao
eſtenſi pellectus. ad Ruberaȝ (id caſtelli no
men eſt) obtruncatur. Cuius quidem cedis:
Sforcia Cotignola iubente Nicolao autor
habitus eſt. Mortuo aũt Ottone Rhegio
ſtatim et parma dedentibus ſponte ciuibus
(qui aderant) Ottonis nom̃ Nicolaus poti
tur. Ladiſlaus võ occupata Roma (vt an-
tea dixi) acceptaqȝ in deditioneȝ Peruſia:
quam tum armis Brachius vexabat ĩ He
truriaȝ hoſtili animo mouet: que certe indu
ſtria et auſpicijs Malateſta piſaurienſis e-
gregie defenſa eſt. Repulſus em̃ inde Ladi-
ſlaus: in regnum trepidus ſeſe recepit. ma-
iore prope accepto q̃ illato hoſtibus incom
modo. Liberati aũt tanto hoſte florentini ĩ
piſanos conuerſi poſt longam oppugnatonẽ
piſas tandeȝ capiunt Tartalia Sfortia du
cibus: ãno dñi Milleſimoq̃drigẽteſimoſexto.

# Gregorius .xij.

VEr võ dum ſciſma in eccleſia dei
longius protraheretur cũ perni-
cie chriſtiani nominis altero põ
tifice Rome creato: altero Auenione prin-
cipes Gallie. duces ſcȝ Bituricenſis: Bur
gundus: Aurelianus: qui tũ ob valitudineȝ
regis Gallias gubernabant: calamitatem
eccleſie tandem miſerati. Aueniõeȝ ad Pe
trum Lunam: Benedictum decimũterciuȝ
appellatuȝ perueniũt. hoĩemqȝ rogãt: vt col
labenti eccleſie tandẽ conſulat: etiaȝ ſi abdi
care ſe pontificatu neceſſe eſſet. queãdmodũ
in cõclaui ſe facturum promiſerat iureiurã-
do interpoſito. dum põtifex creatur. Spon-
dent preterea alterum pontificem. qui tum
Rome crearetur poſt mortẽ Innocentij idẽ
facturũ. Ita eniȝ inter hos principes et qui
in Ytalia erant reipub. chriſtiane amantiſſi
mi cõuenerat. vt abrogatis duobus de põti-
ficatu cõtendentibus. quoꝝ alter gallice. al-
ter ytalice factionis haberetur. vnus aliqs
poſtea deligeretur oĩm nationũ pater et pon
tifex. Reſpondet Benedictus ſe quideȝ gra
uiter deũ offenſurũ: ſi eccleſiaȝ dei deſereret
cui patronus et publicus pater cõſenſu bo-
noruȝ: non furtim. ſed publice aſcriptus eſſȝ
nolle ſe in dubium ponere quod iuſtis ſuf-
fragijs ſibi demandatum fuerat. Et dicerent
ſublato ſciſmate: de concordia agendum eſſe
ſibi admodum placere: modo id in loco fie-
ret libero. ne coactus quiſpiam potiuſq̃ ſpõ
te facere aliquid videretur. Unum tamen ſe
polliceri. idqȝ iureiurando affirmare. ſi ali
ter tolli ſciſma non poſſet. depoſiturum om-
nem pontificiam dignitatem: modo ideȝ eo
dem tempore ab altero antipapa ſtatim fie-
ret. Principes itaqȝ cognita hominis volũ-
tate. conſultare inter ſe ceperunt. quonam
modo Benedictum in ſententiam ſuam per
ducerent. quorum colloquia et cõſultatiões
Benedictus veritus. pontificias edes armis
et commeatu optime muniuit: in quibus ali
quot menſes obſeſſus: tandem paratis ad fu
gam triremibus. per Rhodanuȝ in Catelo
niaȝ vnde oriundus erat adnauigauit. Sũt
autem qui ſcribant principes gallos id mo-
litos in Benedictum eſſe: inſtantibus cardi
nalibus gallicis. qui eum oderant. q alteri-
us nationis eſſet et non gallice. Nam cum
poſt mortem Clementis de creando pontifi
ce gallico inter eos non conueniret. hũc poſt
longam altercationem crearunt. vt viruȝ bo
num et reipu. chriſtiane amantiſſimum: qui
eos ſepe admonuit. vt honeſte ac ſancte viue
rent. vtqȝ a ſimoniaca prauitate cauerẽt ali
ter ſe in eos grauiter animaduerſuruȝ. Hu-
ius itaqȝ mores ferre nequeuntes principes
gallos in viruȝ optimum et conſtantis vite
concitaſſe. At võ cardinales qui poſt mortẽ
Innocentij Rome tum erant: cognita triuȝ
priorum pontificum in tollendo ſciſmate ne
gligentia: cognitoqȝ etiã diſcrimine. in quo
reſpub. chriſtiana vbiqȝ terrarum: maxime
võ in Gallia verſabatur. in vnum cõuenien
tes conclaui ad ſanctum Petruȝ in Uatica
no habito. iurarunt ſinguli maximis execra
tionibus interpoſitis. abdicaturos ſe ſtatiȝ
pontificatu. ſi ei deligi ad tantum magiſtra-
tum contigiſſet. hac conditione tamen. vt id
quoqȝ ab antipapa fieret. Uenere autem in
hanc ſententiã: vt et gallice nationi ſatiſface
rent. que ob impotentiam creandi antipape
conſuetudinem introduxerat: a qua remoue
ri non ſine ignominia videbatur. niſi id quo
qȝ ab ytalis fieret. Utqȝ in ſententiam Be
nedicti venirent: qui hac vna ratõne nõ alia
ſanari eccleſiam poſſe dicebat. Et ſi eis con
tigiſſet vtrunqȝ abrogari. vnum verum pon
tificem omnium: qui tum erant. cardinaliũ
conſenſu creandum eſſe: cui omnes reges et
pͥcipes obtẽperarẽt. Creatus itaqȝ Rome
ãno dñi. M. q̃drigẽteſimoſexto p̄die. k. no-
uembris Angelus Corarius venetus ti-

tuli ſancti Marci preſbiter cardinalis: qui
(vt dixi) Gregorius duodecimus appella-
tus eſt. ſtatim quod ante põtificatũ promiſe
rat ſe facturum ſcripto: adhibitis etiã no-
tarijs et teſtibus confirmauit. ſuaq; manu
ſcripta tabellionum notauit. Cum vero de
eligendo loco quo ſine diſcrimine vterq; ve
nire poſſet mentio haberetur. neq; ea de re
ſatis inter eos cõueniret: colluſores et fide-
fragi ab vtroq; cardinaliũ cõuentu ſunt ha
biti. qui Piſas hinc Roma. hinc Auenióe
adnauigantes vno conſenſu Gregorium et
Benedictum dignitate pontificia priuarũt
conſentientibus in tamgrauem ſententiam
omnibus nationibus preter Hiſpaniaz cite
riorem. regem Scotie: et comitem Armeni
aci: qui Benedicto fauebant. Inita deinde
creandi noui põtificis ratione. qui bene ac
ſancte ſine vlla ſeditione eccleſiaz dei guber
naret: venere in hãc ſententiam vt Alexan-
drum quintum crearent. Dum aũt Grego-
rius abeſſet: creandiq; Alexandri ratio ha
beret. armis oĩa Rome circũſonabãt Ladi-
ſlaꝰ ei rex occupata Hoſtia pediſtribꝰ naua
libuſq; copijs adeo romanos incurſionibus
vexauit: vt inita pace honorifice poſtea ĩ vr-
bez receptus tanq̃ dominus: et magiſtratus
mutauerit. et portas ac menia pro arbitrio
animi ſui operibus et cuſtodijs firmauerit.
Uerũ ſuperueniente Paulo Urſino eccleſia-
ſtico duce apud ſanctum Jacobum in ſepti-
miano acerrime pugnatum eſt: multis vtrin
q; deſideratis. Intraſtyberi nanq; rex ſuos
tum cõtinebat. arbitratus ſe illo in loco tuti
orem eſſe ob nauales copias: q̃s hoſtia Ro-
mam ſubuexerat. Is võ deinceps cedens po
tius q̃ fugiẽs vrſine factiõi: que in dies ma-
gis magiſq; augebatur. Neapolim profici-
ſcitur. Debilitata preſerti factione ſua ob ſu
peratos ante ingreſſum ſuũ colũnenſes. Jo
hanne columna. Baptiſta ſabello: Jacobo
vrſino. Nicolao columna ducibus. qui occu
pata ſancti Laurentij porta: vrbem iam in-
greſſi erant. Uerũ ſuperueniẽte Paulo Urſi
no: ſuperati (vt dixi) et capti magna ex par
te fuerant. Ex his capitali ſupplicio duo af-
fecti ſunt. quorum alter Galeottus norman
nus eques inſignis: alter võ Ricardus ſan
guineus ẽ habitus. e familia nobili ac vetu-
ſta originem ducens. Reliqui võ incolumes
dimiſſi fuerant. hac tñ conditione: ne ampli
us Ladiſlai auſpicijs militarent. His autẽ
perturbationibus: adeo Rome annone cari
tas inualuit: vt menſura tritici (quam rubi-
um vocant) florẽnis decem et octo vendere-
tur: propter abacta pecora et ruſticos par-
tim captos: partim necatos. vt in bello fieri
conſueuit.

## Alexander .v.

Alexander quintus natione cretẽ
ſis: Petrus antea vocatus. ordi-
nis minorum frater: archiepiſco
pus mediolanẽſis. vir doctrina et ſanctitate
vite preclarus: omniũ cardinaliũ cõſenſu: q
tum in cõcilio piſano erãt pontifex creatur.
Hanc ob rez Gregorius in auſtrie ciuitatẽ
profectus quaſi profugus de concilio gene-
rali mentionẽ fecit. Uerum cũ eo in loco ne
quaq̃ ſe tutuz arbitraretur: Ariminũ pro-
fectus a Carolo malateſta perbenigne ⁊ ſplẽ
dide eſt habitus. Benedictus aũt poſt habi
tum ĩ Perpiniano cõciliuz: quo tutior eſſet
ad caſtellum Paniſcole locũ munitiſſimuz
confugit: vbi diutius ĩmoratus. Uterq; aũt
licet in piſano cõcilio exauctorati eſſent. tã-
q̃ veri põtifices cardinales crearunt. maxi
me võ Gregorius. qui dũ Luce eſſet de con
ſenſu cardinaliũ. qui nõdum ab eo diſceſſe-
rant Gabrielem Condelmarium cardinalẽ
creat. qui poſtea in põtificem electus. Euge
nius quartus appellatus eſt. Ad Alexãdrũ
redeo: virum in omni vita et etate preſtantẽ
Hic eñ ab adoleſcentia ordinem minorum
ingreſſus: adeo Pariſius liberalibus ſtu-
dijs theologiceq; diſcipline vacauit. vt bre-
ui et publicam ſcolam habuerit: et in libros
ſentẽtiaꝝ docte ⁊ acute ſcripſerit. Magnus
quoq; orator: magnus predicator eſt habitꝰ
Hanc ob rem a Johãne Galeatio duce me
diolanenſi accitus primũ locum in conſulta-
tionibus ſuis habuit. Creatur deinde roga
tu Galeatij vicentinus epiſcopus. poſtea no
uarienſis mutato loco: poſtremo preſul me-
diolanenſis factus: ab Innocẽtio ſeptĩo car
dinalis baſilice duodecim apoſtolorum cre-
atur: quo quidẽ gradu põtificiã dignitatem
adeptus. merito Alexãdri nomẽ conſecutus
eſt: cũ et liberalitate ⁊ magñitudĩe animi: cuz
q̃uis optĩo pñcipe ↄferri poſſet. Adeo eniz
munificꝰ erat ĩ paupes et viros ſua benigni-
tate dignos. vt breui nil ſibi reliquerit. Un
de p ioců dicẽ interdũ ſolebat. ſe diuitez epi-
ſcopũ fuiſſe: pauperẽ cardinalẽ: mẽdicũ põti
ficẽ. In eo ei defuit illa hñdi cupiditas. que
vna cũ re et etate acceſcit ſilr. Sz h viciũ ca-
dere ĩ viros bonos ⁊ rex hũanaꝝ ↄtẽptores
ñ pt: qui q̃ magis cõſeneſcũt: eo minꝰ viatici

indigere ſe cognoſcunt: et ob hanc rem cupi
ditates ſedant. refrenant auariciam: ac cete
ras animi labes expellunt. Tanti preterea
animi Alexander fuit: vt Ladiſlaum regem
tum potentiſſimum: qui ditionem eccleſie põ
tificibus abſentibus diu multumq3 vexaue
rat. oppidaq3 aliquot vi occupauerat. in cõ
cilio piſano approbantibus qui tu3 aderant
regno priuauerit. iuſq3 illud Lodouico An
degauie duci cõpetere declarauerit. Soluto
aũt concilio piſano. pontifex Bononiã pro
ficiſcitur: cui ciuitati tu3 preerat Baldeſar
Coſſa ſancti euſtachij cardinalis: que3 Ale
xander in legatione confirmauit. q eius in
duſtria ac preſidijs piſanum conciliu3 habi
tum fuiſſet: q̃ðq3 etiam vir erat. qui percom
mode tyrannis ac re3 eccleſiaſtica3 occupa
re conantibus: obijci quouis tẽpore poſſet:
In homĩe tamẽ plus ferocie. pluſq3 audacie
et ſecularitatis (vt ita dicam) erat: q̃ eius ꝓ
feſſio requirebat. Militaris prope habeba
tur eius vita: militares mores: adeo vt mul
ta etiam que loqui fas nõ eſt. ſibi licere arbi
traretur. Cum võ Alexander grauiter egro
tare cepiſſet: noſſetq3 mortem prope inſtare
cardinales ad ſe venientes ad concordiam:
ad pacem: ad tuenda3 eccleſie dignitatẽ ad
hortatur. Teſtatus preterea eſt per eã mor
tem quã ante oculos ſe continuo cernere di
cebat. nec reformidare conſcientia bene acte
vite motus: ſe exiſtiare et credere que in cõ
cilio piſano decreta fuiſſent: recte atq3 inte
gre facta eẽ oĩa: ſine dolo malo fraudeue. Cũ
hec dixiſſet. lacrimãtibus omnibus qui ade
rant. illud ſaluatoris verbum egre proferẽs
Pacem meam do vobis: pacem meam relin
quo vobis: ſtatim moritur pontificatus ſui
menſe octauo: ſepeliturq3 Bononie in eccle
ſia fratrum minorum. Laboratum eſt aute3
hoc anno fame ac peſte.

## Iohãnes. xxiij.

Iohannes vigeſimuſtercius pa
tria neapolitanꝰ et nobilis: Bal
deſar cognomẽto Coſſa antea vo
catus: Bononie omniu3 conſenſu pontifex
creatur. Sũt aũt qui ſcribãt id factũ violẽt eſ
ſe: q et legatus Bononienſis eſſet. et arma
tos milites tum in vrbe. tũ in agris pro ſta
tione habuerat: vt ſi precario id obtinere ñ
poſſet: minis et armis tande3 conſequeretur
Vtcunq3 eſt conſtat eum pontificem creatũ
fuiſſe ad eamq3 dignitatẽ ſp aſpiraſſe. Na3
cum adoleſcens eſſet. ac Bononie aliquot ã
nis iuri ciuili operam dediſſet. aſſumpto (vt
nunc fit) doctrine gradu. Romam iter inſti
tuit. Interrogatus aũt ab amicis quo profi
ciſceretur: ad pontificatum reſpondit. Ro
ma3 itaq3 veniens: a Bonifacio nono in cu
biculum ſecretum recipitur. Creatus dein
de ſancti Euſtachij cardinalis: legatus e la
tere Bononiam mittitur. quam breui cõdu
cto milite vna cum magna Flamminie par
te poteſtatem eccleſie redegit. pulſis quibuſ
dam tyrannis. alijſq3 extremo ſupplicio affe
ctis. Verum poſt nouem annos cum longa
pace ciuitate3 Bononienſe3 mirumĩmodũ
auxiſſet. grandemq3 pecuniam ſibi compa
raſſet: mortuo Alexandro largitione vſus.
maxime võ erga cardinales a Gregorio cre
atos pauperes adhuc pontifex creatur: quo
facto oratores ſtati3 ad electores imperij mi
ſit: eos oratum. vt Sigiſmundum Lucim
burgu3 Vngarie et Bohemie rege3 impera
torem crearent. virum ſtrennuum (vt ipſe di
cebat) et ad omnia fortiter agẽda promptiſ
ſimum. Hac eñ ratione hominis gratiã au
cupabatur. Vbi vero hoc ei ex ſententia acci
dit: cum in conuentu piſano conſtitutu3 eẽ3
vt ad certu3 tempus conciliu3 haberetur: ne
alibi transferret calebraturũ ſe id Rome pre
dixit: et quo liberius eo proficiſci omnibus
liceret: pacare Ytaliam conatus eſt. maxime
võ Ciſalpinã. i q̃ bellũ indies magis magiſ
q3 creſcebat. Fazino cane diſcordias ſuſcitã
te: qui mercẽnarios milites retinere ſine bel
lo apud ſe nequaq̃ poterat. Eos ei rapinis
direptiõibus vrbiũ paſcere cõſueuerat. For
te tum accidit vt papienſes (quos Philippꝰ
ob tenellã adhuc etatem retiere ĩ officio nõ
poterat) ſtudio partiũ concitati ad arma cõ
currerẽt: hic gibellini Beccaria familia du
ce: Fazinũ cũ exercitu in vrbẽ introduxere:
pacti fortunas guelphoꝝ. Vex is cũ arma
to milite ingreſſus: neutri ĩ diripiẽdis fortu
nis pepercit. Querentibus aũt gibellis: ſua
quoq3 bona ꝯ datã fide3 diripi: reſpõdit ac
egregie quidem. gibellinos ſaluos fore: eoꝝ
võ bona q guelpha eſſent militibus ſe ĩ pre
dã conceſſurũ deridẽs vtriuſq3 factiõis ſtul
ticiã et cupiditatẽ. Inde vero abiẽs relicto ĩ
portis ⁊ ĩ arce firmo pſidio: tutelã Philippi
donec adoleuiſſet p ſe ferẽs ꝯ pãdulphũ: ma
lateſtã ducẽs brixianos: et bergomates ĩ cur
ſionibus rapinis vexat. nec a cremonenſibꝰ
quidem abſtinuit: quibus tũ Cabrinus Fũ
dulus imperitabat. Dum hec aũt in Brixi

ano agerentur: Vngarie rex iturus (vt ipſe
predicabat) Romam libero itinere ad acci-
piendam imperij coronam duodecim milia
equitum: peditum octo in venetos mittens:
capto primo impetu Forolíuio: Taruiſium
oppugnat. Huic võ tãto exercitui veneti ka
rolum Malateſtam obijciunt: qui cõtando
magiſq̃ dimicando exultantem victoria ho
ſtem remoraretur. Paruz etiam abfuit qui
veneti eodem anno Veronam proditione
quorundam ciuium amitterent: ad rapinaz
magis q̃ ad libertatem ſpectantium. De no
centibus pena ſumpta: ac ſtatim ſedata ſunt
omnia. Mortuo aũt eodẽ anno Fazino La
ne: coniurati quidam Johannem Mariam
Mediolani ducem ĩterficiẽtes: Bernabo-
uis filios ⁊ nepotes in vrbez recipiunt. Tũ
võ Philippus perſuadentibus amicis. Bea
tricem viduam ob Fazini mortem ditiſſimã
et cuius autoritate qui ſub marito militaue
rant admodum mouebantur: duxit vxorem
Qua ex re et ciuitates omẽs que Fazino pa
ruerant. ſtatim in deditionẽ accepit: et Car-
mignolam: Siccumqz Montagnanuz. qui
legionem mortuo Fazino per ſeditionem di-
uiſerant. in ſuam militiam perſuadente Be
atrice pertraxit: quibus ducibus Philippus
poſtea vſus: Aſturgium Bernabouis filiuz
Mediolano pellens: in expugnatione Mo
decie interficit. Augebãtur hec in Inſubria
cum Johannes Franciſcus Gonzaga Fran
ciſci iam mortui filius cum ſatis iuſto equi-
tum peditumqz numero: Bononiam preſi-
dij cauſa proficiſcitur: mandato Johannis
põtificis c⁹ auſpicijs tuz militabat. Nã ma-
lateſta Ariminẽſis Ladiſlai regis mercẽna-
rius: vrbem ipſam graui bello tuz premebat
Is itaqz adiuuantibus Bononiẽſibus. gra
uia aliquot prelia cum hoſtibus fecit: quibꝫ
ſuperior factus: vrbem acerrime tutatus eſt
Sequenti võ hyeme Johannes pontifex a
Ladiſlao bello vexatus: Rome florentiam:
atqz inde Bononiaz veniens: haud ita mul
topoſt Mantuam proficiſcitur: vbi ſplen-
dide ac magnifice a Johãna Franciſco Gõ
zaga ſuſceptus eſt. Quem inde abiens cum
magna parte copiarum Laudam pompeia-
nam (quo venturum Vngarie regez ſciebat)
ſecum ducit. Multum eniz huic principi fi-
debat cuius fidem et integritatez bononien
ſi bello optime norat: q̃uis pollicitationibꝫ
⁊ donis in partes regias a malateſta ſolicita
retur. Cuz itaqz pontifex ac rex haud quaq̃
ſe tutos Laude arbitrarentur: Johannem
Franciſcum Mantuam (quo ſe velle ire di-
cebant) ad parandos commeatus. diſponen
damqz vrbem. qua recipi commode tanta
multitudo poſſet: propere mittunt. qui breui
paratis rebus omnibus Cremonaz (quo iã
perueniſſe pontificem ac regez intellexerat)
redijt. Hos aũt inde Mantuam abducens.
populo omni vere obuiaz effuſo: opinionem
omniũ benignitate et gratia ſuperauit. His
võ conuentibus: qui Laude Cremone Mã
tue ſunt habiti: de pellendo ex Latio: Vm-
bria: Hetruria Ladiſlao: qui Romam et
multa eccleſie oppida occupauerat eſt actuz
Videbant hi Italiã incendijs bellorum ali
ter liberari nõ poſſe: de impenſa bellica non
Mantue ſed Bononie (cũ eo veniſſent) agẽ-
dum cenſuere. Verum maior eos cura inceſ
ſit. Ad concilium nanqz Johannes omniuz
nationum conſenſu citatus. ad tollenduz ſci
ſma: duos cardinales ſtatim in Germaniaz
miſit: qui vna cuz principibus gallice ⁊ ger
manice nationis locuz concilio ydoneũ deli
gerẽt. Cõſtãtia magũtie, puĩcie ciuitas ad id
potiſſimum ydonea ẽ viſa. Eo itaqz ad cer-
tam diem ex inſtituto proficiſcuntur omnes
proficiſcitur et Johãnes pontifex: admonẽ-
tibus tamen quibuſdam ne id faceret: q̃ vere
rentur. ne cũ pontifex accederet. priuatus re
uerteretur q̃ etiaz contigit. Eo nanqz profi
ciſcens cũ viris quibuſdaz in omĩ genere do
ctrine preſtantibus: diu multũqz germanos
diſputationibus incertos ⁊ ambiguos tenu
it. quid potiſſimũ decerneret. Verum super-
ueniente Sigiſmũdo: factaqz omnibus dicẽ
di qđ liberet p̃tate: mlta crimia ⁊ quidẽ gra
uiſſima põtifici obiecta ſũt. quoꝝ cauſa mu
tato habitu familiaqz: Cõſtantia clãculum
Scaphuſam ſe contulit: veritus ne quid gra
uius in ſe conſuleretur. Erat Scaphuſa Fe
derici Auſtrie ducis ciuitas quo etiam ple-
riqz cardiales a ſe creati fuga peruenẽ. Ver
his poſtea cõcilij auctoritate reuocatis: Jo-
hãnes Scaphuſa Friburgũ confugit. iturus
inde ſi tuto fieri poſſet ad Burgũdie ducez.
Sz curãte ꝯcilio Johãnes capit̃: et ĩ inſula
ſcti Marci ꝓpe Cõſtãtiã ĩ carcerẽ cõijcitur
põtificat⁹ ſui ãno q̃rto. mẽſe decimo. Cauſã
fuge diſgrẽ cõciliũ tũ cepit. ctoſqz iudices vi
ros grauiſſimos et doctiſſios delegit. q crimi
na Johãni obiecta diſcuterẽt. eadẽqz ex or-
dine referrẽt. Ad q̃draginta capitl̃a et eo ãpli⁹
ꝯ hoĩez ꝓbata ſũt: q̃ꝝ aliq̃ cum ĩ eo minime
ĩmutari poſſet: adeo erãt ĩueterata: ꝯ fidẽ iu
dicata ſunt: aliqua võ chriſtianis omnibus

(ſi non damnarentur) ſcandalum paritura
Uenientibus itaqȝ omnibus in eandem ſen
tentiam: Johãnes merito e põtificatu deie
ctꝰ ſniaȝ in ſe latam comprobat. Quo facto
ſtatim ad Lodouicum bauarum: qui cum
Gregorio duodecimo ſentiebat cuſtodien
dus mittitur: donec aliud decerneretur. In
Haldeberga caſtello munitiſſimo triennio
ſine vllo cubiculario famulo ue ytalico dili
genter aſſeruatus eſt. Teutonici erant cuſto
des omnes: quibus cum Johannes nutu et
ſignis loquebatur: cum nec ipſe linguaȝ teu
tonicam. nec illi viciſſiȝ ytalicã ſcirent. Ab
rogatum Johanni pontificatũ ab his tantũ
modo: qui cũ eo ante ſenſerant ferunt. Non
dum eñ qui cũ Gregorio et Benedicto ſen
tiebant cõuenerant. Hi igitur vt abrogatio
nem a ſe factam veram et integraȝ iudicarẽt
omnes ſynodicum decretum promulgarunt
quo affirmabant conciliũ generale legitime
cõgregatum: habere ſtatim a chriſto poteſta
tem. Hoc quidem fũdamẽto conceſſo: ipſuȝ
etiam pontificem cõcilio ſubijciebant. Qua
re Gregorio neceſſe fuit: ſuadente etiam im
peratore Sigiſmũdo: vnum aliquem ad cõ
cilium mittere: cum ipſe proficiſci recuſaret
qui ſuo nomĩe concilij ſententiam approba
ret. Miſſus itaqȝ karolus Malateſta vir
certe inſignis. cum videret omẽs in hãc ſen
tentiam venire: vt Gregorius quoqȝ põtifi
catu ſe abdicaret: in publicum prodiens: ac
in ſede Gregorij nõ aliter extructa ac ſi ipſe
adeſſȝ collocatus: perlecta renũciandi facul
tate. Gregorium põtificatu abdicat: quẽ ſta
tim cõuentus omnis pro tam libera abdica
tione. agri piceni legatum creat. Is itaqȝ nõ
multopoſt Recaneti moritur dolore animi.
(vt aiunt) propter ſubitam abrogationẽ an
te conſtitutum tempus a karolo factam. In
longum eñ rem protrahi volebat: in mora
ſpem aliquam ponens. Mortuus igitur an
te Martini pontificatum in recanetenſi ec
cleſia ſepelitur. Sublatis duobus pontifici
bus: tercius ĩ quo abrogãdo maior difficul
tas inerat reſtabat: Petrus Luna Benedi
ctus terciuſdecimus (vt antea dixi) vocatus
Ut autem is etiam nolẽs abdicare ſe magi
ſtratu cogeretur: Sigiſmundus imperator
vna cuȝ oratoribus concilij ad Frãtie ⁊ An
glie reges peruenit: eoſqȝ adhortatus eſt. vt
pro ſalute chriſtiani nominis iaȝ ob ſciſma
periclitantis in abrogando Benedicto. ſb
latis alijs duobus. eius ſequerentur ſenten
tiam. Grato autem reſponſo accepto: in de

Narbonam properat ad Ferdinanduȝ ara
gonum regem. cuius populi magna ex parte
Benedicto obtemperabant. quo cum inter
alia capitula hoc pactus eſt. vt Benedictuȝ
rationibus moueret ea facere que Gregoriꝰ
et Johannes in concilio Conſtantienſi egiſ
ſent. Id vͦo ſi facere recuſaret. populos coge
ret ab eo ad cõciliũ Conſtantienſe deficere
Benedictus autem in caſtello Paniſchole
loco munitiſſimo ſe continẽs: moueri perſua
ſionibus e ſententia ſua non poterat: ꝙ dice
ret et ſe verum chriſti vicarium eſſe. et Con
ſtantiam non eſſe locum libertati eccleſiaſti
ce conuenientem. cuȝ Johannes vigeſimus
tercius ab his etiam abdicare ſe pontificatu
coactus fuerat. qui partes ſuas antea ſeque
bantur. Tum vͦo principes Hiſpanie cernẽ
tes pertinatiam Benedicti: concilij opinio
nem ſecuti: in reliquorum ſententiam vene
re. Gerebantur res in cõcilio quinqȝ natio
num ſuffragijs: ytalica: gallica: germanica:
hiſpanica: et anglica: Quicquid vͦo harum
nationum ſuffragijs decernebatur: id ita ra
tum erat: atqȝ per preconẽ aut ꝑ notariũ pu
blicum pro curia enũciabatur. ſi omniuȝ cõ
ſenſu poſtea confirmatum fuiſſet. Qua quĩ
dẽ autoritate Benedictus diſcuſſa aliq̃diu
re: pontificatu tandem priuatur. abſentib9
reiectiſqȝ nationibus. que cuȝ eo ſentiebant
maxime vͦo ſcotis et comite Armeniaci. In
eodem quoqȝ concilio cõdemnata eſt Johã
nis iviglef hẽſis: et duo ex ſectatoribus eiꝰ
combuſti ſunt: Johannes Hus: et Hieroni
mus eius diſcipulus. tanꝗ̃ hereſiarche: ꝙ in
ter ceteros errores dicerẽt ecc̃iaſticos ad imi
tationem chriſti pauperes eſſe debere. cum
ex tanta rerum copia et luxu populi omnes
ſcandalizarentur. Rebus aũt hoc modo cõ
poſitis: cum de reſtituenda eccleſia: emendã
diſqȝ moribus clericoruȝ mentio haberetur
fieri id non poſſe exiſtimarunt vacante ſede
Unde de eligẽdo nouo põtifice ſermo eſt ha
bitus: quo decreta concilij maiorem deinceps
autoritatem haberent. Cum igitur hac de re
verbum haberetur: placuit ex vnaquaqȝ na
tione viros ſex deligi: et quidem probatos:
qui vna cum cardinalibus conclaue ingreſ
ſi pontificem deligerent. Anno igitur mille
ſimoquadringẽteſimodecimoſeptimo: ſexto
idus nouembris conclaue ingreſſi. conſen
tientibus cardinalibus duobus et triginta:
nationibuſqȝ omnibus. preter omnium ſpẽ
et opinionem: cum iam quadriennio vͦo põti
fice caruiſſet eccleſia. multiqȝ ſciſmatici tuȝ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

intereſſent: tercio idus nouẽbris. in celebri-
tate beati Martini hora tercia Otto Colũ
na romanus prĩceps: ſancti Georgij ad Vel
lus aureum dyaconus cardinalis pontifex
creatur. tanta omniũ leticia. vt pre gaudio
loqui vix homines poſſent. Effuſus nimio
gaudio imperator. nullo habito dignitatis
ſue diſcrimine. cõclaue ingreſſus: et gratias
omnibus egit: qui tantũ virũ et tã neceſſariũ
reipub. chriſtiane prope extincte delegiſſent
et ante pontificem proſtratus : cum ſumma
veneratione eius pedes exoſculatus eſt. quẽ
contra pontifex amplexus: non ſecus ac fra
trem in pc̃io habuit. eiq; gratias egit: q̃ ſua
opera et induſtria pax tandẽ eccleſie dei red
dita eſſet. Vocari aũt Martinus voluit. q̃
ea electio in Martini celebritate habita fuiſ
ſet. Interim vero dum hec Conſtantie agerẽ-
tur. mortuo etiam Ladiſlao contra florenti-
nos proficiſcente : Rome ad arma et liber
tatem conclamatum eſt. Cogitur a populo
Petrus Mattheucij. etiam nolẽs guberna
cula reipu. ſuſcipere: qui poſtea magiſtratu
ſe abdicauit. cũ intellexiſſet legatum a Iohã
ne pontifice iam antea deſignatũ. paulopoſt
affuturũ cũ ſenatore ciue bononiẽſi: qui vrbẽ
ingreſſi et Paulum Paloniũ: et Iohãnẽ
Cincium ſeditioſos ciues capitali ſupplicio
affecere. Sequenti vero anno Brachius Mõ
tonius Romam cũ exercitu veniẽs vrbe po-
titus. oppugnare arcẽ ſancti Angeli adhor
tus eſt. que firmo Iohanne regine preſidio
defendebatur. Nam Iohanna Ladiſlao fra
tri in regnũ ſucceſſerat. Verũ ſuperueniente
Sfortia militum regine duce: nõ ſolũ Bra-
chium ab oppugnãda arce dimouit: ſed etiã
hominem pugnãtem cõtinuo ab vrbe expu-
lit romanis in neutram partem inclinanti-
bus. In ea pugna occiditur Iohannes Co
lumna a milite. qui olim cum paulo Vrſino
militauerat. quem Lodouicus Colũna cum
Brachio militans in agro fulginati interfe
cerat. Erat aũt militi in animo Lodouicum
obtrũcare vleiciſcẽde Pauli necis cauſa: ſed
Iohãnes Lodouicũ defenſurus innocẽs mo
ritur. Dũ aũt Roma hoc modo fluctuaret
in varias partes declinans: creato Marti-
no: ſpem aliquam exoptate quietis tandem
concepit.

## Martinus. v.

Martinus quintus : patria ro-
manus: Otto cognomẽto: Colũ-
na prius vocatus: nõ magis ſuo
q̃ eccleſie iam labentis tempore pontifex in
concilio creatur. nationum omnium et car-
dinalium conſenſu. Is eñi a teneris ãnis cu
ra parentum moribus et litteris imbutus:
vbi adoleuiſſet: iuri põtificio Peruſij operã
dedit: vnde ad vrbem rediens. ob integrita-
tem et doctrinã Vrbani ſexti referendarius
factus eſt. quod munus tanta cum humani
tate: iuſticia: et manſuetudine geſſit: vt dya-
conus cardinalis ab Innocẽtio ſeptimo cre
atus ſit. Nec ob eam quidẽ rem a natura
ſua diſceſſit. Humanior eñi q̃ antea factus
patrocinium ſuum omnibus preſtabat: ita
tamen vt in rebus publicis non multum ſe
immiſceret. Nam cum in conuentu conſtan
tienſi multe in vtranq; partẽ altercationes
haberentur propter diuerſa factionum ſtu-
dia : ipſe medium quoddam tenuit. quo in
alterutram partem inclinare nullo modo vi
debatur: cõmuni vtilitati ſemper conſulens
Hanc ob rem et imperatori. et cardinalibꝰ
ac deniq; omnibus gratus põtifex creatur.
quo in magiſtratu non ſomno et ocio: ſed ne
gocio et ſolicitudini deditus: audire: refelle-
re : approbare : ſuadere: diſſuadere: hortari:
deterrere accedentes ad ſedem apoſtolicam
conſueuerat. cognita petentium honeſtate:
vel ſecus. Mira eñi vtebatur facilicitate : et
honeſta petentes a ſe voti compotes dimitte
bat. In conſultationibus aũt mire prudẽtie
vir eſt habitus. Nam et quid agendum: et
quid vitandum eſſet ſtatim re propoſita acu
tiſſime diiudicabat. Breuis in dicendo. cau
tior in agẽdo adeo. vt prius rem factam cer-
nerent homines: q̃ ab eo excogitatam puta-
rent. Eius autẽ ſermo plenus ſententijs
erat. Ex ore eius nullum verbum tam crebo
q̃ iuſticie nomen prodibat. Ad ſuos perſepe
conuerſus: maxime ad eos qui prouintias ⁊
ciuitates gubernabat : his verbis vtebatur
Diligite iuſticiam qui iudicatis terram. In
digebat tum profecto tali pontifice eccleſia
dei: qui nauiculam Petri ſciſmatis et ſediti
onum omnium fluctibus quaſſam: redigere
in portum ſalutis gubernaculo admotus ſci
ret et poſſet. Adeptus itaq; tantum magi-
ſtratum: cum reſtare adhuc caput renaſcen
tis hydre cerneret Benedictum Lunam cũ
aliquot cardinalibus et prelatis: Peninſule
tanq̃ in arce ſciſmatis ſe continentem : qui-
buſdã Aragonie populus in vtram partem
inclinarẽt adhuc titubãtibꝰ: approbãte ꝯcilio
alamãnum Ademarũ virũ doctiſſimum: et

cꝰ ſepulchrum in ſcta Maria noua adhũc
cernimus: patria florentinum. ſancti Euſe-
ſebij preſbiteruʒ cardinalem: legatum e late-
re ſuo in Arrogoniaʒ mittit. qui ſub penis ⁊
cenſura eccleſiaſtica Petrum admoneret. vt
ſe pontificatu abdicaret. Cardiales aũt qui
cum Petro ſentiebant intelligẽtes vltimaʒ
concilij et põtificis ſententiam: Petrum ip-
ſum adeũt rogantqʒ. vt de eccleſia dei tandẽ
omne ſciſma tollat. quo iam multis annis
chriſtiana reſpublica magnis calamitatibꝫ
afflictata erat. Id aũt ob ſalutẽ labentis ec-
cleſie a Gregorio et Iohanne factum eſſe.
Reſpondet Petrus cauillatiõibus quibuſ-
dam. id ſibi nequaq̃ integrum eſſe. ſibi autẽ
cum Martino cõuenturuʒ: ſi vera eſſẽt que
de hominis integritate et humanitate dice-
rentur. ſinerẽt ſibi id negocij: nec ãplius ea
de re ſoliciti eſſent. Ex quatuor vͦ cardina-
libus duo pertinaciaʒ hominis inſpicienteſ
ab eo ad Martinum ſtatiʒ defecere. Qui au-
tem in fide manſere: anticardinales ſunt ha-
biti: quorum alter cartuſienſis fuit: alter vͦ
Iulianus dobla appellatus eſt. Martini qʒ
autoritatem Hiſpania omnis ſtatiʒ ſecuta
eſt. Idem fecere non multopoſt et ſcoti et ar-
meniaci. Atqʒ ita omnis reſpublica chriſti-
ana vna dũtarat Peninſula excepta. Mar-
tini autoritatem ſecuta eſt. Compoſita autẽ
ex ſententia tanta re principum omniuʒ ec-
cleſiaſticorum et ſecularium: maxime vͦ Si-
giſmundi imperatoris labore et induſtria:
de componendis moribus nimia licentia iã
labefactatis: tam laycorum ꝙ clericorũ mẽ-
tio haberi cepta eſt. Uerum quia quadrien-
nio conſtantienſe concilium iaʒ durauerat:
cum magno prelatorum et eccleſiaruʒ incõ-
modo: Martino placuit approbante conci-
lio: rem tãtaʒ in aliud tempus magis idone-
um transferre. Dicebat eñ rem ipſaʒ matu-
ritate et concilio indigere: quia ex Hieroni-
mi ſentẽtia: vnaqueqʒ prouintia ſuos habet
mores: ſuos ſenſus: qui tolli ſine perturbati-
one rerum ſubito nõ poſſunt. Uerum quia
ſciſma ex parua re antea ortum fuerat. diuti-
uſqʒ cum magna calamitate chriſtiane rei-
publice durauerat. de celebrandis concilijs
talem ſententiam promulgauit. maxime vͦ
vbi intellexit Iohannem vigeſimumterciũ
e cuſtodia lapſum aufugiſſe. Uerebatur eñ
ne rurſuʒ aliud conciliũ inchoaretur. Eius
autem ſententia et decretum tale fuit. vt a fi-
ne concilij conſtantienſis non niſi ad quin-
quennium vſqʒ concilium denuo celebrare-

tur: vtqʒ a quinquẽnali in ſeptenniuʒ aliud
transferretur. ab hoc vͦ in decenniuʒ res ꝓ-
tracta legis haberet locum: vt ſingulis qui-
buſqʒ decennijs generale concilium ydo-
neo haberet̃ in loco: vbi de rebus omnibus
ad fidem et rempublicam chriſtianam perti-
nentibus mentio fieret. Ad hanc auteʒ inſti-
tutionem approbandam patentibus litteris
(quas bullas vocant) comprobari Marti-
nus rem voluit. in eius ſententiaʒ concilio
veniente. Omnia aũt decreta ante põtifica-
tum ſuuʒ in ſciſmate facta: niſi ad fidẽ et bo-
nos mores pertinerent: omnino ſuſtulit. Ut
vͦ omnes intelligerent ſibi in animo eſſe cõ-
cilium habere: locum ad id aptum publico
concilio diſquirit. ac tandem approbantibꝫ
omnibus Papiam ꝙ ydoneum habendi cõ-
cilij locum decernit: litteraſqʒ apoſtolicas ĩ
hanc fere ſententiã ſuper ea re edidit. Mar-
tinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei: ad fu-
turam rei memoriam. cupientes ac etiaʒ vo-
lentes huiuſce generalis cõcilij decreto ſatiſ-
facere: concilio approbante et cõſentiente. cũ
de loco ambigeretur. Papiam vrbeʒ autori-
tate noſtraruʒ litteraruʒ deſignamus. Nul-
li ergo hominuʒ liceat huius noſtri decreti
paginam infringere. Siquis auteʒ hoc attẽ-
tare preſumpſerit. omnipotentis dei irã. be-
atorumqʒ Petri et Pauli apoſtoloruʒ eius
ſe noſcat in curſuruʒ. Datum et actuʒ Con-
ſtantie in loco publice ſeſſionis tanti concilij
xiij. kalendas Maij: pontificatus noſtri an-
no primo. Preterea vͦ diſſoluendi concilij
cupidus: anno dñi milleſimoquadringẽteſi-
modecimooctauo. conuentuʒ habuit publi-
ca ſeſſione: quo ſublato conſenſu omniũ: ma-
xime vͦ imperatoris. hec verba mãdante põ-
tifice ab Ibaldo ſãcti Uiti ĩ Marcello dya-
cono cardinali audientibus omnibus enun-
ciata ſunt. Domini ite ĩ pace. Abeũdi itaqʒ
omnibus poteſtas facta eſt. Cuʒ auteʒ pon-
tifex hinc ab imperatore et germanis roga-
retur. vt in Germania aliq̃diu remaneret
hinc a principibus gallicis. vt in Galliam
proficiſceretur: oſtendit ſibi id nequaq̃ inte-
grum eſſe. q̃ diceret patrimoniuʒ eccleſie ab-
ſente pontifice a tyrãnis quibus in Ytalia
occupatuʒ diſtrahi. et lacerari. vrbẽqʒ Ro-
maʒ religionis chriſtiane caput: cuʒ rectore
ſuo careret: pene ad interitum redactuʒ eſſe
peſte: fame: ferro: igne: ſeditionibus. De ba-
ſilicis vͦ ac ſanctorũ martirũ ſacellis nolle
dicere. que abſente põtifice aut iaʒ corruerẽt
aut paulopoſt collapſure viderẽtur. Proinde

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſibi abeundum eſſe dicebat. Ferrēt equo ani
mo quod vellent ratio et neceſſitas: pateren-
turqꝫ eum ſedere in ſolio Petri: quem pon-
tificem omnium conſenſu decreuerant. Ec-
cleſiam Romanam caput eſſe et matrē om
nium eccleſiarum: proinde in ea imorandū
pontifici eſſe. ne verus gubernator a puppi
ad proram transferatur: cuꝫ magno nauigā
tium (hoc eſt in chriſtiana republica viuen-
tium) periculo et detrimento. Abiens itaqꝫ
Conſtantia: ac per ſabaudiam iter faciens:
dum Ytaliam petit. Mediolanum perue-
nit. vbi a Philippo duce populoqꝫ mediola
nenſi nullo nō genere honoris adhibito: per
benigne ſuſcipitur. Erat tum quidem Phi-
lippus in armis: ditionem paternam repe-
tens: defendentibus ſe acriter tyrannis. qui
guſtata ſemel imperandi voluptate. non ita
facile de poſſeſſione pellebātur. Vrgebat tū
Carmignola primus Philippi copiarū dux
Pandulphum Malateſtaꝫ: qui capto Ber
gomo prodente arcem prefecto: pecunia et
pollicitationibus corrupto in brixianos mo
uene: eum omni dominatu breui ſpoliaſſet:
niſi a venetis ingenti pecunia ac firmiſſimo
equitatu eſſet adiutus: et a Martino ponti
fice: q autoritate et gr̄a Philippū ad pacē cū
Pandulpho Malateſta ineundam perpu-
lit que poſtea Mantue Martino eo accedē
te Johanne Franciſco ſequeſtro adhibito:
his legibus compoſita eſt: vt Pandulphus
perſoluto quotannis tributo: tandiu Bri-
xia potiretur. quoad ei viuere liceret: nulla
inteſtādo de ciuitate: que merito ad Philip
pum deuolueretur relicta poteſtate. Hanc
vō pacē ſequenti anno Pandulphus diſtur
bauit: annixus pecunijs et milite retinere
Cabrinū Fondulum in vrbe Cremona: quē
armis Philippus continuo vexabat ciuita-
tē paterne ditionis tot annis a tyrāno poſ-
ſeſſam repetens. Erat tn̄ fama Pandulphū
vrbem ipſam a Cabrino emiſſe: Salodij ri-
periam (ita ripā Benaci vocant) in preciū
pollicitus. Ab hoc autem bello Johannes
Franciſcus deterrere hominem ob affinita
tem conatus eſt. miſſis legatis q eū admone
rent cōtra ius faſqꝫ agere. ꝙ federa ſperne-
ret: ꝙ tyrannum tutaretur: ꝙ contra eū ar-
ma ſumeret. a quo dominatu brixiano dona
tus fuerat. Non eſſe contemnendum auto-
ritatem Martini. de ſua nolle dicere cuius
autoritate pax erat compoſita: ſi hominum
autoritatem condemneret. deum ſaltē inſpi-
ceret: quem teſtem violati ab eo federis: duꝫ

pax fieret inuocauerant. Abiens aūt Man
tua pontifex quarto poſt acceſſū menſe: Fer
raria ac per flamminiam iter faciens. Florē
tiam peruenit: vitata de in duſtria Bono-
nia: que poſteaꝙ̄ intellexerat Baldeſarem
Coſſam coactū eſſe abdicare ſe pontificatu.
pulſis eccleſie magiſtratibus: in libertatem
ſe vindicauerat. Inſtat tum acriter Carmi-
gnola iubente Philippo. qui ſuo iure ducere
exercitum in Pandulphum poſſet: atqꝫ bre
ui capta mag̃ brixiani agri parte: ad Mōtē
clarum caſtra locat. cum Lodouico Melio
rato Innocentij ſeptimi nepote certaturus:
qui aduentare cū magno equitatu in auxili
um pandulphi dicebat̃. Affines nanqꝫ erāt
et id Lodouicus neceſſitudini tribuebat. Cō
ſerto itaqꝫ prelio. ac Lodouico turpiter fu-
gato: Carmignola haud ita mltopoſt Bri-
xiam in poteſtatem Philippi redegit. Poti-
tur et breui Cremona Philippus: ac Cabri
num tyrannum ad Caſtellionem captū: ca-
pitali ſupplicio afficit. Hoc tanto Philippi
ſucceſſu Nicolaus eſtenſis motus: ſponte fa
cturus id quod armis cogi potuiſſet: Medi
olanum profectus: Parmam (quā mortuo
Ottone tercio occupauerat) Philippo red-
didit: retento Rhegio Martini pontificis
rogatu pheudi nomine. Profectus et eo Jo
hannes Franciſcus mātuanus pāceps Phi
lippo gratulatum pro re bene geſta. cum mi
nus comi fronte inſpiceretur. cunqꝫ intelli-
geret Philippo ī animo eſſe quicquid de cre
monenſibus et brixianis teneret: iure ſuo re-
petere propere Mediolano abiens: veneto-
rum deinceps et florentinorum amiciciam
ac ſocietatem ſecutus eſt. Hi em̄ duo popu-
li ſibi timētes: vnumquemqꝫ in partes ſuas
blanditijs et pollicitatōnibus alliciebant. ꝙ
Philippus regnandi cupidus: ruptis legi-
bus initi federis. et vltra Macram Sarſa
nam oppidum lunenſis agri Thome Frego
ſio dediſſet: quem e pācipatu vi et armis de-
iecerat. ne cū genuenſibus exulibus quicꝙ̄
aduerſus ſe moliretur: et bononienſes florē
tini populi ſocios ad defectionem concitaſſꝫ
corumqꝫ milites ſtipendio conduxiſſet. ⁊ fo
rum Liuij nunc ob Thebaldi pueri tenellā
etatem: nunc ob ferrarienſis principis gra-
tiam (vt crebro dicebat) occupaſſet cum fede
ribus cautum eſſet: ne Philippus Bononi-
am et Flamminiam armis attingeret. Ve-
rebantur item ne trium ſimul potentiſſimo-
rum principum: Philippi: Martini ponti
ficis: Alouiſij regis (q̄s ſocietatē iniſſe con-

ſtabat)vi et armis occuparentur omnia:cum
contra Philippus omnium malorum crimīa
in venetos et florentinos reijceret.ꝙ veneti re
tinere Pandulphuʒ in domiatu brixiano ſint
annixi.quotqʒ florentini ⁊ genuenſes quoſdā
hoſtes ſuos cōmeatu pecunia iuuiſſent.ꝙ Li
burnum ditionis genuenſis(quā tum in po-
teſtatem ſua redegerat)centum milibus num
mis aureis emiſſent. Satis tum quidem ad
cōcitandum belluʒ hec diſcordiarum ſemina
videri poterāt:ſed nihil eſt quod eque veneto
rum animos ad bellum impulerit ꝙ̄ autori-
tas Franciſci Carmignole.viri bellica laude
inſignis.atqʒ ea etate clariſſimi: qui (vt ipſe
dicere ſolebat )egreferēs Philippi inſolētiaʒ
ad venetos tuʒ confugerat.eoſqʒ ad bellū ani
mauerat.operaʒ ſuā in ea re pollicitus. Qua
re hi duo populi aſcito in ſocietatem belli pri
cipe montuano et ferrarienſi:partitaqʒ belli
ca impenſa:cuʒ exercitu equitum duodecī:pe
ditum octo milibus. cui Carmignola prefici
tur.cūqʒ fluuiali et maritima claſſe Philippū
eodem tempore multis a lateribus oppugnarē
adorti.a guelphis brixianis. q Philippo ad-
uerſabantur.in vrbem vocantur:qua quideʒ
ex parte occupata.veneti tandeʒ ſeptem men-
ſium oppugnatione totam deniqʒ in poteſtatē
ſuaʒ redegere. Ducente deinde Carmignola
ad capienda brixianorū caſtella: Martinus
pontifex Philippi ducis calamitate motus :
cardialeʒ ſancte crucis ad venetos mittit:qui
paceʒ inter Philippum et venetos cōponeret
qua infecta ꝙ veneti et florentini iniqua po-
ſtulare viderentur.ruſuʒ magnis viribus bel
lū vtrinqʒ parari ceptum eſt.Pugnatū eſt ter
eo anno collatis ſignis ad Gotolengum bri-
xianorum caſtelluʒ:ad ſummuʒ cremonēſem
vicum.quibus in locis equo marte vtrinqʒ di
ſceſſum eſt. Ad Maclodium tercia pugna eſt
habita:quo in prelio ſuperantur Philippi co
pie.capiturqʒ Carolus malateſta tocius exer
citus dux.Conſtat aūt hanc tantā fuiſſe cladē
vt ſi milites captos retinere Carmignola vo
luiſſet:ſignaqʒ ocius perterritis inferre eijcere
principatu Philippum conſternatum . tanto
accepto incōmodo haud magno negocio po-
tuiſſe.Captus(vt dixi)eo prelio Carolꝰ a mā
tuano principe.ob affinitatem incolumis di-
mittitur.Interim vͦo duʒ Carmignola ad op
pugnanda brixianorum oppida. que in Phi-
lippi fide permanſerant copias ducit. eidem
Philippo reſpirandi ſpacium dat. Naʒ ⁊ pa
cem cum Amedeo Sabaudie duce:a quo bel
lo premebatur:datis ob id Vercellis compo-
nit et Sigiſmundum ac Brunorum Scalaʒ
in venetos concitat.Martinus aūt pontifex
Philippi rem in maximo diſcrimine videns
cardinalem ſancte crucis ſecundo ad compo-
nendam inter Philippum et venetos pacem
mittit.qui Ferrarie ſubſiſtens:eo proficiſcen
tibus cum mandatis principum ac ciuitatuʒ
legatis.ita pacem compoſuit.vt Brixiam ve
neti et oppida brixianoruʒ cremonēſiū ue:que
antea ceperāt retinerēt.Preterea vti Philip
pus Bergomum bergomatemue agrum vene
tis ex federe dederet:hac conditiōe.ne ſocios
venetorum:florentinorumqʒ bello laceſſeret:
aut ad id defectionem cōcitaret. Approbauit
hanc pacem Martinus : veritus ne Philip-
pus ducatu omnino pelleretur. Homini eniʒ
amiciſſimo.cum ob religionem auxilio eſſe n̄
poterat: tum vel maxime ꝙ ſuperioribus an-
nis erariuʒ pontificium exhauſtum omnino
fuerat.eo bello quod contra brachiuʒ geſſerat
Nam eo tēpore q̄ Florentiam profectus eſt :
offendit Brachium Montonium. virū in re
militari preſtantem . Peruſium:ducatuʒ ſpo
letinum.et magnam patrimonij parteʒ ita oc
cupaſſe conductis mercede quibuſdam tyrā-
nis circumquaqʒ poſitis. vt ipſe tuto prociſci
Romam non poſſet.Cū vͦo admonitus Bra
chius:redire ad ſanitatem nollet armis ſpiri
tualibus:hoc eſt cenſuris primo in eum pon-
tifex vſus eſt.Interdictuʒ eīm a ſacris his om
nibus eſt. qui Brachio parerent:vetitiqʒ ſa-
cerdotes decreto pontificis eiſdem in locis ce
lebrare. Hanc ob rem florentini moti amici
Brachij incommodo. de pace cum Martino
agunt. hac conditiōe vt Brachius ad pedes
Martini prouolutus. veniam peteret. quod
etiaʒ fecit: oppidaqʒ aliquot eccleſie redderet
vtqʒ etiaʒ ſtipendijs pontificis militans. Bo
noniam rebellem in Martini poteſtatem re
digeret.Cui quidem bello Gabriel Condel-
merius:tituli ſancti Clementis preſbiter car-
dinalis et legatus prefuit. cuius induſtria et
Brachij virtute Bononia in poteſtate eccle-
ſie breui rdacta ē.Interi vͦo dū hec Bononie
agerentur.quatuor illi cardinales:qui oli cū
Petro Luna adulterino pontifice ſenſerant.
Florentiam ad Martinuʒ venientes.cū ma-
gno et honorificentiſſimo comitatu publico
conſiſtorio ſuſcepti:dignitatum ſuarum titu
los retinuere. Tres eīm dyaconi cardinales
erant: quartus vͦo qui antea canonicus regu
laris fuerat.preſbiter cardinalis eſt habitus
Dum autem Balthaſar Coſſa adhuc in vin-
culis apud Heidelberg in Germania a comi-

te Palatino detineretur: quidam florenti⸗
ni ciues: quorum de numero coſmus habi
tus eſt: rogare pontificem Martinum om⸗
nino non deſiſtebant: vt tandem e carcere
Baldeſarem liberaret: facturum ſe id pon
tifex pollicitus eſt. Uerum dum eo legatū
ob eam rem mittit: Baldeſar more impati
ens triginta milibus nummum aureorum
Palatino comiti perſolutis: ſe e vinculis
redimens in Italiam veniens: vt recta flo⸗
rentiam proficiſceretur: apud Petrum Ru
beum agri parmenſis baronem veterem a⸗
micum diuertens: parari ſibi inſidias intel
ligit. Hanc ob rem noctu cum legato pon⸗
tificis: qui eum in via conuenerat: ad tho⸗
mam Fregoſum veterem amicum confugi⸗
ens: magnam iniecit omnibus ſuſpitionem
ne rurſum ſciſma innouaretur. Erat enim
vir magni animi: ſagaciſſimiq; ingenij: ⁊
qui priuatam vitā nequaq̃ pateretur. Nõ
deerant preterea qui hominis audaciā ad
res nouas moliendas concitarent: adeo tū
rebus nouis ſtudebatur: ſed deus omnipo⸗
tens eccleſie ſue conſulturus: Baldeſarem
impulit: nullis pactionibus interpoſitis:
nulla requiſita cautione: florentiā ad mar
tinum proficiſci: quo cum veniſſet admiran
tibus omnibus: exoſculato pontificis pede
eundem audientibus omnibus vt verū põ
tificem ⁊ Chriſti vicarium canonice electū
ſalutauit. Mira profecto hec res omnibus
viſa eſt: ⁊ dei potius quā hominum indu⸗
ſtria eo deducta: q̄ homo regnandi cupidꝰ:
in ſummo rerum faſtigio ante collocatus in
loco libero: vbi plurimum ab omnibus dili
gebatur amabaturq;: tanta vteretur man⸗
ſuetudine. Que certe omnibus pre gaudio
lacrimas excuſſit: maxime võ his cardina⸗
libus: qui cum prius vt pontificem ſecuti
fuerant. Martinus autem viciſſitudine re⸗
rum humanarum motus: poſt aliquot dies
hominem in numerum cardinalium aſci⸗
ſcens epiſcopum Tuſculanum creat: atq;
deinceps eo habuit i honore: quo reliquos
cardinales tam publice q̃ priuatim. Uerū
Baldeſar dolore animi vt putatur (ferre ei
vitam priuatam non poterat) aliquot poſt
menſes florentie moritur: ſepeliturq; hono⸗
rificentiſſimo ſepulcro in templo ſancti Jo
hannis: nõ lõge ab eccleſia cathedrali: ma⸗
gna adhibita funeris pompa: eam rem Co⸗
ſmo medice procurante: quem homines eſti
mant pecunia Baldeſaris opes ſuas intā⸗
tum auxiſſe: vt ⁊ primarius apud florenti⸗
nos ciues ⁊ ditiſſimus omniū apud italos

ac fortaſſe apud exteras quoq; nationes de
inceps ſit habitus. Sepulcro hominis hec
verba fere inſcripta ſunt: Baldeſaris coſſe
Johannis. xxiij. quondā pape corpus: hoc
tumulo conditum. Interim võ dum hec flo
rentie agerentur: oratores imꝑatoris con⸗
ſtantinopolitani ad pontificem venere: pol
licentes grecos quoad fidem ꝑtineret velle
in ſententiam latinorum venire: ſi eque ꝯdi
tiones ꝓponerentur. Hos ⁊ perbenigne ac
ſplendide pontifex ſuſcepit: ⁊ legatum e la⸗
tere creauit: Petrum fonteſiccū: ſancti An
geli cardinalem hominem hiſpanum in q̃⸗
uis facultate doctum: qui conſtantinopolī
ad res componendas proficiſceretur. Uerū
priuſq̃ virum integerrimū a ſe dimitteret:
eo premiſit fratrem antonium maſſanū or
dinis minorum generalem gubernatorem:
qui imperatoris ac grecorū explorata ſen
tentia: quid ea in re poſtea ſperandum eſſē
pontificem admoneret. Inſtantibus autē
romanis: vt demum pontifex romam ꝓfici
ſceretur: Martinus cum bona florentinorꝫ
gratia diſceſſurus: ciuitatem honore metro
politico exornauit. Nam cū antea ab ipſa
pene vrbis origine ep̄atū tantummodo ha⸗
buiſſet: in archiep̄atū eorꝫ cathedralem ec⸗
cleſiam tranſtulit: eiq; ſubiecit vt matri vo⸗
laterranam: piſtorienſem: feſulanam eccleſi
am. Dedicauit p̄terea ip̄emet maius altare
ſancte marie nouelle ordinis predicatorū
apud quam baſilicam tamdiu diuertit: quā
diu florentie fuit. Eſt eñ conuentus ille ad
recipiendos pontifices permaxime commo
dus. Abiens itaq; florentia: romā tandem
peruenit: effuſa obuiam om̄i vrbana multi⸗
tudine: effuſis principib; tante vrbis: qui
hominem non ſecus ac quoddam ſalutare
ſidus: vel vnicum patrie parentem expecta
bant. Diem illum in faſtis annotauere Ro
mani: decimo kalendas octobris: anno do⸗
mini milleſimoquadringenteſimouigeſimo
primo. Urbem romā adeo diruptā ⁊ vaſtā
inuenit: vt nulla ciuitatis facies in ea vide⸗
ret. Collabentes vidiſſes domos: collapſa
templa: deſertos vicos: cenoſam ⁊ oblitam
vrbem: laborantē rerum omnium caritate
⁊ inopia. Quid plura? nulla vrbis facies:
nullum vrbanitatis indicium in ea videba
tur. Dixiſſes omnes ciues aut inquilinos
eſſe: aut ex extrema omniū hominū fece eo
commigraſſe. Ciuiū itaq; ſuorꝫ calamitate
permotus pontifex optimus: animū ad ex
ornandam ciuitatem: componendoſq; ciui⸗
um mores ita adiecit: vt breui conualeſcēs

meliorem faciem pre ſe tulerit. Hanc ob rez
ciuitas ipſa: eum non modo ſummum pōti
ficem: verumetiam patrie parentem appel-
lauit. Sed ne tam publica leticia diuturna
eſſet ſine aliqua moleſtia: ſequēti anno mē-
ſe nouembris in vigilia beati andree: adeo
in immenſum tyberis creuit: vt per portaz
flamminiam ingreſſus: totam vrbez in pla
no ſitam inundauerit: templumqꝫ pantheō
vſqꝫ ad altare maius repleuerit. Decreſcēs
autez biduo poſt: multa animalia paſſiz ſe-
cum traxit: multaqꝫ ciuibꝫ damna intulit:
qui non ſecus per vicos nauigabant: ac per
alueum tyberis facere conſueuerunt. Alo-
iſius autem rex Lodouici regis filius eo-
dem vō tempore romam ad pontificem ve-
niens regni neapolitani titulum a martino
conſecutus eſt: cardinalium omnium cōſen
ſu. In regnum nanqꝫ per adoptionem a re-
gina Johanna Ladiſlai ſorore vocatus ſine
vllo marte hoc modo conſecuturum ſe re-
gnum putabat. Uerum ſtudio partium ab
vrbe Neapoli ſubmotus in calabriam ſeceſ
ſit: Cum autem concilij tempus inſtaret (vt
ex decreto conſtantienſi inſtitutū erat) mar
tino placuit: ſentientibꝫ etiam ita cardina-
libꝫ omnibꝫ: premittere quoſdam prelatos
qui papie illud incboarent. Js enim locus
ad eam rem omnibꝫ permaxime commodꝰ
videbatur. Miſſi itaqꝫ eo ſtatim petrus do-
natus archiepiſcopus cretenſis: Jacobꝫ cā
plo epiſcopus ſpoletinus: petrus roſatius
aquileienſis dyoceſis abbas: frater leonar
dus florentinus: fratrum predicatorum ge-
neralis: concilium incboarunt: ad quod ne
mo quidem adhuc venerat: preter duos ab-
bates burgundos. Differre itaqꝫ rez in ali
quot dies placuit: donec ex omni natōe vnꝰ
aliquis ſuperueniret. Ex gallica enim ⁊ ger
mana natione nondum quis venerat. Par-
ui nanqꝫ momenti fore putabant: quod ſine
iſtoꝝ auctoritate ⁊ ſuffragijs eſſet incboatū
Sed ecce duz hos expectant tanta repente
peſtis papiā inuaſit: vt preſidentes concilij
mutare locum ⁊ tempus ſint coacti. Pla-
cuit itaqꝫ oīibꝫ ex ſententia pontificis Se-
nas migrare: ꝙ maior ex oīi natōe mltitu-
do ꝙ̄ papiā ꝓuenit. Alphōſus aūt aragonum
rex martino infenſus: q titulū regni ſicilie
⁊ neapolꝫ hr̄e nequerat: datū (vt antea diri)
Alouiſio regis lodouici filio: oratorē ad ꝯ-
ciliū mittit: q ⁊ ꝯciliū in longū ducēt: ⁊ cāz
petri lune adhuc in paniſcbola ſupſtitis re
ſtituēt: largitōe: pollicitatōnibꝫ ambiendo

vnūquenqꝫ ex his qui in ꝯcilio auctoritatez
haberet. Hanc ob rem Martinus nō igna
rus quantam calamitatē ea res ecc̄ie roma
ne allatura eſſet: quantumqꝫ periculi i mo-
ra haberetur: mandauit concilium ſtatim
diſſolui: approbatis decretis in concilio ha-
bitis: que ad fidem pertinebant. Et ne ſub-
terfugē conuentum chriſtianorum videre-
tur: inſequens ſeptennium concilio adiudi-
cauit: quod in baſilea celebraretur. Atqꝫ h
modo ſciſmatis ⁊ diſcordiarum ſemina a
quibuſdam in concilio ſenenſi iacta ⁊ ſpar-
ſa: ſublata hominis prudentia ⁊ aſtu ſunt.
Cum vō alphonſus palam de Martino
conqueſtus eſt: ꝙ diceret eius opera ⁊ ſe a
regina Johanna abrogatū regno eſſe: quē
prius heredem inſtituerat: ⁊ alouiſium re-
gis Sicilie filium nouum heredem inſtitu-
tum. Refellebat quidem hec crimina perfa
cile Martinus: ꝙ diceret alouiſium here-
dem Johanne ab alexandro quinto: ⁊ Jo-
hanne vigeſimotercio in regno prius con-
firmatum fuiſſe: reijceret eam omnem cul-
pam in reginam: non autem in ſe ad quem
pertineret pheudotarios eccleſie confirma-
re non autem tollere: niſi aliquod grande
facinus in ſedem Romanam commiſiſſent
ſe non videre cur Alouiſius Johanne ſuo
iuſſu coronate: legittimus heres eſſe nō poſ
ſet. At vō Brachius cum videret pontifi-
cem multiplici cura implicitum: ob ſimul-
tatem cum Alphonſo contractam: multis
oppidis eccleſie per vim potitus: Aquilam
vrbem regni Neapolitani graui obſidione
premit. Hanc ob rez motus pontifex: com-
parato ſatis iuſto exercitu: liberare Aqui-
lam annixus: adiuuantibus his qui cum
Regina ⁊ Alouiſio militabant: non longe
ab Aquila patenti campo Brachium ſu-
perat ⁊ interficit. Aderant in eo p̄lio Sfor
tiani: Franciſco duce Sfortie filio: qui ſu-
perioribus annis dum Piſcariam flumen
traijcit (quod Aternuz veteres appellabāt)
in vndis perierat. Delatum itaqꝫ Romaz
Brachij cadauer: in loco prophano extra
portam ſancti Laurentij ſepelitur. Hac au
tem victoria tanta deinceps tranquilitas
exorta eſt: redactis ad deditionem eccleſie
Peruſio: Tuderto: Aſſiſio: alijſqꝫ oppi-
dis que Brachius occupauerat: vt Augu-
ſti Octauij felicitas ⁊ pax rediſſe ſua eta-
te viderē. Licebat tū frui ocio ⁊ libē ꝑ ſiluaſ
noctu etiā ac tuto ꝯmeaē. Nlli latrōes tū ex
tabāt: nlli ſicarij ⁊ fureſ: adō h hoīm genꝰ ꝑ

ſequebāt: ſublato e medio tartalia: lauello
aliiſq₃ tyrānis: q latrocinijs potius q̄ mili-
tia vitā traducebāt. Huic aūt felicitati ob-
ſtare bohemi hētici videbant: q hereſi ⁊ ar
mis germanos catholicos ꝯtinuo vexabāt.
Ut igit̄ hi quoq₃ ratōni ⁊ eccleſie obtempa
rent: cū hn̄ moneti parē noluiſſent: legatos
in germaniā miſit: q catholicos ad arma ꝯ-
citarēt. Ac pmo qdem: ſeorſuʒ tn̄ heinricū
ſancti euſebij cardinalē: deide bartholome-
uʒ placentinū: poſtremo vo bis ruocatis iu
lianū ceſarinū ſancti angeli cardinalem co
miſit: q certe nō ſua culpa ſ ignauia militū
magnū incōmodū ab hoſtib⁹ accepit. Mar
tinus aūt ob eā rē haud aīo ꝯcidēs: maiora
in hereticos pabat. Uerū priuſq̄ tātam reʒ
aggrederet̄. ſedare italoꝝ diſcordias inſti-
tuerat. Nā pace (vt diximus) a martino cō
poſita inter philippū ⁊ venetos: florētini e-
greferentes: Ladiſlaū pauli guiniſij tyrāni
lucēſis filiū ſupiore bello ſub philippo mili-
taſſe: occaſiōʒ opprimēde luce nacti: q ſupi-
ore pace nil ſcriptis d̄ guiniſio cautū fuerat
in agrū lucēſeʒ copias mouēt: Nicolao for-
tebrachio copiaꝝ duce. Captis itaq₃ nō ita
multopoſt qbuſdā caſtellis circūquaq₃ poſi
tis: vrbē obſidione cingūt. Cū philipp⁹ ſo-
licitatus pauli pcib⁹: veritusq₃ ne ſi luca in
florētinoꝝ poteſtatē deueniret: acriores eos
vtpote ppinquiores haberet hoſtes: Frāciſcū
ſfortiam cū magno eqtatu pmo i parmēſem
agrum mittit: vnde pedeſtres copias ꝯſcri-
beret. Qui qdē vere iā appetēte appennium
trāſgreſſus: tantū terroris florētinis iniecit
vt priuſq̄ in vallem nebulaꝝ (ita eā accole
vocāt) deſcēderet: hoſtes mouē caſtra: ac lu
caʒ obſidione liberare p metu coegerit. Ei⁹
aūt aduēt⁹ eo gtior lucenſib⁹ fuit: q pulſis
hoſtibus ac capto tyrāno: liberi oīno franci
ſci auxilio futuri videbant̄. Uerū franciſc⁹
acceptis quinqgīnta milib⁹ nummū aureo
rū ex erario florētio d̄ prōptis: lucenſes ma
iore in diſcrimine: q̄ vnq̄ antea fuerāt reli-
quit: pactus ob datā pecuniam ſe eo toto ſe
meſtri philippi impio obtpaturū. Obſideri
deinde lucenſes acri⁹ ſunt cepti. Quare phi
lippus inſtāte Martino pōtifice: q lucēſiuʒ
q̄ vices dolebat: Nicolaū piceniū cū mario
eqtatu eo ſtatī mittit: q fuſis ac fugatis ho-
ſtib⁹: nō ſolū lucā obſidione liberauit verū
etiā inde mouēs ex piſanis ac volaterranis
multa caſtella vi cepit: ſenenſib⁹ etiā rē gra
tam facturus: q cum florētinos bello inuaſe
rant. Martinus aūt ab externo hoſte qet⁹
ad exornandā patriā baſilicaſq₃ romanas
animum adijciens: porticum ſancti Petri
iam collabentem reſtituit: ⁊ pauimentū la-
teranēſis baſilice ope vermiculato pfecit:
⁊ teſtudinē ligneā eidem templo ſuperindu
xit: picturāq₃ gentilis: op⁹ pictoris egregij
inchoauit. Edes pterea vetuſtate collaben-
tes ad duodecim apoſtolos reſtituit: vbi et
annos aliquot habitauit. Huius aūt ſtudia
cardinales ſecuti titulos ſuos ita certatim
reſtituunt: vt iam aliqua facies rediiſſe vrbi
rome videretur. Creauit ⁊ cardinales q̄rū
de numero fuit nepos ſuus proſper colūna
ſancti georgij ad velus aureū dyaconus car
dialis. Interea vo mortuo petro luna i pa-
niſchola ne aliquid mali deeſſet qd̄ eccleſiā
vexaret: duo illi anticardinales de qb⁹ men
tionem fecimus alphonſo martini hoſte ad
hortante: Egidium cognomento munionis
canonicum barchinonenſem genere nobilē
pontificem deligunt: Clementemq₃ octauū
appellant: qui ſtatim ⁊ cardinales creauit ⁊
fecit: que a pontificib⁹ fieri ꝯſueuerunt. Ue
rum cum martinus in gratiam cum alphō-
ſo rediiſſet: eo ſtatim petrū d̄ fuſo cardinalē
miſit aplice ſedis legatum: i cuius manus
iubente alphonſo paniſchole dn̄o Egidius
om̄ia pontificatus iura depoſuit: erga quē
hac benignitate martinus poſtea vſus ē: vt
eum maioricēſeʒ epm̄ declarauit. Cardiales
aūt ab Egidio creati ſponte cardinalatu ſe
abdicarūt. Illi aūt duo quos a petro luna
creatos diximus in ſuaq₃ ptinacia manſiſſe
cū pōtifici romano parere nollent in carce-
rē a legato cōijciunt̄. Atq₃ h modo martini
pontificis ſapiētia ⁊ iduſtria omne ſciſma
vndiq₃ ſublatum ē. Pacata h modo vndiq₃
eccleſia dei in dandis beneficijs mira prudē
tia vſus eſt. Nō eñ vnicuiq₃ petenti ea ꝯfer
rebat: ſ ſtatim mente agitabat quis potiſſi-
muʒ eēt idoneus: cui talis cura demandare
tur. Qz ſi homines prouinciarum non noſ-
ſet in quib⁹ vacare beneficia ꝯtigiſſet: ſtatiʒ
peritos regionum ꝯſulebat: quis aut in cu-
ria aut in Gymnaſijs publicis eēt doctrina
nobilitate moribus tanta prouincia dign⁹.
Atq₃ hac quidem ratione ⁊ eccleſijs ⁊ homi
nibus honore dignis pariter conſulebat cū
maxima celebritate nominis ſui. Tante p-
terea conſtantie fuit cum duos haberet fra
tres quorum alter Jordanus princeps Sa
lernitanus maior natu peſte moritur: alter
vo minor natu (Laurentium appellant) in
turri igne caſu iniecto exuſtus ē: vt nil ex eo
ſit auditum nil viſum: quod impatiētie aut
abiecti animi ſignum aliquod pre ſe ferret.

Hic autem vir in omni vita integer demuꝫ
pontificatus ſui anno quartodecimo: mēſe
tercio rome apoplexia moꝛit: etatis ſue an
no ſexageſimotercio ſepelitq̄ꝫ eius manda-
to in baſilica Conſtantiniana ante capita
apoſtolorum ſepulcro eneo comitāte popu-
lo romano comitante clero non aliter flente
q̄ ſi eccl'ia dei: ſi vꝛbs roma vnico atq̄ꝫ opti
mo parente oꝛbata fuiſſet. Uacat tūc ſedes
dies. xij.

## Eugenius. iiij.

Eugenius quartus patria venet⁹
familia condelmeria populari q
dem ſed āntiqua: patre angelo na
tus pontificatū hac ratione adeptus ē. Cre
ato em̄ pontifice gregoꝛio duodecimo e gen
te coꝛaria: patria veneto: āntonius coꝛarius
gregoꝛij nepos celeſtini habitus canonicus
ꝯgregationis ſancti geoꝛgij in alga romam
iturus gabꝛielem condelmarium: qui eiuſ-
dem profeſſionis erat: quo cum ab ineunte
etate familiariter vixerat: ſecum aliquan-
diu recuſantem duxit: cuius ingenio ⁊ ſolez
tia delectatus Gregoꝛius: cum pꝛimo the-
ſaurarium fecit: deinceps vō epiſcopum ſe-
nenſem creauit: prefecto bononienſibus in
eadem dignitate antonio nepote. Recuſa-
runt aliquandiu Senenſes gabꝛielem ī epi
ſcopum: ꝙ dicerent hominēꝫ aliunde natū
nequāq̄ in tanta re ciuibꝫ Senenſibꝫ prefi
ciendum: eam curam debere ciuis alicuius
eſſe: qui moꝛes hominum ⁊ ritus ciuitatis
noſſet. Uerum cum poſtea gregoꝛius rebus
ſuis diffidens roma lucam profectus fuiſ-
ſet: aucturus cardinalium numerum: anto
nium nepotem ⁊ gabꝛielem condelmarium
in cardinales retulit. Gabꝛielis autem ope
ra ī magnis rebus poſtea gregoꝛius ⁊ mar
tinus abꝛogato gregoꝛio vſus eſt. Maxime
vō in legatione picentina: qua ⁊ picentes ī
fide eccleſie confirmauit: ſumpta de quibuſ
dam ſeditioſis ⁊ coniuratis pena: ⁊ templū
ſancte agnetis ancone diruptum: poꝛtumq̄ꝫ
eiuſdem ciuitatis ad imitationem diui tra-
iani magna impenſa reſtituit: fluctibꝫ quaſ
ſum: ⁊ vetuſtate conſumptum. At vō cum
martinus intellexiſſet bononienſes rebꝫ no
uis ſtudere: eo e piceno gabꝛielem legatum
miſit: qui ſuo aduentu ſeditionem omnem
ſtatim ſuſtulit. Cum autem inde romaꝫ ve-
niſſet: moꝛtuo haud ita multopoſt Marti-
no: ſolus et duobus de viginti cardinalibꝫ:
qui tum in conclaui apud Mineruam ade-
rant pontifex creatur. anno milleſimo. cccc
triceſimoprimo. quinto nonas Marcij: eu-
geniuſq̄ꝫ mutato nomine (vt fit) appellatus
ad ſanctum Petrum comitante populo ⁊
clero ſtatim perducitur. Accepta deinde co
rona pontificia de moꝛe: inuiſaq̄ꝫ Baſili-
ca ſancti Johannis lateranenſis in Uati-
canum rediens conſiſtoꝛium generale pro-
poſuit in dicta die: qua certe tanta multitu-
do affuit: vt cum trabes deficerent eius lo-
ci: vbi nunc conſiſtoꝛium publicum fit: tre-
pidatum adeo tumultuoſe fit: vt in ipſa fu-
ga Senegalie epiſcopus ciuis Romanus
e gente Mellina obtritus perierit. Non-
dum enim edes ipſe pontificie hanc foꝛ-
mam quam nunc habent acceperant. Di-
miſſo conſiſtoꝛio Eugenius: tumultus de-
inceps ex induſtria vitauit. Inſtantibꝫ de-
inde quibuſdam delatoꝛibus: qui dicerēt
Martinum congregandi auri cupidum:
maximos theſauros reliquiſſe: idq̄ꝫ ſcitu
rum Eugenium ex Martini familiaribꝫ
nepotibuſq̄ꝫ: eo veſanie hominem perpu-
lere: vt Oddum poccium Martini vice-
camerarium compꝛehendi iuſſerit: idq̄ꝫ ne
gocium Stephano Columne dederit: queꝫ
copijs ſuis prefecerat. Ab alijs enim Co
lumnenſibus is ſolus diſſentiebat Cardi-
nali Urſino ⁊ Cardinali Comitum inſa
niam hominis adiuuantibus: quorum ar
tibus hec omnia contra Columnenſes ge-
ſta putātur ob inueterata factionum odia
Mandauerat Eugenius vt Oddo ad ſe ſi-
ne vllo tumultu: ſine ignominia perduce-
retur: quod contra a Stephano factum ē:
nam ⁊ eius bona a militibus direpta ſūt
⁊ ipſe vi tanq̄ latro per oꝛa hominuꝫ ad
pontificem tractus eſt. Hac indignitate
motus Eugenius: Stephano admodum
ſuccenſuit: eiq̄ꝫ interminatus eſt: ꝙ ⁊ Od
donem ⁊ epiſcopum Tyburtinū olim mar
tini cubicularium ita indecenter ad ſe per-
traxiſſet. Ueritus itaq̄ꝫ Stephanus Eu-
genij iram Preneſte ad principem Colū-
nam ꝯfugit: eumq̄ꝫ adhoꝛtatus eſt ſuas
opes pollicitus: vt Eugenium ab vrbe pel
leret: ꝙ diceret ei in animo eſſe nomen
Columnenſium extinguere: id ſe optime ſci
re eiuſq̄ꝫ conſiliorum participem fuiſſe: ⁊
ob eam rem aufugiſſe: ꝙ ſciret partem il-
lius calamitatis ad ſe quoq̄ꝫ (niſi tantum
mali ſimul declararēt oēs) pꝟenturam. Mo-
tus his vbis pꝛnceps: ⁊ eoꝝ calamitatibꝫ q
martini pōtificis familiares fuerāt: ſūptis

ꝓpere armis pontificē ꝫ aggredi inſtituit.
Subſtitit tñ aliq̄diu donec ꝓſper frater dy
aconus cardinalis: quē q̄dē p̄monuerat ab
vrbe diſcederet. Viſo aūt fratre e Preneſte
marinum: atq̄ꝫ deince ps romaꝫ tāq̄ ex arce
belli in eugenium mouens: occupata ꝑ Jo-
hannem baptiſtā porta appia: vrbem arma
to milite ſine vllo maleficio primo ingredi
tur. Jā ꝑuenerāt ad ſanctū marcū: ⁊ in vi-
cum columnam cū ſubito eis obuiam facti
ſunt pontificis milites: magna ꝑpl'i ꝑte ad-
iuuāte. Pugnatū ē in vrbe aliquādiu: atq̄ꝫ
acriter qua in pugna multi vtrinq̄ꝫ cecidē
⁊ capti ſunt. Quare columnenſes cuꝫ vide-
rent ꝑplm romanū lōge aliter ſentire: q̄ ar-
bitrarent̄ cedere ex vrbe inſtituētes: omnia
paſſim rapiunt: pecora abigunt: homīes ab
ducūt. Taliōnē tamē bis reddidere pōtifi-
cis milites romano populo mixti. Nā ⁊ ꝓ
ſperi cardinalis ⁊ cobonienſiū omniuꝫ ac
eorum qui cū martino familiariter vixerāt
domos hoſtilem in modū diripiūt ⁊ vaſtāt.
Irritatis h̄ mō vtrinq̄ꝫ animis: nō ſolū ap-
to marte: verūetiaꝫ ꝓditionib᷒ res agi ce-
pta eſt. Capitur nāq̄ꝫ archiepiſcopus bene-
uētanus antonij columne filius: ac quidaꝫ
maſius frater: q faſſus eſt queſtione adhibi
ta ſibi in animo fuiſſe arcē ſancti angeli do-
lo capere interfecto ipſius arcis p̄fecto: eā-
q̄ꝫ colūnenſib᷒ ꝓdē: qua occupata ⁊ pōtifi-
cem ⁊ vrſinos ab vrbe pellerent. De maſio
ſacerdotio abrogato (quod digdare appel-
lāt) ſumptū ſuppliciū eſt in campoflore: eiuſ-
q̄ꝫ corpus q̄drifariā ſub furca diuiſuꝫ ad q̄-
tuor vrbis celeberrimas vias ſuſpēſum ē: de
archiep̄o beneuētano nulla mentōne hita.
At vo cū eugenius in egritudinē q̄ndā inci
diſſet: vl' dolore animi q̄ i tātis ꝑturbatōib᷒
afflictabat̄: vel veneno q̄ appetitū a ſoldano
ſuo q̄dam dicebāt: agere d̄ pace cū colūnen-
ſib᷒ cepit: curāte eā rē angeloto foſco ciue
romano: quē nō ita multopoſt vna cū fran-
ciſco condelmerio nepote ſuo cardinalē cre-
auit. Diuulgata itaq̄ꝫ pace quāta maria ce
leritate potuit: q̄ iā ingreſſuꝫ italiā Sigiſ-
mūdū intellexerat romā venturū: nepotem
franciſcū camerariū inſtituit: huicq̄ꝫ viros
q̄ſdā p̄ſtantes addidit: q̄ꝝ ꝯſilijs vterent̄ i gu
bernāda eccl'iaſtica ditione. Dū hec aūt ro-
me agerent̄ florentini ⁊ veneti elatōres fcti
q̄ ⁊ philippū genue dn̄m claſſe in littore ge-
nuenſi ſuperaſſet: q̄q̄ꝫ eugeniū ciuē ſuū pō-
tificē haberent: philippū ip̄m bello terreſtri
aggrediūt̄: q accito ꝓpere ex Hetruria nico
lao picēnino: ⁊ claſſem venetam ad cremo-
nam diſiecit: ⁊ carmignole impetus facilli-
me retardauit: quē veneti haud ita mltop᷒
queſtionib᷒ l'ris teſtib᷒ ꝯuictū (vt ipi dicūt)
capite mulctarūt: q̄ ꝑ eū ſtetiſſet q̄ minus
cremona potirent̄ capta a caualcabone ipi᷒
vrbis porta: q̄q̄ꝫ etiā claſſis ſub ipſius ocul'
diſiecta ab hoſtib᷒ fuiſſet: cū ex ꝓpinq̄ loco
a tanto exercitu id fieri perfacile potuiſſet.
Cū vo florētini aduētū imꝑatoris in itali-
am veriti: q̄ philippus reb᷒ fauē videt̄ Ne
rio capponio ciui ſuo negociū dāt: vt q̄b᷒ rō
nib᷒ maxie poteſt eugenio oñdat ⁊ ꝑſuade-
at: aduentū imꝑatoris ad vrbē nō min᷒ apo
ſtolice ſedi: q̄ florētinis exitiū ac ꝑniciē ꝫ mi
nari: detineri hoſtē facillime poſſe: q̄ min᷒
arnū ad ſenenſes trāſeat: q florētinos iā pri
dem bello laceſſierāt: ſi nicolaus tolētinas
q tū pōtificis noīe ſtipēdia faciebat ꝯiūctis
copijs ⁊ animis cū Micheletro Cotignola
florentinaꝝ copiaꝝ duce ad arnū ſigiſmun
dū coherceat: ne flumen cū germano eq̄tatu
traijciat. Venerat in eandē ſniāꝫ ꝑfacile eu-
genius: ⁊ cū d̄ impenſa bellica aliquātuluꝫ
addubitaret̄. Rem Nerius ita ſtatim ꝑtit᷒
eſt: vt duob᷒ milib᷒ equitū eugenij ꝑplus flo
rentinus tādiu ſtipendia p̄beret: q̄ad belluꝫ
illō ꝓtraheret̄. Cū vo nicolaus Tollenti-
nas iuſſu pōtificis ex hibernis mouēs: duꝫ
ſenenſes incurſionib᷒ ⁊ rapinis vexat: Si-
giſmūdo traijciēdi arnū tp̄s ⁊ facultatē dat
adiuuāte antonio pōtadera egregio tū copi
arū duce ⁊ acerrimo florentinoꝝ hoſte: q de
inde ꝑ Volaterranū iter faciēs pacato ma-
giſq̄ hoſtili agmine ab oīb᷒ expectat᷒ ꝓ-
ficiſcit̄. At imꝑator cū iam ſex menſib᷒ Se-
nis ſubſtitiſſet: cū magna ꝑpl'i ſenenſis im-
penſa tentatā fruſtra cū florentinis pacem
omittēs ad eugenium conuerſus: inito cum
eo federe romam profectus ꝑbenigne a pon
tifice ꝑploq̄ꝫ romano ſuſceptus: corona im-
perij donatur. Vex dum e Vaticano vbi co
ronaꝫ acceperat ad lateranum vbi diuerte-
bat proficiſcitur: in ponte hadriani (vt im-
peratorum mos eſt) multos tuꝫ Jtalos: tū
Germanos in equeſtrem ordinem aſciuit.
Sunt qui ſcribant Eugenium hominem vſ
q̄ꝫ ad pontem comitatum ad ſanctum Pe-
trum rediſſe. Abiens deinde cum bona eu-
genij gratia imperator per Picentes ⁊ flā-
miniam iter faciens Ferrariam atq̄ꝫ Man
tuam peruenit: vbi aliquot dies immorat᷒
⁊ Johannem Franciſcum Mantue domi-
num marchionali dignitate additis impe-
rij ſignis ornauit: ⁊ Barbaram Johannis
marchionis Brandilburgenſis filiam Lo-

douico Johannis Franciſci filio ſpopon-
dit in vxorem: que nuptie honeſtare fami-
liam Gonziacam ſunt viſe: ⁊ ꝙ Sigiſmū-
do Imperatori puella affinitate coniun-
cta erat: ⁊ ꝙ pater Johannes poteſtatem
ineundi ſuffragia ad creandum Impera-
torem habebat. Abeunte autem ab Ita-
lia Imperatore: cum iam omnia bello fer-
uerent: Nicolaus Eſtenſis Ferrarienſis
marchio hortante philippo Venetias pro-
fectus: Venetos ad pacem multis ratio-
nibus adhortatus eſt: qui ⁊ hominis au-
ctoritate permoti: ⁊ ꝙ etiam nimia belli
impenſa exhauſti priuatim ac publice ceſ-
ſent: legatos Ferrariaꝫ cum Nicolao mit-
tunt: vbi kalendas Aprilis: anno trigeſi-
motercio ſupra quadringenteſimuꝫ ⁊ mil-
leſimum veniente in eandem ſententiā Eu-
genio: par his conditionibus compoſita
eſt: vt Philippus Glarea abdue (id ei lo-
co nomen eſt) decederet: vtqꝫ marchioni
montiſferrati ⁊ Orlando Pallauicino do-
minatum redderet. Vtrunqꝫ enim ditio-
ne paterna ſpoliauerat: Florentinoruꝫ lu-
cenſium Senenſiumue: que bello capta fu-
iſſent ad priſtinos dominos recciderent: cō-
muni omnium hoſte habito: qui infra tri-
geſimum diem capta non reddidiſſet. Pa-
ce autem hoc modo vbiqꝫ parta: quietura
aliquandiu omnia videbantur: cum ſubi-
to omnis belli vis in Eugenium conuerſa
eſt. Nam Philippus nouarum rerum cu-
pidus: ⁊ Franciſcum Sfortiam cum ma-
gnis copijs in Flamminiam miſit: homi-
nem iturum in Apuliam ſimulans: quaꝫ
Alphonſus bello vexabat: defenſurum ea
oppida: que pater Sfortia eo loci adeptus
erat. Qui quidem paratiſſimis copijs per
Picentes ⁊ Vmbros iter faciens: oppida
illa ex improuiſo adortus: breui in poteſta-
tem ſuam redegit. Nō hoc contentus phi-
lippus: Nicolaum Fortebrachium virum
ingenio ⁊ manu promptum cuꝫ delecto eq-
tatu adeo celeriter in Eugenium miſit: vt
prius prope ⁊ pontem Miluium ⁊ por-
tam Flamminiam occupauerit: ꝙ aduen-
tare hoſtem ſit cognitum. Militauerat p̄i-
us ſub Eugenio Nicolaus: ⁊ eius nomi-
ne prefectum vici Vetralla ⁊ ciuitate vete-
ri ſpoliauerat: adiuuantibus Venetoruꝫ
triremibus: que mari arcem continuo op-
pugnabant. Verum cum poſtea Nicola-
us ſtipendia ſua peteret: reſpondit Euge-
nius tantum prede ex caſtellis prefecti eū
auexiſſe: maxime vō ex direpto vico vt ei
pro ſtipendio ſat eſſe poſſent. Quam ob
rem indignatus Nicolaus agrū Roma-
num ingreſſus tantum tumultus concita-
uit ingenti preda: tum hominum: tum
pecorum abacta: vt Eugenius aliquan-
diu incertus remanſerit quorſū iret. Cō-
currebant Romani ciues ad Eugenium
queſtum de illatis iniurijs: quos ponti-
fex eo potiſſimum tempore conſilij expers
⁊ bone valitudinis ad Franciſcum ca-
merarium remittebat: qui ocio ⁊ volupta-
tibus deditus nil aliud reſpondebat: cū
crebre de ablatis pecoribus querele fi-
erent eos nimiam ſpem in pecoribus col-
locaſſe: Venetos quidem ſine gregibus
⁊ iumentis longe vrbaniorem vitam du-
cere. Indignati huiuſcemodi reſpōſis ro-
mani: cum iam Nicolaus ⁊ Tybur pul-
ſo inde comite Tagliacocij ⁊ ſublacenſe
oppidum cepiſſet: traxiſſetqꝫ in partes ſu-
as Columnenſes omnes: interfecto a p̄n-
cipe Stephano Columna: qui ſemper di-
uerſa ſentiebat: ad libertatem reſpicien-
tes: ſublato clamore ad arma ⁊ liberta-
tem conclamatum pulſis omnibus Euge-
nij magiſtratibus: ac capto Franciſco ca-
merario: nouos ipſi magiſtratus creant.
Septem fuere e ciuibus Romanis: quos
ipſi gubernatores appellabant: penes quos
vite ac necis hominum ſumma poteſtas
erat. At vō Eugenius in tanta rerum
perturbatione incertus: quid potiſſimuꝫ
faceret de fuga cogitare cepit. Mutato
itaqꝫ habitu ſumptoqꝫ monaſtico cucul-
lo: vna cum Arſenio monacho nauicu-
lam ingreſſus Tyberi Hoſtiam vehebatur.
Cum ſubito Romani quidam co-
gnita hominis fuga: eum lapidibus ſa-
gittis inceſſunt. Deſtinere enim hominē
tamdiu cupiebant: quoad arce ſancti an-
geli potirentur. Abeunte autem Euge-
nio nonis Julij: eodemqꝫ Piſas: ac de-
inde Florentiam triremibus ad id para-
tis delato: Romani ad oppugnandā ar-
cem ſeſe accingunt: Vallo ⁊ aggeribus
omnia loca munientes: que dare acceſ-
ſum hoſtibus poſſent. Contra autem qui
in arce erant prodire in certamen non-
nunꝙ conſueuerant. At vō prefectus ar-
tibꝰ agēdū cū romanis ratꝰ: adiuuāte bal-
deſare auſida viro ſagaciſſimo: q īferioreꝫ
arcis ptē tuebat: vni ex militibꝰ ſuis ī cer-
tamē ꝓdeūtibꝰ negociū dat: vt captꝰ ꝯ idu

ſtria ab hoſte caſtellani ſeuitiā ⁊ auaritiā
criminetur: polliceat̄ qȝ eis ſi velint pactam
mercedē pſtare: ⁊ mortē pfecti ⁊ arcis ꝓdi-
tionē. Fecit ille mādata diligenter. Capt⁹
nullo nō genere maleficij in antoniū ridiū
ꝓiecto (ita eīn arcis pfectus vocabatur) fi-
dem dat ſe cū ſocijs oīa tranſacturū. Di-
miſſus itaqȝ arcem ingredit̄: veſtes antonij
ac caligas addita etiam capitis forma ſu-
ſpendit: a longe idem videbatur. Clamabat
baldeſar ꝺ ſcelerato ſumptū eſſe ſupplicium
ingrederēt̄ aliquot ex optimatibꝰ: ⁊ enume-
rata pecunia iā pacta arcē reciperēt. Credi
dere miſeri nullā ſubeſſe fraudē: ingreſſi ali
quot ſtatim capiunt̄. Fit clamor exultātiū
in arce cōijciuntur in populū romanū mi-
ſilia bombardeqȝ. Deriſi aūt ħ modo roma
ni de redimendis captiuis cogitantes: ⁊ ca-
merarium eugenij nepotem: quem in vincu
lis habebāt dimittunt ſuos: q ī arce erāt re-
cepturi: ⁊ demū in eugenij poteſtatē veniūt
quinto poſt libertatē adeptā menſe. Creati
itaqȝ magiſtratus ecclīe nomie ſtati capito
lium firmo preſidio ⁊ cōmeatibꝰ muniunt.
Superueniēte deinde iohe Vitelleſco: quē
patriarchā vocabant: abeūte ad eugenium
franciſco nepote: tantus repēte terror Ro-
manis incuſſus ē: vt hiſcere pre metu nō au
derent. Erat eīn Vitelleſcus hō impioſus ⁊
ſeuus ⁊ tyrānicā magis ꝙ̄ religioſam vitā
pre ſe ferens. Agebant̄ hec rome cū alphō-
ſus interim Neapolim ⁊ caietā oppugnat:
a mercatoribꝰ genuenſibꝰ acriter defenſam
Succurrendū itaqȝ ſuis genuēſes rati claſ-
ſem: quanta maxime celeritate poſſunt in-
ſtruunt: Philippo vicecomite eodē duce an-
nuente ac pedites aliquot prebente. Facti
nō lōge a caieta hoſti alphōſo obuiā cū eo
ꝯfligūt. Poſt longam ⁊ acrem pugnā ſupa-
tur alphonſus rex: ⁊ capitur vna cum ſuis
omnibꝰ: quoꝝ de numero principes fuere.
Perducitur mediolanum ad philippū Al-
phonſus: ſuſcipiturqȝ non vt captiuus ⁊ gē
uenſium hoſtis: ſꝫ vt rex ⁊ amicus. Habi-
tus autem honorificentiſſime ꝑ aliq̄t dies:
multiſqȝ ⁊ magnis muneribꝰ a philippo do-
natus in regnū abiens caieta ſtatim potit̄.
Tum vo genuenſes indignabūdi ꝙ alphō
ſum hoſtē: quē tanto cum periculo captū: tā
leniter dimiſiſſet: Thoma Fregoſo auctore
a philippo deſciuere: eundemqȝ thomam du
cē crearunt. Tum vo picenninus in genuē-
ſes miſſus cum ciuium pertinaciam ꝯgno-
uiſſet: capta ſarzana in piſanos mouens ſi-
mulata in regnum profectione iuuandi Al

phonſi gratia: multa ex piſanis caſtella di-
ripuit. Hominis tamen impetus retarda-
rūt florentini: accerſito eugenij nutu fran-
ciſco Sfortia: qui iam picenum occupauerat
querebatqȝ adiuuantibus florentinis ⁊ ve-
netis: vt marchie domin⁹ decerneretur. Fa-
cturum ſe id recuſabat eugenius: ꝙ diceret
pontificis eſſe redimere: etiam bello ſi opor
teret eccleſiaſticas res non alienare. Dila-
ta tum res in aliud tempus ē: atqȝ hac ſpe
ductus franciſcus ⁊ picenninū ab obſidio-
ne barge repulit: capto Lodouico gonzaga
qui cum picennino militabat: ⁊ Lucam flo
rentinorum nomine acri obſidione cinxit.
Sed Picenninus Lucenſibus auxilio fu-
turus a tranſitu Apenini prohibitus: libe-
raturum ſe alia ratione Lucenſes predi-
cans: per bononienſem agrum ſine vllo ma
leficio iter faciens: vbi Oriolum florentino
rum oppidum expugnaſſet: Lucenſium me-
mor cum exercitu victore eo profectus ſupe
ratis florentinis abſente franciſco Sfortia
Lucam obſidione liberat. Tum vo ponti-
fex ancipiti cura diſtractus ⁊ ꝙ bellis vn-
diqȝ premeretur: ⁊ ꝙ baſilienſe concilium
iam ante inchoatum Martini decreto au-
geri indies cerneret: concurrentibus eo hi-
ſpanie gallie germanie: pannonieqȝ princi-
pibus: qui communē reipu. chriſtiane cau-
ſam in arbitrio concilij reponebant: ad tol
lendum concilium verſus: illud primo qui-
dem ex baſilea bononiam tranſtulit cardi-
nalium omnium: qui ſecum aderant conſen
ſu. Sed imperator alijqȝ principes ⁊ prela-
ti: qui tum baſilee erant non modo pontifi-
ci non obtemperarunt: verumetiam eū bis
terqȝ monuerunt: vt Baſileam idoneam a
martino celebrandi concilij locum delectū
vna cum cardinalibus proficiſceret̄: aliter
ſe in eum acturos vt in preuaricationem et
contumacem. Motus iſtorum verbis Eu-
genius baſilienſe concilium lr̄is etiā apo-
ſtolicis confirmauit: facta vnicuiqȝ eūdi ad
concilium poteſtate. Adeo eīn bellis vndeq̄
qȝ vexabatur: vt vix ei reſpirandi facultas
daretur. Verum recuperata vrbe roma (vt
diximus) eo ſtatim iohannes Vitelleſchus
ab eugenio mittitur: homo quidem ad res
agendas aptiſſimus: ſed natura ſeuiſſimus
⁊ immitis: qui in columnenſes ⁊ Sabellos
totāqȝ gibellinam factionem ducens: ⁊ ca-
ſtellū gandulphum ad lacū albanū poſitū
⁊ ſabellū ⁊ borgetum in latio de ſabellis di-
ripuit ⁊ euertit. Albam ciuitatem lanuui-
nam: preneſte: ⁊ zagarolū cepit: incol' oibꝰ

qui ſuperſtites fuere romaꝫ migrare iuſſis.
In bernicos deinde conuerſus:quam nunc
campaniam vocant:omnes in ditionem ec
cleſie redegit. Captum antonium pontade
ram boſtem eccleſie apud fruſmoneꝫ ad oli
uam turpi laqueo ſuſpendit. Reuerſus de-
inde romam trepidantibus omnibꝰ: ⁊ do-
mos quorundam coniuratorum:qui portā
neuiā quam maiorem vocant : concitato in
vrbe tumultu ceperāt:dirruit: eoſqꝫ boſtes
eccleſie diiudicat. Ex bis autem captū pul-
cellum:⁊ forcipibus ignitis in curru excru-
ciatum in campoflore ſuſpendit. Uerum cō
querente populo romano :ꝙ diuitum quo-
rundaꝫ auaritia:caritate:amore: laborare
tur:tantū repente tritici ſuo iuſſu in forum
delatum eſt:vt a magna caritate ad ſummā
copiam breui ſit ventum:adeo omnes eius
imperia obſeruabant. Pacatis boc mō re-
bus in regnum Neapolitanum conuerſus
quod pauloante Alphonſus occupauerat:
quodqꝫ ipſe dicebat ad eccl'iam ⁊ pontificeꝫ
pertinere:principem Tarentinum cuꝫ duo
bus milibus equitum cepit:comitis Nola-
ni ditionem occupauit. Paulum etiam ab-
fuit quin alphonſuꝫ caperet fraude potius
(vt aiunt)ꝙ vi:cum inducie inter eos eēnt:
⁊ pax prope certa. Acceptis que ad eccleſiā
pertinebant oppidis principem dimiſit. Re
diens ad vrbem Preneſte ad rebellionem
ſpectans:Laurentio columna inſtante fun
ditus euertit: Preneſtinis populariter mi-
grare iuſſus:anno domini milleſimo qua-
dringenteſimo trigeſimoquinto. Quo qui-
deꝫ āno eugenius florentia abiens ꝯſecrata
prius vel dedicata florentinoruꝫ cathedra
li eccleſia:bononiam profectus ⁊ arceꝫ edi
ficat ad eam portam:qua ferrariam itur:et
edes in foro poſitas:vbi legatus nunc reſi-
det:muro prealto ⁊ lato a tergo potiſſimuꝫ
⁊ turribus firmat. Anno vͦo ſequēti publi-
co conſiſtorio baſilienſe conciliuꝫ: quod an
te approbauerat ferrariam transfert:ꝙ dice
ret grecos cum eccleſia romana in fide con-
uenturos eundem locum ſibi delegiſſe. In-
ſtabant tum concilij baſilienſis preſides et
precibus ac pollicitatiōibus grecos adbor
tabant vt omiſſo eugenio ad ſe proficiſcerē-
tur. Neqꝫ boc contenti abrogaturos ſe Eu-
genium predicabant:niſi ipſe quoqꝫ eo pro
ficiſceretur. Subſtitit aliquandiu Eugeniꝰ
animi dubius:quid potiſſimū decerneret:
miſſo tamen eo legato Johanne Franciſco
capiteliſta iureconſulto Patauinoqꝫ equi-
te :qui eius cauſam tueretur. Uerum mor-

tuo ſigiſmundo imperatore:a quo baſilien-
ſe concilium incrementuꝫ babuerat:creato-
qꝫ ab electoribus imperij Alberto Auſtrie
duce:concilium ferrarienſe eugenij nomine
cardinalis ſancte crucis incboauit. Eo pro
ficiſcitur ⁊ eugenius:ꝙ aduentare impera-
torem conſtantinopolitanū Johannem pa
leologum intellexerat cum pleriſqꝫ triremi
bus:tum ſuis:tum venetorum eugenij gra-
tia obuiam miſſis:ne qua vis imperatori fi
eret:ꝙ intellexerat concilij nomīe triremes
gallicas in Joniuꝫ miſſas: que aut impera
torē ad ſe adducerent:aut ſi id fieri non poſ
ſet ſaltem bominem remorarentur: quo mi-
nus ferrariam proficiſceretur. Harum vͦo
triremium prefectum ita largitionibus cor
rupit eugenius:vt relicto cōcilio partes ſu-
as deinceps ſecutus ſit. Imperator autem
ferrariam ingrediens:non aliter ſuſceptus
ab eugenio eſt:ac Romani imperatores ſu
ſcipi conſueuere. Uitelleſcbus vͦo ſedata ec-
cleſie ditione:ſumptoqꝫ ſupplicio de preſbi-
teris quibuſdaꝫ:qui lapides precioſos e ca
pitibus Petri ⁊ Pauli apoſtolorum furti
ſubtraxerant ī baſilica lateranenſi: in qua
quidem ſacerdotes erant:interfectoqꝫ cum
ſocijs Jacobo galeſio:qui res nouas moli-
ebantur Ferrariam proficiſcitur:ac publi-
co ꝯſiſtorio cum magna laude in numerum
cardinalium recipitur . Cardinalis nanqꝫ
ſex menſes antea bononie creatus fuerat:q
poſtea maiore cum auctoritate rediens ⁊ p̄-
fectum vici Uetralle ⁊ dominum fulginia-
tem tyrannide pulſum in arce Suriana ca
pitali ſupplicio affecit. Eugenius autem du
as eccleſias iam pridem diſſidentes in vnū
corpus redigere cupiēs. M.cccc.xxxviij. ba
bita ingenti ſupplicatōne: celebrataqꝫ ſpūſ-
ſancti miſſa:ꝯcilium vna cū imperatore gre
coꝝ ⁊ patriarcba cōſtantinopolitano igreſ-
ſus ſedente impatore ꝯdigna ſede:alijſqꝫ gre
cis e regione pōtificis. Primo queſituꝫ eſt:
vellēt ne tā latini ꝙ greci ex duabꝰ eccl'ijs iā
pridē diſſidētibꝰ vnā fieri? Ad quā vocē om
nes ſubclamarunt placere ⁊ velle:modo ra
tionibus illa prius ꝯfutarentur: q̄ tante di
ſcordie cā fuerant. Diſputabaꝫ ꝙtidie ea de
re ab bis q tū a grecis:tū a latinis delcti ad
tātam rem fuerāt. Uerꝫ cū peſtis ferraie in-
oleuiſſet:eodēqꝫ in loco non ſine magna in-
cōmoditate ſtaret:florētiam trāſferre ꝯciliū
placuit. Eo itaqꝫ vbi ventū eſt:ſtatim picen
ninus forumliuium: Imolam: Rauennam
bononiam occupat:mandato pbilippi cogi
tata Eugenij:q venetis ⁊ florentinis boſti-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

bus fauebat diſturbare conatus. Preterea
vͦ in parmenſem agrum reuerſus compa-
rato ingenti equitatu padum ratibus traij-
ciens: ⁊ Caſale maius: ⁊ platynam meum
natale ſolum: ⁊ quicquid veneti in cremonē
ſi agro tenebant: breui recepit. Pulſo dein-
de ad caluatonū gattamelata veneti exerci-
tus duce: aſcitoq; in ſocietatem belli princi-
pe Mantuano: brixiam aliquot menſibus
oppugnat: eam ⁊ ciuibus ⁊ franciſco barba
ro viro doctiſſimo: atq; vrbis pretore acriē
defendentibus: qua quidem omiſſa cū ma-
gno ſuorum incommodo iniquo hyemis tē-
pore ad occupanda caſtella circūquaq; po-
ſita conuerſus: ne commeatus ſubmitti in
vrbem poſſent: Veronam vſq; ⁊ vincentiam
longe ac late omīa populatus Venetis nil
reliqui fecit. Occupato ⁊ magna ex pte mi-
nico: atheſi: benaco: ſebumoq; lacu: ne ſub-
uehi quicq̄ nauib⁹ poſſet penuria laboran-
tib⁹. Ex atheſi tamen remulco naues que-
dam attracte vſq; ad lacum: queʒ ſancti an
dree accole vocant: ſenſim in benacum a pe-
neda ad torbolim demiſſe ⁊ refecte: quia at-
tractu ⁊ illiſione quaſſate erant: rem vene-
tam meliorem aliquantulum fecere. Veruʒ
cum nihilominus Nicolaus picenninus ve
ronenſes ⁊ vicentinos vrgeret: Veneti de ſe
actum putantes: niſi vnum aliquem egregi
um bello ducem mercede conducerent: iaco
bum donatum ad florentinos ſocios mittūt
oratum: vt ſi reipubli. Venete: ſi ſaluti ⁊ li
bertati italie conſultum velint: frāciſcū ſfor
tiam propere cum omnibus copijs in vene-
tiaʒ mittant: Philippi ac mantuani armis
pene oppreſſam. Tū vͦ florentini ſuo ac ſo
ciorum pīculo moti. Franciſcum adhortan
tur: vt arma pro venetis ſumat publica fide
polliciti ſe ei: que de Romana eccleſia tene
bat oppida: id enim maxime petebat: conſtā
ter defenſuros. Extorſere pretera ab Euge-
nio lr̄as apoſtolicas: quib⁹ declarabat fran-
ciſcum agri piceni marchionem ⁊ dominuʒ
His tamen verbis accipiat: quod petrus ⁊
paulus ei male vertant. Franciſcus autem
cum ſuo equitatu ſecus adrie littus in agꝝ
Ferrarienſem deſcendens traiecto ratibus
Pado: auctoq; in patauinis exercitu. Naʒ
⁊ duodecim equitum: peditum quinq; milia
habuiſſe ſub ſignis dicitur. Hoſti primo ad
Suaue in agro Veronenſi fit obuiam: vbi
aliquandiu ⁊ acriter pugnatum eſt: neutro
inclinante victoria. Cedente deinde Picen
nino ob egritudinem ⁊ paucitatem copiaꝝ
cum franciſcus omnia de Vicentinis ⁊ Ve
ronenſibus caſtella recepiſſet: brixiam obſi
dione liberaturus intercluſos alios aditus
cernens atheſim traijcit: ac in tridentinum
agrum mouens: ad archum oppidum oppu-
gnaturus peruenit: nam comes archi Phi
lippi partes ſequebatur. Venit ⁊ eo Picen-
ninus comitem loci defenſurus: verum duʒ
cupidus (vt eius mos erat) q̄ cautius pu-
gnat a reliquo exercitu ſecluſus: magno ac-
cepto incommodo fuga ſaluteʒ in ſubiectas
valles petens: ab hoſte captus fuiſſet: niſi
karolus gonzaga Iohannis franciſci fili⁹
ſeſe hoſtibus obijciens hominem e tanto pe
riculo liberaſſet: qui quideʒ abundante po-
ſtea multitudine captus illico eſt: ⁊ veronā
in carcerem ductus. Sunt qui ſcribant Pi
cenninum debilitatum altero latere propē
accepta in prelijs vulnera: cum equo ad ſu-
os redire non poſſet: a todeſchino ingentis
magnitudinis ac roboris famulo humeris
tanq̄ cadauer ſacco inuolutuʒ: ad ſuos eē p
caſtra hoſtium delatum. Dum hec in vene-
tia agerentur: Philippus egreferens floren
tinos adiuuante Eugenio: atq; adhortante
franciſcum Sfortiaʒ venetis auxilio miſiſ-
ſe: cum his agit qui in baſilienſi cōcilio erāt
vt eugenium citarent: fecere illi id qdeʒ bis
terue. Verum cum id ex ſententia ei non ce-
deret: eo demētie eos perpulit: vt abrogato
eugenio amedeum ſabaudie ducem ſoceruʒ
ſuum: qui heremitanam vitam ad ripaliaʒ
cum quibuſdam nobilibus ducebat pōtifi-
cem crearent: felicēq; appellarent. Hic ma-
gne ſeditiones in eccleſia dei exorte ſunt: cū
xp̄iana reſpu. trifariam diuiſa: aut felicem
aut eugenium ſequeret̄: eſſentq; qui neutra
les vocarentur: ꝙ neutri obtēperarent. Eu
genius tamen haud animo concidit: naʒ ha
bito ſepius conuentu: diſcuſſaq; grecorum
⁊ latinorum contentione: tandem eo ventū
ē vt greci rationibus victi faterentur: ⁊ ſpi-
ritumſanctum a patre filioq; procedere: ho
muſionq; eſſe non a patre tm̄: vt ipſi crede-
bant prouenire: vtq; in azimo ſine fermento
triticeo pane corpus chriſti conſecraretur:
ac purgatorij locum eſſe crederent. Poſtre-
mo vͦ vt faterētur Romanum pontificem
verum Chriſti vicarium: Petriq; legitti-
mum ſucceſſorem primum in orbe locum te
nere: cui ⁊ orientalis ⁊ occidentalis eccleſia
merito pareret. Abeuntibus autem grecis
re hoc modo compoſita: Armenij etiam cū
fide noſtra conuenere: ſublatis crebris di-
ſputationibus eoruʒ erroribus promulga-
tiſq; Eugenij lr̄is ſuper ea re: q̄ rōnem con-

coꝛdie oſtenderent cum inſcriptione. Datū
in ſacroſancta economica ſeſſione concilij
floꝛentini: quod in cathedrali eccīa habitū
eſt. anno dñi. M. cccc. xxxix. vigeſimaſecun-
da nouembꝛis die. Preterea vͦ vt ꝑtes ſu-
as augendo baſilienſe conciliū infirmaret:
eodē tēpꝛe ꝯſiſtoꝛio publico decem ⁊ octo
cardinales creauit: quoꝝ de numero fuere
duo greci: rutenus ⁊ nicenus: vt eoꝝ aucto-
ritate grecoꝝ natio in fide cōtineretur: que
haud ita multopoſt in antiquos moꝛes rēci-
dit. Habere tamen ſe alios dixit: quoꝝ no-
mina deinceps nunciaturus eēt. Hi autem
fuere petrus barbo ex ſoꝛoꝛe nepos: ⁊ aloui
ſius patauinus quem deinceps patriarchā
aquileienſē ⁊ camerariuꝫ fecit: trāſlato ad
vicecancellariatū frāciſco cōdelmerio. Inte
rea vͦ dū illa: que ſcripſimus ad ripā Tri
denti agerent: exiſtimarētqꝫ homies picēni-
nū ⁊ mantuanū principē accepto tanto in-
cōmodo ceſſuros: inde celeriter abeūtes ve-
ronam vrbem capiunt. Per citadellā ingreſ
ſi admotis ad muros ſcalis nemie vigilum
ſentiente: ſtridēte marie ea nocte Aquilone
vento: ad quem vitandū ob immēſuꝫ frigus
relictis magna ex ꝑte ſtatōnibꝫ cuſtodes ſe
ſe intra tabernacula receperāt. Franciſcus
aūt Sfoꝛtia captā ab hoſtibꝫ veronā intelli-
gens eo ꝓpere oēs copias mouēs recupe-
rāde vrbis ſpē mēte cōcepit: vbi vidit ⁊ ca-
ſtrū vetus ⁊ arcē ſancti felicis in monte ſi-
tam adhuc in poteſtate venetoꝝ eē: ꝗ ꝗdem
ſtructis aciebꝫ vrbē igreſſus hoſtes magno
clamoꝛe inuadit. Fuerūt obuiā philippi du
ces cū paucis eqtibꝫ: nōdū eñ oēs eiꝰ copie
ſuꝑuenerāt. Pugñtur acriter ī ea ꝑte vrbis:
quā inſulā vocant. Tādē vͦ cū pauci a plu
ribꝫ pellerent: in pontē (quē accole nouum
appellant) picēnini ac mātuani ꝑncipis mi-
lites ſeſe recipientes: vim hoſtiū aliquādiu
ſuſtinēt. Ibi dū ab eqtibꝫ (vt fit) manus cō-
ſerunt: dumqꝫ plures ꝑuo in loco cōglobati
reſiſtunt: pons ligneus quo lapideus ꝯiun
gi ac diſiungi ꝓ arbitrio ſolet nimio pōdē
ꝑſſus concidit. Submerſi ferme omnes q e
pōte in flumē ceciderāt feſſi diutina pugna
⁊ pōdē armoꝝ ꝑſſi. Accurrēs deinde ad pō
tem nauiū: frāciſcus traductis copijs picē-
ninū ⁊ mantuanū fidē ciuiū ſuſpectā hñtes
penitus vrbe qua triduo poſt captā eandē
expulit. Tū vͦ philippus aīo ꝯcipiens di-
ſtrahi franciſcū a venetis poſſe: ſi floꝛentios
bello vexaret: qui paribꝫ auſpicijs atqꝫ ipē-
ſa franciſcū mercede ꝯduxerāt: picēninū me
dia hyeme in hetruriā: cū ſex militibꝫ eqtū

mittit. Cuꝫ floꝛentini accerſito Petro iam
tabat: hominem in hyberna reuocãt: exiſti
mantes iam ſatis motũ ad petendã pacem
Lodouicũ eſſe. Interim võ Simonetus or
dinis heremitarum vltro citroqz cõmeãs:
cum nunc venetos: nũc Franciſcũ ad ꝯcor-
diam pluribꝫ verbis adhortatꝰ eſſet: eos tã-
dem perpulit: vt pacem initis federibus fir
marent: que omniuz conſenſu quinto idus
aprilis publice per precones enunciata eſt
M.cccc.liiij. His federibus vt que cuiuſqz
ante id bellum fuiſſent redderent̃: ꝑter ger-
ram Abdue: quam franciſcus de Venetis
⁊ Caſtilionũ piſcarie: quod Alphonſus de
florentinis ceperat. Hoc võ quo firmiꝰ ha-
beretur: vtue Alphonſus dignitatis regie
habitam fuiſſe rationez dignoſceret: ad ho
minem mittendos legatos principes ac ci-
uitates cenſuere: q̃ cũ vndiqz ꝯueniſſent: cũ-
qz Dñicus capranicꝰ cardialis ſcẽe crucis:
ac maior penitẽciariꝰ: vir magne prudẽtie
⁊ auctis: legatꝰ a pontifice miſſus: hortan-
do: mouẽdo: pacis ꝯcordie ſequeſtrum ſe fo
re oſtenderet: ita ad fedus poſt longas di-
ſceptatõnes tandem ventuz eſt: vt quaz ve-
net ac Franciſcus pacẽ ꝯpoſuiſſent: eadem
firma ⁊ ſtabilis ab omnibus haberet̃: vtqz
ſi que deinceps diſſenſio diſcordiaue int̃ eos
orta eſſet: eius tollende ius poteſtatemqz pon-
tifex haberet: vtqz q arma alteri intuliſſet:
cognita a pontifice cauſa is ſtatim ꝯmunis
omniũ hoſtis haberet̃. Data itaqz publica
ꝑ omẽs fide: iureiurandoqz adhibito: fedꝰ
deniqz Neapoli firmatur anno fere ptꝰ ſu-
periorem pacem: q̃ nulla memoria patrum
noſtrorꝫ maior aut firmior eſt habita. Om
nes enim preter genuẽſes in candẽ ſententi-
am venere: quibus cuz Alphonſo ex gente
cathelonica nequaq̃ ꝯueniebat ob tributũ
ꝓmiſſum nec redditũ: vt alphõſus dicebat.
Relicta eſt etiã legatorũ negligentia vel in
duſtria (vt quidã volunt) anſa quedam ad
bellũ: qua Alphõſus poſtea ſigiſmũdũ ma
laſtam bello pſecutus eſt: q receptis antea

a ſe mercedis nomine pecunijs tranſitione
facta cum florētinis hoſtib9 ſuis ꝯtra ſe mi
litaſſet. Nicolaus autē pontifex: ſine tedio
animi: quo maxime cruciabatur p9 captā
Conſtantinopolim: ſiue febri ⁊ podagra: q̄
pontiſſimum vexabatur: pontificat9 ſui an
no octauo moritur. M.cccc.lv. ſepeliturq̄z
in baſilica Petri honorificentiſſima pompa
cuius in ſepulcro hoc epitaphiū merito in
ſcriptū eſt. Hic ſita ſunt quinti Nicolai an
tiſtitis oſſa: Aurea q dederat ſecula roma
tibi. Cōſilio illuſtris: vītute illuſtrior omni
Excoluit doctos doctior ipſe viros. Abſtulit
errorē: quo ſciſma infecerat orbez. Reſtitu-
it mores: menia: templa: domos. Tum ber
nardio ſtatuit ſua ſacra ſenēſi. Sācta iubi-
lei tpa dum celebrat. Cinxit honore caput
Federici ꝯiugis aureo. Res italas icto fe-
dere ꝯpoſuit. Attica romane ꝯplura volu-
mina lingue Prodidit: en tumulo fundite
thura ſacro. Laudat quidē ei9 liberalitas:
qua in oīs vſus ē: maxime erga litteratos
q̄s et pecuia: et officijs curialib9: ⁊ bn̄ficijs
mirifice iuuit. Eos em̄ premijs nunc ad le-
ctiones publicas: nūc ad ꝯponendū de inte
gro aliquid: nūc aduertendos grecos auto
res in latinum ita ꝓpulit: vt lr̄e grece et la-
tine: que ſexcentis iam antea annis in ſitu
⁊ tenebris iacuerat: tū demū ſplendorē ali-
quē adepte ſint. Miſit ⁊ litteratos viros ꝑ
oēm Europam: quoꝝ induſtria libri ꝯqui-
rerent: qui maiorū negligētia: ⁊ barbarorū
rapinis iam perierant. Nam et Poggius
Quintilianum tum inuenit: ⁊ enoch Aſcu-
lanus Marcum Celiū Appiciuz: ⁊ Pom-
poniū porphyrione in Horatij opa ſcripto-
rem egregiū. Edificauit p̄terea magnifice
⁊ ſplendide: tum i vrbe: tū in Vaticano. In
vrbe edes pontificias apud ſanctā Mariā
ad p̄ſepe. Reſtituit ⁊ templū ſcti Stephai
in Celiomonte: a fundamētis vō erexit ſcti
Theodori templū inter palatinū ⁊ capito
linum montē in plano ſitum. Pantheon q̄z
in medio vrbis poſitū templū vetuſtiſſimū
M. Agrippe opus plumbeo tecto reſtituit
In vaticano autez ⁊ pontificias edes ſum-
ptuoſis operis in hanc formaz: quam nunc
cernimus redegit: ⁊ muros vaticani preal-
tos ⁊ latos inchoauit: iactis inſanis fūda-
mentis ad turres ⁊ maiorē molem ſupedifi
candam: quibus coherceri hoſtes poſſent:
ne edes pontificis et beati Petri templuz:
vt antea ſepe factum eſt: diriperentur. In-
choauit preterea ad caput templi beati Pe
tri amplam teſtudinē: quā vulgo tribunam
vocāt: quo templū ipm̄ auguſti9 ⁊ hominū
magis capax eēt. Pontē q̄z miluiuz reſtitu
it: et edes egregias ad balnea vitbiana edi
ficauit. Iuuit ⁊ multos pecuia qui in vrbe
edificabāt. Ei9 etiā mandato vici vrbis fere
oēs ſtrati ſunt. Elemoſynas q̄z multas in
paupes erogauit: maxime vō i nobiles ad
inopiā ob varios rerū hūanaꝝ caſus reda
ctos. Virgines inopes ſua pecuia ⁊ munifi-
centia maritis collocauit. Legatos aliunde
veniētes munifice ſemꝑ ſuſcepit: nullo non
genē honoris et liberalitis adhibito. Facil'
ad irā fuit: ne mētiar quippe q bilioſus erat
facilis etiā reditu ad beniuolentiaz: h eſt ꝙ
anſam maliuolis dedit ad carpendum ho-
minē de deo et hoib9 optime meritum. Aua
ritie aūt adeo expers fuit: vt neq̄z officiuz vl-
lū vendiderit vnq̄: neq̄z bn̄ficium ſimonia-
ca prauitate duct9 vlli collocauerit. Grat9
erga de ſe ⁊ ecclia dei meritos: amator iuſti
cie: pacis auctor ⁊ ꝯſeruator: clemēs i delin
quētes: cerimoniaꝝ diligentiſſim9 obſerua
tor: nihil qd ad diuinū cultū ptineret omit
tens. Extāt adhuc vaſa aurea ⁊ argētea: ex
tant cruces gēmis ornate: extant ⁊ ſacdota
les veſtes auro ⁊ margaritis inſignite: extāt
peripetaſmata ⁊ aulea auro ⁊ argēto inter-
texta: extat et mitra pontificia: q̄ hominis
munificentiā nobis oſ̄dunt. Omitto tot li-
bros ſacros ſuo iuſſu dſcriptos: auro et ar-
gēto redimitos. Licet inſpicere bibliothecā
pontificiaz ſua induſtria ⁊ munificētia mi
rifice auctam. Religioſos: vt vernaculo vo
cabulo vtar: ita amauit: vt eos et mira be-
neficentia ⁊ eccleſiaſticis beneficijs iuuerit
Beatū quoq̄z bernardinum ſenēſez ordinis
minoꝝ in ſctos retulit: q p̄dicando: docen-
do: monēdo: caſtigādo etiā factōnes Italie
guelpham ſcilicet et gibellinam magna ex
parte extinxerit: ⁊ chriſtianis hominib9 be
ne beateq̄z viuendi viam oſtenderit. Cuius
corpus nunc etiam Aquile megna cum ve-
neratione inuiſitur.

## Calixtus. iij.

Calixtus tercius Alphonſus co
gnomēto: Borgia antea vocatus
natōe hiſpan9: patria ſatiuēſis:
Valentine dyoceſis: patre Iohanne: matre
Franciſca generoſis parentibus natus: ac
libere educatus: cardinalium ſuffragijs pō
tifex creatur. ſexto idus aprilis. M.cccc.lv
Is em̄ quartūdecimū nactus annū p9 pma
lrārū erudimēta ad ilerdenſe gymnaſium

miſſus: tantū ſtudio ⁊ diligentia ꝑfecit: vt
breui doctor in vtroqꝫ iure fact⁹: acute ipſe
alijs ac ꝑdocte deinceps legerit. Hāc ob rē
Petrus luna (quē Bñdictuꝫ terciumdeci-
muꝫ appellarunt) proprio motu nemine ro-
gante: canonicatū ileridenſis eccleſie ei cō-
tulit. Verū cū iam eius doctrina oībꝫ nota
eſſet: ad Alphonſuꝫ aragonū regem ꝑfect⁹
eius cōſilio ⁊ ſecretis ſtatim adhibet̄. Cum
autem a Martino pontifice eccleſie maio-
ricenſis gubernator fact⁹ eſſet: ꝑſuaderētqꝫ
amici: vt eccleſiā ipſam in titulū acciperet:
facturū ſe id rēnuit: ꝙ dicēt ſe expectare epi-
ſcopatū Valentinū: quē haud ita multop⁹
ſuo merito ꝯſecutus eſt. Cū eñ mortuo be-
nedicto terciodecimo: duo illi anticardina-
les: de quibꝫ in Martino mentionem feci-
mus: Egidium quendā barchinonenſeꝫ ca-
nonicum in locum demortui paniſchole pō-
tificem creaſſent: quē Clementem octauuꝫ
appellabant: eo ſtatim miſſus ab alphonſo
rege: qui iam cum Martino pontifice in
gratiam redierat. Alphonſus boria eſt nō
ſine magno ſui ac comitū diſcrimine: adeo
locus ille paniſchole tyrānice custodiebat̄:
⁊ ab his potiſſimum: quoꝝ maxime intere-
rat diſcordias alere. Qui alphonſus adeo
rationibꝫ et auctoritate Egidiuꝫ ipſum ad
ſanitatē deduxit: vt poſtea ſupueniente Pe-
tro Fuſo martini legato: pontificio nomie
ſe abdicauerit; in poteſtatemqꝫ pontificis
deuenerit. Hanc ob reꝫ Martinus ⁊ Egi-
dium maioricenſem et Alphonſum boriaꝫ
valentinum epm̄ creauit. Orto deinde bel-
lo inter Alphonſum aragonie: et Johannē
caſtelle reges: ſolus Alphōſus boria dele-
ctus eſt: qui ad pacē et ꝯcordiam reges ad-
hortaretur: quā ſeptennio poſt incboatum
bellum tanta cum diligentia cōpoſuit: con-
tracta etiaꝫ inter eos affinitate: vt hodie ꝗ̄-
qꝫ aliquot illius federis pacta ſeruent̄. Ve-
rum cum poſtea inualeſcente baſilienſi con-
cilio: rex Alphonſus qui tum in regno ne-
apolitano bellum gerebat: vt aliqueꝫ ex ſu-
is eo mitteret: Alphonſo borie id negociuꝫ
demandauit: q egreferens rem tam perni-
cioſi exempli ſibi committi: cuꝫ regina egit
Alphonſi vxore: vt in Italiam ad regem ꝓ-
ficiſceretur cū Ferdināado r̄gis filio: eumqꝫ
adhortaretur: vt tandeꝫ poſt multos labo-
res: ⁊ tot pericula addita in quibꝫ tum etiā
frequenter verſabatur in patriam rediret.
Rex autem ſe id facturuꝫ abnuens: homi-
nem ad Eugenium miſit: qui tum florentie
erat: quo cū de pace ageret. Vitelleſcus eñ
Eugenij nomine regnum neapolitanuꝫ ar-
mato milite ingreſſus: longe ac late oīa po-
pulabatur: ꝓhibiturus quo minus rex ne-
apoli: quam cum oppugnabat potiretur.
Cum autem in lōgum res ꝓtraheretur: eu-
genioqꝫ in mentē veniſſet viginti cardinales
creare: valentinum epiſcopū horum in nu-
merum retulerat. Quā quideꝫ dignitatem
ꝯſtantiſſime rēnuit: ꝙ diceret id ſibi nequa-
ꝗ̄ integrū eſſe: re p̄ſertim ob quam venerat
infecta. Redeūte deinde romam Eugenio:
cū patriarcha aqleienſis Tarracinam ad
regem miſſus: pacem inter pontificeꝫ ⁊ re-
gem compoſuiſſet: federaqꝫ iniſſet: quibus
valentinus epiſcopus ſemper interfuit: au-
ctoritatemqꝫ ſuam interpoſuit ⁊ diligentiā
adeo a pontifice diligi ceptus eſt: vt eū bre-
ui cardinalem creauerit tituli ſanctorum
quatuor coronatoꝝ: Romamqꝫ ad ſe accer-
ſierit. Nō minore modeſtia in cardinalatu
vtens ꝗ̄ antea i epiſcopatu fecerat: ab omi
pompa et inani gloria alienus ſemper fuit.
In dicendis autem in ſenatu ſententijs ita
grauis habebat̄: vt nihil vnꝗ̄ per adulatō-
nem ⁊ gratiaꝫ locutus ſit. Mortuo deinde
Eugenio: eiuſqꝫ ſucceſſore nicolao pōtifice
Alphonſus boria (vt dixi) in edibus ſancti
Petri pontifex creatus: Caliſti nomen de
more ſuſcipiens: bellum thurcis ſtatim in-
dixit. Id ſe ante pontificatū nouiſſe oñdēs
ſuo chirographo his verbis ſcripto: quod
in libro quodā: ſuo extabat. Ego Caliſtus
pontifex deo oīpotenti voueo et ſancte indi-
uidue trinitati me bello: maledictis: inter-
dictis: execratōibꝫ: ⁊ demuꝫ qbuſcunqꝫ re-
bus potero thurcos chriſtiani nominis ho-
ſtes ſeuiſſimos perſecuturū. Admirati ſūt
oēs q aderāt: ꝙ pontificat⁹ nomē ſibi deſū-
pſiſſet ante adeptā dignitatē: ꝙqꝫ hō ſenex:
ac fere decrepit⁹ tantum animi haberet. Vt
aūt quod ꝓmiſerat re ipſa preſtare poſſet: p̄-
dicatores per totam Europam ſtatim mi-
ſit: qui omnes chriſtianos in thurcos ani-
marent: quiqꝫ facultatum aliquid et opum
ſuarum ad tantam expeditionem conferrēt
Ex hjs autē facultatibus ad ſexdecim tri-
remes Rome edificatas in hoſteꝫ miſit pa-
triarcha aquileienſi prefecto: qui triennio
maritima hoſtiū aſſianorū vexauit: inſulas
quaſdā cepit: ac magnas calamitates hoſti-
bus intulit. Alphōſus aūt rex ⁊ burgūdie
dux crucis ſignum ſuſcipientes: ituros ſe
quoqꝫ in hoſtē profitebant̄: vel armatos mi-
lites eo miſſuros. Verum cum res vno im-
petu mota eſt: ita etiā facile reſedit: p̄ncipi

bus ipſis ob voluptatē rem tantā et magnā
gloriam parituram omittentibus. At vō
dum pontifex ipſe de more in Baſilica late-
ranenſi coronaret̄: duo milites: quorum al
ter ſub comite Auerſo. alter ſb neapolione
vrſino diuerſarum partium ducibus mili-
tabat: de adoleſcente armigero contēdētes
ita ſe mutuis vulneribꝫ confecere: vt vterqꝫ
ſtatim perierit. Hanc ob rem Neapolio fa
ctionē vrſinam ad arma cōuocās: edes vbi
comes Auerſus diuertē ꝯſueuēat diripuit:
aberat tum comes. Ad lateranū itaqꝫ itu-
rum Neapolio: vt comitē adoriretur. egre
a Latino fratre: et a camerario pontifi-
cis retentus eſt. Non poterat certe ſine ma
gna vrbis calamitate eo ꝓficiſci Neapolio
cum tota columnenſium factio: q̄ comiti fa
uebat: iā in armis eſſet. Miſerat ⁊ ad vtrū
qꝫ pōtifex Johānem barūcellū: et Lelium
valle aduocatos conciſtoriales: qui pacem
inter eos componerēt: atꝫ hoc modo aucto
ritate pontificis ſedata ſunt omnia: non tn̄
vetus ſimultas inter eos ſublata ē. Bello
enim ſepius inter ſe concertarunt cum ma-
gno ſuorum incommodo. Pontifex autem
ad tranſigenda negocia pontificia animuꝫ
adijciens: beati Vincentij hiſpani ordinis
predicatorum et beati Edmūdi anglici me
mor: eos in ſanctos retulit: ob eam re ſup-
plicatōnibꝫ deo gratias egit: ab eccl̄ia Mi
nerue vſqꝫ ad ſanctum Petrum cōtinuato
magno cleri ac populi romani apparatu.
Veruꝫ ne quid ad diſturbandā eccl̄ie quie
tē deeſſet: ruſtici q̄dā palūbare oppidi: qꝺ ī
ſabinis eſt. extorres antea a Jacobo ſabel-
lo loci domino facti: domum redeuntes: duo
bus Jacobi filijs obtruncatis: eccleſie oppi
dum ipſum ſe dedituros polliciti ſunt: qꝺ
non modo Caliſtus renuit: verumetiam eo
cardinalem columnenſem miſit: qui ī gra-
tiam Jacobi eos redigeret. Cum vō Nea
polio veritus: ne cardialis Palūbarā ſuo
nomine occuparet: eo cū militibꝫ ſuis pro-
fectus. locum ipſum aliq̄t dies obſedit. Ve
rum ſuperueniente Matheo poiano ⁊ frā
ciſco ſabello. ac pleriſqꝫ alijs militū ducto-
ribus pontificis ac cardinalis columnen-
ſis mādato ſoluta obſidione Palumbarā
ingreſſi ad vigiti ruſticos ex his potiſſimū
qui tumultū cōcitauerant. laq̄o intemptos
mēbrati diuiſere ceteris exēplū daturi. ne ī
dn̄os ſuos tamgrāde facinꝰ molirent̄. Ap
parente deinde ꝑ aliquot dies cometa cri-
nito et rubeo. cū mathematici ingētē peſteꝫ
caritatē ānone. magnā aliquā cladē futām
dicerent. Ad auertandā iram dei Caliſtus
aliquot dieꝝ ſupplicatōes decreuit. vt ſiq̄d
hominibus immineret. totum id in thur-
cos chriſtiani nominis hoſtes conuerteret.
Mādauit preterea. vt aſſiduo rogatu deꝰ
flecteretur. ī meridie campanis ſignū dari
fidelibꝫ oībꝫ. vt orōībꝫ eos iuuarēt. q cō-
tra thurcos cōtinuo dimicabant. Credide-
rim tum ego precibus omnium chriſtianos
ad Bellogradum contra thurcos dimican
tes duce Johāne vaiouoda viro clariſſimo
aſtante etiaꝫ Johanne capiſtrano ordinis
minorū. crucemqꝫ ꝓ vexillo hoſtibꝫ inferē-
te. eos Bellogradū oppugnātes ingēti cla-
de ſuperaſſe. Ad ſex enim hominum milia
ex hoſtibus iterfecta ſunt. cū parua noſtro
rum manu. vt Caruagialla ſancti Angeli
cardinalis ad pontificē et ad Dominicum
capranicū ſancte crucis cardinaleꝫ ſcripſit
hoſtiū quoqꝫ cōmeatus oēs ad centum ⁊
ſexaginta bombarde capte ſunt. qua clade
perterritus Thurcus Cōſtātinopoli ꝓpere
ſe recepit. Actū de crudeliſſimo genē tunc
certe fuiſſet. ſi chriſtiani principes omiſſis
inteſtinis bellis ⁊ odijs terra ac mari tan-
tam victoriā ꝓſecuti fuiſſent. queādmoduꝫ
Caliſtus predicabat et monebat. Verum
his reſumptis viribus. et Trapezon priꝰ
imꝑatore interempto. et Boſſinā deinceps
rege ipſo capto atꝫ iterfecto. poſtea cepit ad
monentibꝫ chriſtianos oēs his. qui rerū
experientia. et locoꝝ cognitione tantā cla-
dem a longe tanq̄ e ſpecula quadam preui
debant. Nō ceſſabat Caliſtus lr̄is ⁊ nūcijs
pricipes chriſtianos adhortari. vt in tanto
malo oculos aliquando aperirent. fruſtra
r̄media deinceps q̄ſituros. vbi iā hoſtis in-
ualuiſſet. Ecce aūt dū vir bonus hec medi
tatur et predicat. Jacobus picenninꝰ a ve-
netis diſcedēs. cū magno equitatu ac pedi-
tatu in agrum Senenſem hoſtili animo de
ſcendit. repetens a ſenenſibus aliquot mi-
lia nummum aureorū. que: vt dicebat. pa-
tri Nicolao. qui eoruꝫ auſpicijs quondam
militauerat ipſi merito debebant. Senēſes
aūt ſue reipublice cōſulturi. omnes ytalie
principes ex federe in auxilium vocāt. ma-
xime vō pontificem. qui eos primo admo-
nuit. vt ne quadrantē quidē Jacobo daret.
deinceps vō ⁊ milites ſuos cōtra Picenni-
num miſit. ac principes ytalie adhortatus
eſt. vt idē ipſi facerēt. ne aliqꝺ b̄ue icēdiū in
ytalia excitaret̄. quod nō ita facile extingui
poſſet. Veriti omnes ne id certe eueniret.
quod pōtifex ꝑdicabat. auxilia ꝓpere ſenē-

ſibus miſere. Solus aũt Alphonſus q Ia
cobo fauebat: hoiemq; ad ſe vocauerat: eiꝰ
beniuolentie memor: quã antea cũ p̃re Ni
colao Picẽnino cõtraxerat. Seneſibꝫ ex ſe
de re auxilio nõ fuit: immo ṽo et comitẽ Pe
tilianũ in ſenẽſes ita ꝯcitauerat: vt tãti ma
li prima cauſa inde exorta ita videat̃. Uex
ſupuenientibꝫ auxiliaribꝫ copijs: tũ a Frãci
ſco Sfortia: tũ a venetis eo redactus ẽ Pi
cẽninus aliquot plijs: ſi nõ fuſus at mutila
tus ⁊ debilitatus: maxime ṽo ad Orbatel
lũ: vt ꝯſcenſis Alphonſi triremibꝫ: que ad
boiem miſſe ſunt: rex oĩm inopia laborã
tem in regnũ tãta re fruſtra tẽptata ꝓfectꝰ
ſit. Quare et Caliſti ⁊ ſocioꝝ opa atq; auxi
lio ſenẽſes magno piculo liberati ſũt: q cer
te nõ minꝰ inteſtino ꝙ externo bello tum la
borabant: cũ nõ deeſſent ciues qdaz: q ſpre
ta libertate factionẽ Alphonſi ſequerẽt: ꝗ
rũ etiã opa tãtũ bellũ cõcitatum crediderĩ.
Sed ciues bene ſentiẽtes: aut pulſis aut ce
ſis male de patria merẽtibꝫ libertatẽ quaz
tum magno labore et ſũptu pepercre: nunc
etiã et quidẽ diligẽter tuent̃. Animaduer
tere et tum acerrime in militarẽ licentiã et
trãſfugas: īterfecto Giberto Corrigia: eiꝰ
q; milite in predã dato: paulũlum ꝙ affuit
qn ide n etiã Sigiſmundo Malateſte acci
derit: q tum eoꝝ ſtipẽdio militabat: quiq;
et bellũ in longũ ducebat: et predã ex agris
eoꝝ nõ aliter abigebat ac ſi hoſtis eẽt. Eo
dem ꝙ anno tãtus in regno Neapolitano
terremotus exortus eſt nonis decembꝛibꝫ.
vt et multa templa et plures edes cũ ma
gno hoĩm ac pecoꝝ interitu corruerint: ma
xime ṽo Neapoli. Capue. Caiete. Auerſe
ceteriſq; veteris campanie vrbibꝫ: quarum
ruinas ego cũ maria admiratõne deinceps
inſpexi: dum cernẽde vetuſtatis ſtudioſus
eo me cõtuli. Repetebat tũ votum Alphõ
ſus tercio ꝙ verbo: qḋ in Thurcos fecerat
et ſe qḋ vouerat breui facturũ dicebat: rex
nec ſic ꝙ impelli ad ſanctã militiã potuit:
adeo erat illecebris neapolitani regni irre
titus. Caliſtus aũt ſedatis ytalie rebꝫ no
uem cardinales creat: quoꝝ duo ex ſoro
ribus fuere eius nepotes. Rhodoricus Bo
ria: et. L. Iohannes cognomento miliano
ex ſorore nepos. Eneam quoq; ſenenſem
epm̃ cardinalẽ creauit: cuiꝰ opa in cõponẽ
da ytalie pace. dũ ſenẽſes bello vexarẽt vſꝰ
fuerat. Uerũ mortuo comite Tagliacocij:
quem ſupiore ãno põtifex vrbis p̃fectũ cre
auerat: ſtatim int̃ Auerſe comitem et Nea
polionẽ Urſinũ orta diſſenſio eſt. cũ Auer
ſe comes Monticellũ nõ longe a Tybure
poſitũ occupaſſet: ꝗ diceret eã hereditarẽ
ad nurum ſuã ptinere comitis filiã: contra
inſtaret Neapolio id ſuũ eſſe debere iure
hereditario. quippe cũ comes ipẽ ex gente
Urſina haberetur. Ex altercatõe aũt duo
rũ de hereditate int̃ ſe: armis etiã cõcertan
tiũ: maxima damna ꝑplus romanus tum
certe ꝑpeſſus eſt. Uex cõpoſita hac etiã cõ
trouerſia. iuſſo vtroq; ab armis diſcedere.
Caliſtus Boriã nepotẽ ſuũ ⁊ vrbis p̃fectũ
creauit in locũ demortui comitis. et eundẽ
militibus eccliaſticis p̃fecit. quo faciliꝰ Ba
rones vrbis Rome in officio contineret.
Mortuo ṽo nõ ita multopoſt Alphõſo he
rede legittimo carente. tanti animi Caliſtꝰ
fuit. vt regnũ illud repetere ſit auſus. dicti
tans id ad ſedem aplicam Alphonſi morte
iure feudatario deuolutũ eſſe. Parabãtur
iam vtrinq; arma. nec Ferdinãdꝰ Alphõ
ſi heres aĩmos hoĩs cõtemnebat. Norat
eñ hoĩs ingenium et animi eius ampli
tudinem. Uerum etiã eius morte diſturba
ta ſunt oĩa: et tãto metu Ferdinãdus li
beratus eſt. Moritur aũt Caliſtus ponti
ficatꝰ ſui anno tercio: menſe tercio. die deci
moſexto ſepeliturq; in vaticano ad ſiniſtrã
Baſilice ſancti Petri in templo rotundo
quod ſancte Marie in febribus dedicatũ
eſt Nicolai impenſa antea reſtitutũ. Mo
ritur etiam non multopoſt Borias nepos
qui ciuitatem veterem confugerat: vrſine fa
milie odia declinans: que ipẽ contraxerat
dum alteri factioni magis fauet. Caliſtus
autem in omni vita vir integerrimus ẽ ha
bitus: ſed hec eius precipua laus eſt: ꝙ dũ
epiſcopus eſſet aut cardinalis: beneficium
aliquod in commendatione nunꝙ voluit di
cens ſe vna ſponſa: et quidem virgine con
tentum eſſe: hoc eſt eccleſia valẽtina: vt ius
pontificium mãdat. Elemoſinas preterea
pauperibus chriſti et ſeruis dei frequentes
dabat: tum publice: tum priuatim. Uirgi
nes pauperes collata dote maritis colloca
bat. Nobiles ad inopiam redactos ſua im
penſa in vita retinebat. Utebatur et muni
ficentia erga principes quando opus erat.
maxime ṽo erga eos qui nomen chriſtianũ
auctoritate ⁊ opibus ſuis iuuare poterant
Ad Uſumcaſſanum perſarum ⁊ armenie
principem: ad regem tartarorum Lodoui
cum bononienſem ordinis ſancti Franci
ſci fratrem miſit cũ multis et magnis mu
neribus: eos in Thurcũ excitans: qui per
ſuaſu hominis magnas thurcis calamita

tes intulere: et oratores ſuos quos ad Ca-
liſtum deſtinauerant ad Pium pontificem
demum miſit: quos certe cum admiratõne
tum ob interualla locorũ vnde venerant: tū
vel ꝓpter habitũ noſtris oculis inſuetũ in-
ſperimus. Ferũt Vſuncaſſanũ ſuperatis ꝑ
ſepe hoſtibus ad pontificem ſcripſiſſe: ſe q-
dem victoriam ex hoſte reportaſſe ob p̃ces
ab eo ad deum habitas: eiuſq; beneficij di-
uini potiuſq̃ humani ſe aliquãdo memorẽ
futurum. Inchoata hec amicitia a Caliſto
eſt: quã nũc cõſtanter chriſtiani cū ipo pri
cipe retinent: qui thurcum cõtinuis prelijs
verat. In edificijs aũt paruos ſũptus fecit
q̃ ei parũ viuere licuit: q̃q; pecunias in vſũ
tanti ⁊ tam periculoſi belli colligebat. Re
ſtituit ſolū ſancte Priſce in auentino tem-
plum: et menia vrbis dirupta ac fere ſolo
equata. Aulea tñ quedam auro intexta
ab eo empta cernũtur. In victu ſuo parcꝰ
eſt habitus: in ſermone modeſtiſſimus. Fa-
cilis aditu quãtum ei ꝑ etatem licebat: iā
eñ octogeſimum attigerat annum: nec ta-
men de ſtudijs ſuis quicq̃ remiſerat. Lege-
bat ipſe: aut legentes audiebat. ſi quid in
tanto rerum faſtigio ei temporis ſupererat
Officium transfiguratõis dñi noſtri iheſu
chriſti ipſe compoſuit: iuſſitq; eo modo atq;
cum his indulgentijs celebrari: quibꝰ cele-
britas corporis chriſti in precio habetur.
Oratores ad ſe venientes mira beniuolen-
tia complectabatur: quorum precibus aut
poſtulatis ab honeſto diſcedere nunq̃ vo-
luit. Hanc ob rem cum Alphonſo ſimulta
tes exercuit: q̃ is peteret epiſcopatus inter
dum his dari: quibus: vel propter etatem:
vel ignoratõem: tum litterarũ: tum rerum
humanarũ ꝯmitti nequaq̃ debebant. Mo
riẽs aũt Caliſtus centũ et quĩdecim milia
nummũ aureoꝝ reliquit: quos ĩ vſus belli-
cos contra thurcos comparauerat. Dũ at.
Caliſti funus celebraretur: moritur et Do
minicus ſancte crucis cardinalis et ſumꝰ
penitentiarius: vir quidẽ grauis ac ſapien
tiſſimus: ſepeliturq; ĩ templo Minerue bo
nis oĩbꝰ pre dolore lacrimantibꝰ.

# Pius. ij.

Pius ſecũdus: Eneas ꝯgnomẽto
picolhomineꝰ antea vocatꝰ: na-
natõe ytalus. Senis oriũdus:
Corſiniani ortꝰ: p̃re Siluio: m̃re Victoria
patrũ oĩm cõſenſu põtifex creat̃ terciodecio
kalẽdas ſeptẽbris. M.cccc.lviij. Nam pa-
ter eius a plebe ſenenſi cum reliqua nobili-
tate e republica deiectus: vt ad fundum gẽ-
tilicium Corſinianum vallis Vrcie oppidũ
ſe conferens: infantē eo loci ex vxore ſuſce-
pit. Nato puero: Eneas ſiluiꝰ nomẽ pater
ĩdidit. Puerpera at̃ ꝑ quietẽ viſa ẽ ſibi infã
tem cum mitra parere que (vt prone ſemꝑ
in peius mentes hominum ſunt) verita eſt
ne ſomnium illud puero et familie ignomi-
niam protenderet: neq; antea huiuſcemodi
ſuſpitione leuari potuit: q̃ poſtea intelle-
xerit filium tergeſtinũ epiſcopum deſigna-
tum fuiſſe: quo nuncio omni prorſus metu
liberata immortali deo gratias egit: quod
defunctum meliore fato: quam ipſa conie-
ctauerat filiũ ſibi videre contigiſſet. Prius
tamen cum iam per etatem diſcere aliquid
potuiſſet: Corſiniani ſingulari memoria: et
ſumma docilitate grammaticam didicit:
parce adeo ac duriter vitam ducens: vt oĩa
ruris officia ob inopiã adire ſit coactꝰ. An
num v̊o decimum et octauũ agens Senas
ꝓficiſcit̃: vbi a neceſſarijs et cognatis adiu
tus: poetas primo: mox oratores audiuit:
quibus facultatibꝰ tãtũ ingenio et diligen-
tia valuit: vt breui preclara poemata latina
et hetruſca lingua ediderit: ludens credo ĩ
amorem: quo etas illa maxime cõflictatur.
Inde v̊o ad ius ciuile ſe contulit: quod pro
fecto non ita multopoſt deſerere coactus eſt
Orto nanq; inter ſenẽſes et florentinos bel
lo: caritatem annone veritus: ⁊ nobilitatē
plebi ſenenſi ſuſpectam cernens: voluntari
um ſibi velut exilium adſciuit: ſecutus am-
pliſſimum virum dominicum capranicũ: q
tum Senis iter faciens ad baſilienſe conci
lium ꝓficiſcebatur: queſtũ iniurias ab Eu-
genio põtifice ſibi illatas ꝗp̃ denegatũ ga
lerum cardinalatus inſigne: q̃ etiam abſen
tem Martinus ob eius virtutẽ et integrita
tem merito donauerat. Huius igitur contu
bernio vſus poſt longos itineris labores ſu
peratis alpibus: celo vicinis: ⁊ congelatis
niuibꝰ opertis ꝑ iferni pontẽ: lucerne lacũ
heluetiorum campos Baſileam tandẽ ꝑ-
uenit. Quo in cõuentu et ſi multa negocia
Enee Dominici ſecretario obuenerint: ſem
per tamẽ eſt aliquid ocij ſuffuratus: quod
litteras traderet. Dominicũ deinceps pau-
pertate et inopia circũuentum: quippe cui
beneficioꝝ ⁊ paterne hẽditatis ꝓuẽtũ om-
nem Eugenius denegabat: relinq̃re ñ ſine
lacrimis cogit̃ Bartholomeũ Nouariẽſē
epm ſecutꝰ: q̃ cũ florẽtiã vbi Eugeniꝰ pon-

tifex erat ꝑuenit. Sed hunc quoqꝫ in iudici
um ob crimen leſe maieſtatis ab Eugenio
accerſitum Eneas relinquere impellitur.
Nicolaum ſancte crucis cardinalē ſecutus
patrem certe optimū: ac oīm opinione ſan-
ctiſſimū: qui Attrebatū ꝓfectus Eugenij
iuſſu vbi conuētus galloꝝ principum habe
batur: pacē inter ducem Burgundie (q cū
anglis ſentiebat) et regē francie cōpoſuit.
Redeunte aūt ī ytaliā Nicolao: quem ve-
neti ac Philipꝰ Mediolani dux auctorē
ꝯponende pacis requirebāt. Eneas nō ad-
modum Eugenio gratus Baſileam ꝓfici
ſcens: magno ſemꝑ in honore apud omnes
eſt habitus. Fuit em̄ ſcriba in ſynodo illa
celeberrima: et litteraꝝ apoſtolicaꝝ abbre
uiator. Duodecimuir: qui magiſtratus in
tanto cōuentu cenſorius habebat̄. Nihil ei
publice ꝑ quēpiā agi poterat: niſi hoꝝ gra
uiſſima auctoritas interueniſſet: etſi q ad-
miſſi ad conſultandū de rebus conciliaribꝰ
minime idonei habiti ſunt: hoꝝ iuſſu ſena
tu mouebantur. Erant in eo concilio qua-
tuor cōuentus: qui deputatōes more aulico
vocabātur: apud quos de fide: de pace: ꝺ re
formatōe: de cōmunibꝰ agebat̄. His magi
ſtratibꝰ ſinguli preſidētes ſingulis menſibꝰ
ꝑficiebant̄. In deputatōe fidei: cui Eneas
erat aſcriptus ſepe ꝑſedit. Inter collatores
beneficioꝝ bis quoqꝫ electus. In eo aūt cō-
uentu ꝑſepe orauit: ſed illa eius oratō egre
gia et elegans eſt habita: qua ī eligenda cō-
cilij ſede idonea: Auenioni: Utine: Floren-
tie Papiam anteferendā oſtendit: rerum
oportunitate: ſitu loci: ediū priuatarū ma-
gnificentia: celi benignitate et clementia:
cōmoditate rerum omnium: que vrbi poſ-
ſunt importari: liberalitate Philippi du-
cis. Cum vō aliquid ꝑ natōes agendū erat
vnus ſemꝑ ex ytalica deligebat̄: q rebꝰ agē
dis ꝑeſſet: tāta erat in hoie moꝝ facilitas:
et ingenij dexteritas. Legatōes vō plures
cōcilij cauſa obiuit. Argentinā tercio: Tri
dentū ſemel: Conſtantiā ſecundo: Franco-
fordiā ſemel: in Sabaudiā iterū mittitur.
Deſignato aūt poſt lōgas cōſultatōes cōci
lij in pōtifice Felice: Eugenioqꝫ excluſo: cū
octo viri ex vnaquaqꝫ natōe deligerēt: qbꝰ
ſumma ꝑtās ī rebꝰ cōciliaribꝰ ꝑmitteretur
Eneas pōtificis ſecretariꝰ magiſtratū illū
vltro oblatū renuit. Orator deinde ad Fe-
dericū impatorē a Felice miſſus: tantū de-
xteritate ingenij apud hoiem valuit: vt eum
corona poetica donatū in amicos et ꝓtho-
notariū ſceperit: ita eos germani appellāt:

quos princeps ſecretis adhiberet. Relatꝰ
deinde in ſenatorium ordinem: quem prin-
ceps in rebus grauibꝰ cōſulit Tātū valuit
doctrina ⁊ auctoritate: vt facilis in quauis
re ad ingeniū ꝑtinente primꝰ haberet̄: licꝫ
emulos ⁊ obtrectatores multos habuerit.
Interim vō cū de abolendo ſciſmate inter
Eugeniū et impatorē agi ceptum eſſet: eiꝰ-
qꝫ rei cauſa ad pontificem Eneas profici-
ſceretur Senis aliquādiu moratus: a ſuis
vehementer rogatur: ne ad Eugeniū pro-
ficiſceretur. veriti em̄ ſunt ne in eū pontifex
grauiter aīaduerteret: ꝙ eius auctoritas ī
baſilienſi cōcilio ab Enea epiſtolis et orati
onibꝰ ꝑſepe impugnata diceret̄. At homo
conſtans ſua innocētia fretus ſpretis ꝯgna
torū precibꝰ Romā ꝓficiſcēs. ſe primū apd
Eugeniū elegāti orōne purgat. ꝙ coꝝ au-
ctoritatē ſecutus eſſet: quoꝝ ſentētia baſili
enſe cōciliū fuerat approbatuꝫ. Deinde vō
his de rebꝰ cū eo agere cepit. quaꝝ gratia
ab impatore venerat. Miſſus deinde ī ger-
maniā duobꝰ ab Eugenio oratoribꝰ: quoꝝ
alter Thomas ſarzanus fuit. alter vō Io
hānes caruagialla: tandem hoꝝ virtute et
Enee induſtria: vt ī Nicolao dixīmꝰ: neu-
tralitas ſublata ē. Ut vō id etiaꝫ rebꝰ non
verbis tātū appareret: impator Eneā ipm
Romā mittit. q Eugenio publice diceret ſe
ac germanos oēs ī hūanis diuiniſqꝫ ei de-
inceps obtēpaturos. Mortuo aūt eo tem-
pore Eugenio. dū alter pontifex ī locum de
mortui ſuffragijs patrū deligitur. Eneas
conclaui prefuit: nullus em̄ orator tū in vr-
be erat tāto munē dignior. Creato aūt Ni-
colao pōtifice accepta abeūdi venia. dū ab
Eugenio ſbdyaconꝰ creatus iter ī Germa-
niā facit: epūs Tergeſtinꝰ morit̄. in cuius
locū Eneas ſe quidē inſcio a pōtifice et im
ꝑatore ſuffectus ē. Philippo ꝑterea viceco-
mite ſine herede mortuo a Ceſare ad medi
olanēſes orator mittit̄. apud q̄s orōem ha-
buit de impio vrbis hereditario deqꝫ fide
ſeruāda. cui qdē ſi ꝑplus ille obtemꝑaſſet.
adhuc fortaſſe libtate vtet̄. Secūdo vō ad
eos rediēs. extrema q̄qꝫ ob libertatē patiē-
tes obſidēte Mediolanū Franciſco Sfor-
tia vrbē ipāꝫ cū maximo diſcrimīe igreditur.
relictis ad Nouicomiū collegis. q̄s timor
ab officio deterruerat. Inde aūt re infecta
abiens impatoris mādato ad Alphonſuꝫ
Aragonie regē proficiſcens. epūs ſenenſis
: vō originē ducebat: a Nicolao creat̄. Cō-
poſita deinde int̄ Alphonſū ⁊ impatorē af
finitate. ad hoiem ī Germaniā rediēs: euꝫ

ſemper adhortatus ē: vt primo quoqꝫ tem-
pore i ytaliā ad accipiēdā impij coronā ꝓ-
ficiſceret. Vñ Federicꝰ iter in ytaliā igreſſꝰ
Eneam p̄miſit: vt leonore vxori e Luſitania
vel Portugalia (vt nunc dicitur) ad hetru-
ſcum littus ꝑuēture honoris gratia obuiaꝫ
fieret. Qui vbi Senas ꝑuenit: nō diu in vr-
be moratus: populo ſuſpectus eſſe cepit: ne
aduentante imperatore pulſis popularibꝫ
optimates reipu. gubernāde ꝑficeret. Ene-
as igitur vt populū ſuſpitōe leuaret. Tha-
lamonem quo Leonoram ꝑuenturaꝫ puta-
bat ꝓficiſcit: nō tñ ob eiꝰ diſceſſū quieuere
populariū aī. Relegata nanqꝫ ꝑ agros ad
tp̄us ois nobilitas ē. cui paulopoſt vt muta-
biles ſunt populariū mētes: redeūdi i vrbē
poteſtas facta eſt: cognita impatoris inte-
gritate: et Enee modeſtia. His vō Piſas
contēdens: quo luſitanos applicuiſſe intelle-
xerat: puellā vni ſibi creditā ad imperato-
rem: qui tum Senis erat perduxit. Romā
deinde tum ꝓficiſcēs: et priuatim ⁊ p̄blice
(dum Ceſar corona imperij donaret) egit
omnia. Imperator preterea ad Alphonſuꝫ
ſalutandi hominis cauſa iturꝰ: Ladiſlaum
regium adoleſcentem: quē pānonij. ⁊ bohe-
mij furtim ab eo abducere ſepe tēptauerāt:
Rome ſub tutela ⁊ cuſtodia Enee: cui plu-
rimam fidem preſtabat reliquit. Impator
autem Romam iterum rediēs: cū gratias
pontifici egiſſet: Ferrariā ꝓficiſcitur. Bor-
ſioqꝫ Eſtēſi Mutine duce creato: vbi Ger-
maniam attigiſſet: Eneā ſtatim ex mādato
pontificis cum ſumma poteſtate oratorē in
Bohemiaꝫ et omnes auſtrie ciuitates mit-
tit. Orta nanqꝫ erat inē eos ⁊ impatorē con-
trouerſia pro Ladiſlao rege: queꝫ illi ad ſe
mitti poſtulabant. Sublata aūt tāta ꝯtro-
uerſia: ac pace inē vtroſqꝫ ꝯpoſita. Eneas
haud ita multopoſt ad ꝯuentum. Ratiſpo-
nenſem mittitur: vbi impatorias vices ge-
rens preſente Philippo Burgūdie duce: et
Lodouico Baioarie ď immanitate Thur-
corum: et de calamitate reipu. chriſtiane tā-
ta contentōe dixit: vt omnibꝫ gemituꝫ et la-
crimas excuſſerit: precipue aūt Philippum
burgūdum ad rem expeditōem adeo aīma-
re viſus eſt: vt bellum ſtatim omnium cōſen-
ſu decerneretur: quod poſtea omiſſum ē eo-
rum ambitione ⁊ ſtulticia: qui cuncta ſibi
deberi putabant. Eneas vō ingrauaſcente
iam etate tedio laborum: ac diutina inē ex-
teras gētes ꝑegrinatōe feſſus: ſ͛dire Senas
ad lares patrios iſtituēat: quē tñ facile ipa-
tore ſnia mouit: cū dicēt ſibi i aīo eē: thur-
cis ipſis bellū inferre. Miſſus itaqꝫ ob eam
rem ad Francofordienſem conuentum ger-
manos principes: qui ex tota ꝓuīcia eo cō-
uenerant: grauiſſima et longa orōe ad bel-
lum ꝑiculoſum et neceſſarium multis ratō-
nibus adhortatur. Viſus eſt quidē omnes
vehemēter cōmouere. Uerum hoc nacā cō-
pertum eſt eoꝝ animos cito reſidere: quo-
rum affectus ꝑfacile mouentur. Tercius
item eadem de re in noua ciuitate cōuentꝰ
habetur: in quo Eneas mirifice ānixus pe-
dibꝫ et manibꝫ eſt: vt aiunt. rem ex ſentētia
ꝑficere: priuatim et publice vnūquēqꝫ ad id
bellum cohortando: q̄ ſalus Europe prin-
cipum ac populoꝝ libertas. digtas chriſti-
ani nois ꝯtiebat. Nec aberat a ſpe ꝑficiēde
rei: cū ſubito nūciatū ē Nicolaū pōtificeꝫ e
vita migraſſe: cꝰ i morte diſturbata ſūt oia:
nā et cōuentꝰ ſoluit: ⁊ germani reꝝ nouaꝝ
cupidi perſuadere ipatori ānixi ſunt: ne pō-
tificibus amplius obtemparet: niſi quedaꝫ
ad pragmaticam tendentia ab ipſis prius:
impetraſſent ꝙ dicerēt germais lōge peiorē
cōditōem eſſe q̄ vel gallis vel ytalis: quoꝝ
ſerui: ytalorum in primis. ni res imutaren-
tur merito eſſe dicebantur. Nec certe ꝓcul
abfuit quin impator tumultuantibus obſe-
queretur: quominus aūt id fieret grauiſſi-
ma Enee auctoritas interceſſit: cuius hec
fuit apud Ceſarem ſententia. Inter princi-
pes etiam de magnis rebus inter ſe diſſidē-
tes: pacem aliquando et amiciciam cōponi
poſſe. At inter principem et populum im-
mortale odium ſemꝑ interueniſſe: qua re di-
cebat ſatius ſibi videri cum pontifice ſenti-
re: q̄ eorum cupiditatibꝫ obtempare: quo-
rum mentes non rōne: ſed appetitu ⁊ cupi-
ditate ducuntur. Motus hac rōe impator
ſpreta populorum poſtulatione: Eneā ora-
torem deligit: qui ad Caliſtum mitteretur:
His aūt Romā ꝓfectus: dum Federici iu-
ramentum pontifici de more exhibet: col-
laudato quātum ſatis erat vtroqꝫ: tota eiꝰ
oratio fuit de bello thurcis inferendo: adeo
erat ad eaꝫ rem animatꝰ. Videbat ei vir ſa-
pientiſſimꝰ id qď poſtea vſu accidit: Bar-
baros victoria elatos occupata grecia non
quieturos. Inde vō ad pacem ytalie cōuer-
ſus: qua ꝑfecta bellū Thurco inferri poſſe
exiſtimabat pontificē ad eam rē vehemēter
adhortat. Premebantur tum Senēſes co-
mitis Petiliani ⁊ Jacobi picēnin armis:
q Alphōſi ponꝰ q̄ ꝓprijs auſpicijs bellū illď
gerebāt. Ut igr̄ ois belli vis extiguet. Ene-
as iuſſu pontificis et ciuium ſuorū rogatu.

Neapolim ad Alphonſum proficiſcit᷑:quo
etiam totius ferme ytalie legati de pace a-
cturi cōuenerant:quibus cū certe vſq̄ ad
eam diem ea de re nil adhuc actum erat.
Verū ſuꝑueniente Enea:tum demum ſibi
de pace cōuenturū dixit:qm̄ his quidē:quē
vnice diligebat ad ſe ob eam rem acceſſiſſ3
Impetrata itaq̄ pace:ac liberata ab hoſte
patria:apud alphonſum:cuiꝰ familiarita-
te plurimū delectabatur aliquot menſes fu
it:quo tēpore ſeruata oportunitate homiē3
eleganti et copioſiſſima orōne ꝗd bellū ma
ritimū orientalibus inferendum perpulit
Inde vō Roma abiens:iter in patriā fa-
cturus:a Caliſto pontifice retentus ē:a q̄
etiam nō multopoſt patrum omniū conſen
ſu in numerum cardinaliū refertur. Apud
Caliſtum vō tante auctoritatis et gratie fu
it:vt homiem impulerit oratores ad ſenen
ſes mittere:qui tum ciuili diſcordia labora
bant:vt populum tumultuantē ad pacem
et concordiam adhortarent᷑. At vō dum in
balneis viterbianis valitudinis cauſa eſſ3
hiſtoriamq̄ boemicam incohaſſet:mortuo
Caliſto Romā ſtati rediȷt:cꝰ expectatō tā
ta fuit:vt magna ꝑs populi romani officiȷ
cauſa obuiam ꝓgreſſa hoiem (quaſi diuia
rent) vt pontificem ſalutant. Ad hunc eṁ
conſenſu omnium pontificatus deferebat᷑.
Ingreſſus itaq̄ conclaue patrum omniu3
ſuffragiȷs:pontifex maximus (vt dixi) cre-
atur. Accepta deinde pontificia corona:q̄
tercio nonas ſeptembris pontificali appa-
ratu Baſilicā Petri ingreſſus ē:cū deo im
mortali gratias egiſſet:ſe totum confirma
ta prius eccleſie ditione:ad curam reipu.
chriſtiane cōuertit. Nam et bellum an̄ eiꝰ
pontificatum in vmbria exortum. Iacobo
picenino duce rerum nouarum cupido ſta
tim eo pontifice ſublatum eſt: Aſſiſium et
Nuceria ab hoſte recepta. Inter Ferdi-
nandum regem et Sigiſmundum mala-
teſtam:quod difficilimum factu videbatur
cōpoſite inducie:quo Mantuam omibus
vbi cōmunem chriſtianorum conuentum in
dixerat tuto ꝓficiſci liceret. Creato aūt pri
cipe columnenſi vrbis ꝓfecto i locū demor-
tui Horie:relictoq̄ Rome legato Nico-
lao cuſa ſancti Petri ad vincula cardina
li media hyeme ab vrbe diſcedit:ꝑ eas ciui
tates iter facit:que ciuili diſcordia ad bel-
lum potiuſq̄ ad pacem ſpectare videbant᷑
populos ad cōcordiam et quietem adhorta
tur. Mantuam poſtremo vndequaq̄ ven-
tum eſt. Magnꝰ aderat principum nume-
rus:magna legatoꝝ vis. Ex tota eṁ Euro
pa nulla natio:gens nulla fuit:que nō aut
pricipes aut legatos eo miſerit. Actū deni
q̄ eſt in illo celeberrimo cōuentu Pio ipo
dicente:vt bellū ꝯmuni oīm decreto Tour
cis indiceret᷑. Dicte ſententie:qua id ratio
ne geri poſſet. Propoſitū piculū qđ ceruī-
cib⁹ chriſtianoꝝ imminēt. Mote ſunt oib⁹
lacrime:cū coꝝ calamitates exponerentur
q̄ barbaris in grauiſſimam ſeruitutē q̄tti
die abducebant᷑. Incenſi animi:cū oſtende
ret thurcos occupata Grecia ⁊ yllirico in-
teriorem Europam penetraturos. Nil eſt
certe ab eo ꝑtermiſſum:quod ad mouēdos
chriſtianoꝝ animos ptineret. Magna qdē
in dicēdo Piȷ laus fuit:ꝙ cū ſepius iȷſdem
de reb⁹ loqueret᷑:diuerſa ſemꝑ viſus eſt di-
cere:tanta erat in homine elegātia ⁊ copia
Galloꝝ querimonias et calumnias. Rena
ti regis:ꝙ Ferdinādū Alphonſi filiū in re-
gno neapolitano cōfirmaſſet:ꝙ eunde3 co-
rona regia donaſſet trib⁹ actionib⁹ acerri-
me cōfutauit. Agebantur hec in mantua-
no cōuentu:cum tota fere Europa relicto
externo bello:ad iteſtinū aīmos at3 arma
cōuertit. Surgunt germani ptim in ſeipos
ptim in Pānonios:quoꝝ opera tātū tāq̄
neceſſarium bellum magna ex parte confi-
ci potuiſſet. Excitatur Brittānia duplici
factione:quarum altera veterem in inſula
regē:altera nouū fugato vetere retinere co
natur. Surgunt preterea hiſpani Barchi
nonēſib⁹ auxilio futuri:q̄s Aragōie rex gal
loꝝ armis adiutus bello ꝑmebat. Et neq̄d
ad diſturbāda oīa deeſſet:ytalie Europe
caput relicto externo bello: ad inteſtinum
animos at3 arma cōuertit. Gerebat᷑ tū bel-
lū in Apulia:q̄ Iohānes Renati regis fili
us Ferdinādū regno pellere conabat᷑. Hic
duplex factio i tota ꝓuīcia exorta ē:cū hiȷ
Ferdinādo:illi Renato fauerēt. Pius itaq̄
omiſſo mātuano cōuentu ad ſedādos motꝰ
in Hetruriā rediēs. Viterbiū ab aduerſa
factōne ꝑ fraudē occupatū haud magno ne
gocio recipit. Picētes ob fines domeſticos
acerrimis bellis exagitati:ptim ratione:ꝑ
tim metu ad pacē redigūt᷑. Vmbros ſimili
ꝯtētōe diſtractos:ac magnis cedib⁹ oblitoſ
et fedatos auctōtate ſua tādē ſedauit. Senē
ſiū rempu. ſublatis ſeditōib⁹ oib⁹: q̄b⁹ triē
nio an̄ laborauerāt ꝯſtituit. Exules q̄ſda3
viros certe ꝑclaros i patriā reſtituit. No-
bilib⁹ reipu. adminiſtratō3 reddidit:i ſabino
rū vō ꝑfidiā aīaduerſū ē:ꝙ hoſtem publi-
cum cōmeatu et tranſitu iuuiſſent. Rome

grauiſſimoſ tumultus ſiccarioꝝ repreſſit
capto cum aliquot ſocijs Tyburtio Ange-
li Maſſiani filio: quē diximus a Nicolao
ob cōiuratōem interemptū: et laqueo ad fe-
neſtras capitolij ſuſpenſo: ꝙ auſi fuiſſent tē
plum Pantheon occupare: atqꝫ inde tāq̄
ex arce i optimū quēqꝫ craſſari. Tyrannos
quoſdam ad res nouas ſpectantes e finibꝰ
eccleſie bello ſbmouit neminē vnq̄ bello at-
tigit: ad quē legatos non prius miſerit: ſi q̄
modo ad ſanitatem rōnibus adduci poſſet.
Federicum vrbinatē copiaꝝ ſuarum ducē:
cum Alexandro Sfortia in marſos miſit:
qui Jacobū picenninū remoraretur a Re-
nato mercede conductum: ne in Apuliā ad
gallos Ferdinandum bello vexante tranſi-
ret. Ferdinando autē ad Sardinuȝ fugato
auxilio fuit: quo minue regno ſpoliaret̄: ve-
ritus ne ſi galli regnum occupaſſent: victo-
ria elati libertatē Jtalie ſubuerterēt. Lega-
toꝝ a gallis venientiū minas ⁊ pollicitatō-
nes: quibꝰ ſe a Ferdināclo ad Renatū tra-
ducere conabant̄: facile contempſit Sigiſ-
mundi Malateſte eccleſie romane vectiga-
lis furores ac rabiem cenſuris ⁊ armis cō-
preſſit. Js eñ ſpreto federe. quod inter ſe ⁊
Ferdinandū fuerat: a pontifice ictuȝ caſtel
la omnia obſeruādaȝ fidem data: cōtra ius
faſqꝫ vi cepit. Legatū eccie romane ad Ni-
daſtorem fugauit: Picentibꝰ bella intulit.
Huius vͦo rabies ſequenti anno ad Seno-
galliam Federico vrbinate et Neapolione
vrſino ducibꝰ graui prelio compreſſa et ca-
ſtigata eſt: recuperata Senogallia. Expu-
gnatū fortune fanum Nicolao piſtorienſi
cardinali ſancte Cecilie legato: ac magna
ꝑs Ariminēſis agri ei adempta eſt: ne poſ
ſet aliquādo ad rebellionem ſpectare. Pu-
gnatū eſt p̄terea non ita multopoſt a Ferdi-
nādo pari felicitate ad Troyam apulie op
pidum: q̄ prelio princeps tarentinus ac ple-
riqꝫ alij: qui nouaꝝ rex cupidi gallica ſeq̄-
bantur arma: adeo ſunt p̄territi: vt ſuppli-
ces a rege pacē petētes in eius amiciciā re-
dierint fere oīs p̄ter paucos: quos poſtea
rex bello inſecutus: aut regno expulit: aut
ad ſanitatem redegit. Pius aūt duobꝰ ma-
ximis ac grauiſſimis bellis liberatus: expe
ditōem aſiaticam que in mantuano cōuen-
tu regū ac principū ambitiōe ⁊ auaritia fu
erat omiſſa repetit. Socios belli Vngarie
regē: Philippū burgundie ducem ac Vene
tos: ꝙ hi ꝓmptiores ad eam rē eſſe videren
tur ſibi adiūgit. Oratores ⁊ nūcios cū lit-
teris apoſtolicis ad gentes et natōnes chri

ſtianas mittit: qui principes oēs: qui po-
pulos ad tantū bellum tanqꝫ neceſſariū ad
hortarent̄. Jpe interim ſenas ꝓficiſcit̄: itu
rus vbi ei per anni tempus liceret ad bal-
nea Petriolana: que potiſſimū eius egritu
dinem lenire videbant̄. Jbi autē cognoſcit
philippum burgundum: qui ſemet venturū
cum milite ⁊ claſſe vouerat: a tanta pollici
tatione deſtitiſſe. Jntelligit p̄terea multos
eſſe principes ac populos nō exteros modo
ſed italos quoqꝫ qui ambitione ⁊ liuore rē
tantā diſturbare conarent̄: qꝛ eos viderent
nobiliſſima premia reportaturos: qui tātā
belli molem ſubirent. Hos aūt (vt pontifi-
cem decuit) admonitionibꝰ ad ſanitateȝ re-
ducere conatus eſt. Relictis vͦo balneis ad
vrbem ꝓficiſcitur: vbi vehementi dolore pe
dum et graui febre dies aliquot laborauit:
qua ex re factū eſt vt nonis Junij: quemad-
modum publico decreto enunciauerat: An
cone eſſe nequiuerit. Delinita aūt aliqua ex
ꝑte egritudine. Oratores a rege galloruȝ et
burgundie duce veniētes: eiuſqꝫ moram ex-
cuſantes audit. Vocatis deinde ad ſe patri
bus cardīalibꝰ: regi Boemie de fide catho
lica male ſentienti dieȝ dicit. Jnde ab vrbe
diſcedens: ꝑ Sabinos: vmbros: picētes: an
cona lectica iacens defert̄. Jn itinere auteȝ
magnā vim hominū ex germania: Gallia:
Hiſpania venientiū ad bellū thurcis indi-
ctum offendit: quoꝝ magnam partem abſo
lutam peccatis (germanoꝝ potiſſimum) in
patriam remiſit: quod minus idonei bello
gerendo eſſent q̄dqꝫ etiam belli impēſaȝ: vt
in litteris apoſtolicis cōtinebat̄ ſecū nō de-
tuliſſent. Dum claſſeȝ que paſſim in portis
ſuperi inferiqꝫ maris ad tantū bellū fuerat
edificata: dumqꝫ venetoꝝ ducem belli ſociū
ancone expectat: diutina ⁊ lenta febri affli-
ctatus moritur anno ſexageſimoquarto ſu
pra quadringētos et mille. xvij. kalēdas ſe-
ptembris horā circiter terciaȝ noctis: anno
vͦo pōtificatus ſexto diebꝰ ſex minus. Tan
te aūt cōſtantie et fortitudinis fuit: vt tota
egritudine graui quidem et longa occupati
ones intelligēdi cauſas diuerſarum gētiuȝ
audiendi: inhibendi: decernēdi: iudicādi: ſi
gnādi admonēdi: caſtigādi intermiſerit nū-
q̄. Eo aūt die quo e vita migrauit duas ho
ras ante extremū vite ſpaciū p̄res cardina
les ad ſe vocatos ꝯſtāti aīo ⁊ voce nō incon
cinna ad ꝯcordiā in eligēdo nouo pontifice
adhortatus eſt: qbꝰ iteȝ honorē ſummi dei:
dignitatē eccie romane: bellum a ſe in thur
cos ſuſceptū: ſalutē aīe ſue: familiaȝ oēm:

nepotes vͦo maxime ſi ꝯmendatõne dignos
ſe preſtiterint: ꝯſtanti ac graui oratione cõ-
mendauit. Petijt ſponte ſacramẽta om̄ia:
⁊ ſigna integerrimi xp̄iani omnibꝫ in rebꝫ
ꝑ ſe tulit. Preterea vͦo acerrime tū quidem
diſputauit cū laurentio Rouerella epiſco-
po ferrarieñ theologo doctiſſimo: liceret ne
extremā vnctõem iterare: qua ſemel inun-
ctus fuerat: dum baſilee peſtilẽtia grauiſſi
me egrotaret. Orationes canonicas: vt in-
termitteret in tanta animi anxietate: neqꝫ
domeſticoꝝ quidem precibꝫ exorari potuit.
Symbolū athanaſij ꝯſtanter ꝓnunciauit.
⁊ ꝓnūciatū veriſſimū ac ſanctiſſimū eſſe di
xit. Nõ mortẽ exhorruit: nõ ꝑturbatõnis:
aut incõſtãtie: dum ſupremū ſpūm efflaret:
ſignum aliqͦd edidit. Extinctus ꝓfectꝰ ma
gis ꝙ̄ mortuus dici põt: adeo longis egri-
tudinibꝫ maceratus erat: vt corpus ſuū ro
mam deferretur ſuis mãdauit. Affirmant
Polinctores viuaciſſimū cor in homĩe in-
uentū. Funus ancona Romā defert̄: comi-
tãte familia lugubri veſte induta: ac lachri
mis ſqualida. Peractis aūt de more exegiis
in baſilica ſancti petri condit̄ ad altare ſan
cti Andree: ſepulchro franciſci cardinalis
ſenenſis impenſa condito cū hoc epitaphio
Pius ſcd̄s pont. Max. natione tuſcus: pa
tria ſenenſis: gente picolhominea: ſedit an-
nos. vj. Breuis pontificatꝰ ingẽs fuit glo-
ria Conuentū chriſtianoꝝ Mantue ꝓ fide
habuit. Oppugnatoribꝫ Ro. ſedis intra at
qꝫ extra italiā reſtitit: katherinā ſenenſem
inter ſanctas xp̄i retulit: pragmaticā in gal
lia abrogauit. Ferdinãdū aragonenſem in
regnū ſicilie eis fretū reſtituit: rem eccleſie
auxit. Fodinas inuẽti tū vͦo aluminis apͦd
Tolfam inſtituit cultor iuſticie ⁊ religiõis.
Admirabilis eloquio: vadens in belluꝫ qͦd
Thurcis indixerat Ancone deceſſit: ibi et
claſſem paratā: et ducẽ venetoꝝ cū ſuo ſena
tu ꝯmilitones xp̄i habuit. Relatus in vrbẽ
eſt patrū decreto: et hic conditus vbi caput
andree apoſtoli ad ſe ex Pelponneſo adue-
ctum collocari iuſſerat. Uix. an. lviij. men.
.ix. dies. xxvij. Collegio at̄ cardinaliū qnqꝫ
et quadraginta milia nūmū aureoꝝ a vecti
galibꝫ eccleſie penſum ob indictuꝫ thurcis
bellū reliquit. Has aūt pecunias cardina-
les et triremes: que tū in portu anconitano
erãt chriſtophero mauro venetoꝝ duci: qui
biduo ante Pij morteꝫ cū triremibꝫ vnde-
cim applicuerat: ꝯmittunt his ꝯditionibꝫ vt
nauigijs ꝓ eoꝝ arbitrio bello nauali vtẽnt̄
pecunias vͦo ſtipendij nomine ad mathiaꝫ

Ungaroꝝ regẽ mitterẽt bellū aſſiduo cum
thurcis gerẽtẽ. Mortuus eſt vir fortitudis
certe: ac prudẽtie ſingularis: et qui non ad
ociū: ad ſegniciẽ: ſed ad res agẽdas ⁊ maxi
mas quidẽ natus videbatur. Augere maie
ſtatem pontificis conatus eſt ſemꝑ. Nõ re-
ges: nõ duces: nõ populos: nõ tyrãnos in ſe
aut eccleſiaſticū quẽpiaꝫ delinquẽtes bello
cenſuris interdictis: execratõnibꝫ perſequi
prius deſtitit: ꝙ̄ eos ad ſanitatem rediſſe co
gnouerit. Lodouico aūt regi gallorū aduer
ſatus eſt: ꝙ libertatẽ eccleſie minuere cona
retur: cū ab eo antea pragmaticam eccleſie
romane ꝑniciosiſſimā peſtẽ extorſiſſet. Bor
ſio duci mutinenſi minatus eſt: ꝙ ipſe roma
ne eccleſie cenſuarius: et Sygiſmūdo mala
teſte hoſti eccleſie: ⁊ rebus gallicis faueret
Sigiſmūdū vͦo auſtrie ducẽ grauiſſimis cẽ-
ſuris ꝓſecutus. ꝙ Nicolaum cuſanum car
dinalem ad vincula Petri cepiſſet: ac com-
prehenſum aliq̄ꝺiu in carcere detinuiſſet.
Dieterū hyſemburgenſeꝫ Maguntinū an
tiſtitem male de eccleſia romana ſentienteꝫ
ſede depulit: inqꝫ eiꝰ locū alteꝝ ſuffecit. Be
neuentanū archiep̄m contra eius volunta-
tem res nouas molientem: beneuentumqꝫ
gallis prodere conantẽ: archiep̄atu mouit.
Franciſcū copinū plus auctoritatis cū ma
gna ꝑnicie ⁊ clade hoīm in legatõe britãni-
ca ſibi vindicantẽ: ꝙ̄ ei a ſede ap̄lica cõceſ-
ſum fuerat: ep̄atu Interamnenſi priuauit.
Taracinū beneuentū: Soram: Arpinū: ac
magnā ꝑtem Hernicorum (que nunc Cam-
pia vocatur) in deditõnem eccleſie redegit.
Nil regibꝫ: nil ducibꝫ: nil populis timore ⁊
auaricia conceſſit vnq̄. Quoſdam vͦo ſeue-
riſſime arguit: ꝙ ea peterent que ſine eccle-
ſie detrimẽto et eius ignominia fieri nullo
modo poſſent. Tantum terroris dominis
quibuſdam italicis preſertim iniecit. vt of-
ficio et fide nil antiquius ducerent. Ut ho-
ſtes publicos ꝯſtãter ꝓſecutꝰ eſt: ſic amicos
hūaniſſime: ac officioſiſſime fouit. Federi-
cū romanoꝝ imꝑatorẽ. Mathiā vngaroꝝ
regẽ: Ferdinãdū alphonſi filiū: Philippum
burgundū: franciſcū Sforciā: lodouicū gõ
zagā vehementer dilexit. Duodecim cardi
nales ſuo põtificatu veteribꝫ addidit: Rea-
tinū Spoletinū: Tranẽſem alexandrū: ſa-
xoferratẽſem: bartholomeū rouorellā: iaco
bū lucẽſem: franciſcū laodomie ſororis ſue
filiū. frãciſcū Gonzagā lodouici pͥcipis fi
liū. Hi oẽs italici ſūt habiti. Ex trãſalpi-
nis ſalſeburgẽſeꝫ. lodouicū librettū. atreba-
tẽſem. vxgelẽſem. Uiuẽdi aūt rõnem ita pa-

tiebatur: vt ocij et deſidie accuſari nullo mo-
do poſſet. ſurgebat mane aurora illuceſcente
et habita ratōe valitudinis: ac re diuina ca-
ſte ⁊ pie facta ad negocia pͤblica ſtatim egre
diebatur. Functus officio ac ꝑ ortos recreā-
di aī gratia delatus prādebat. Medіocri ci-
bo vtebatur: nō exquiſito et lauto. Cibos ra
ro ſibi apparari iuſſit: qđ apponebat̄ hoc ede-
bat. Uini parciſſimus: dilutiqꝫ ac lenis ma-
giſq̄ auſteri amator. Sumpto cibo dimidiū
hore cū domeſticis: aut fabulabat̄ aut diſpu
tabat. Cubiculum deinde ingreſſus cuꝫ pau
lulū geniſſet horis canonicis de more repeti-
tis tādiu legebat: aut ſcribebat. donec ei per
munera publica licuiſſet. Idē faciebat noctu
qđ die pt⁹ cenā: nā et legebat ⁊ dictabat vſqꝫ
ad multā noctē i lecto iacēs: nec ampli⁹ q̄ ho
ris qnqꝫ aut ſex qeſcebat. Hō fuit ſtature bre
uis: caput habuit ante annos canū: faciē an
te dies ſenectam pre ſe ferentem. Aſpectu ſe
ueritatem facilitate conditā oſtendebat. Cir
ca cultum corporis neqꝫ moroſus neqꝫ negli
gens: laboris patiens habebatur. Sitim eq̄
animo et famem tolerauit. Robuſtuꝫ ei cor-
pus natura dederat: quod tamen longe pere
grinatōnes: et crebri labores: frequentes vi-
gilie attriuerant. Accedebāt morbi eius fa-
miliariſſimi: tuſſis calculus ⁊ podagra: qui-
bus ita perſepe cruciabat̄: vt preter vnicā vo
cem nil ei quare viuus dici poſſet relictuꝫ vi
deretur. Aditu etiam dum egrotaret facilis
erat: verborum parcus: inuitus petita nega-
uit. Pecuniarum quantum collegit tantum
erogauit: quarum neqꝫ ſtudioſus neqꝫ aſꝑ-
nator fuit. Dum numerarent̄: dum repone-
rentur intereſſe nunq̄ voluit. Fouere ingenia
ſuoꝝ temporum nō eſt viſus: q̄ tria grauiſſi-
ma bella ab eo ſuſcepta erarium pontificiuꝫ
ita continuo exhauſerāt. vt ere alieno: ac ma
gno quidem ſepe premeret̄. Multos tamen
muneribus aulicis ⁊ beneficijs eccleſiaſticis
iuuit: litteratos dico. Orantes aut poemata
recitantes libenter audiuit: eorūqꝫ iudicio q
aliquid ſapere viderentur: ſua ſcripta cōmi-
ſit. Mendaces et delatores odio habuit: irā
facile collegit: collectam faciliime repreſſit:
Laceſſentibꝫ eum conuicijs ⁊ dictis petulan
tioribꝫ conſtanter ignouit: niſi ſedi apoſtoli-
ce facta eſſet iniuria. cuius dignitatem adeo
acriter tutatus eſt ſemꝑ: vt ei⁹ cauſa magno
rum regum ac principū graues inimicitias
freq̄nter ſuſcepit. Erga domeſticos mera co-
mitate et facilitate vtebatur. Nam quos vel
inſcicia: vel ignauia deliquiſſe deprehēdiſſet
paterna caritate admōebat. Male de ſe opi-
nantes vel loquentes cohercuit nunq̄: libere
eñ in libera ciuitate loqui omnes volebat.
Querenti neſcio cui apud eum: q̄ male audi
ret: reſpōdit de me quoqꝫ qui male ſentiant:
ſi in campum flore ꝓficiſceris multos audi-
es. Siquando celum romanum tanq̄ natu-
re ſue cōtrariū ⁊ inſalubre mutare ꝯſtituiſſꝫ
eſtate precipue: aut Thybur: aut Senas in
patriam ꝓficiſcebatur. Seceſſu aūt abbatie
mire delectabatur: que in agro ſenenſi: tum
amenitate loci: tum opacitate ſiluarum mi-
ra refrigeratō eſtate habet̄. Frequētauit ma
ceratana ⁊ petriolana balnea valitudis cā.
Rara veſte vtebat̄: et argento frugali magiſ
q̄ regio. Eius eñ voluptas omnis quādo a
munere publico vacabat in lectōne et ſcripti
one frequenti repoſita erat. Libros pluſq̄
zaphiros ⁊ ſmaragdos caros habuit: quibꝫ
chriſolitaꝝ magnā copiā ineſſe dicebat. Mē-
ſam aūt artificioſam ita ꝯtempſit: vt ad fon-
tes: ad nemora: ad loca agreſtia delatus: que
ſepe frequētabat animi cā: nō apparato pon-
tificio: ſed humili ac ꝑpe ruſticano ſit vſus.
Hāc eius crebram locoꝝ mutationē nō defu
ere: qui caperent ex aulicis maxime: q̄ id nū
q̄ ab alijs pontificibꝫ factū eſſet: niſi aut bel-
lo aut peſte vrgente. Horuꝫ aūt querelas cō
tempſit ſemꝑ: q̄ diceret: nil ob eā rem a ſe ꝑ-
termitti: qđ ad dignitatem pontificatus ad
vtilitatem aulicorum pertineret. Signabat
oībꝫ in locis: audiebat: cenſebat: rn̄debat:
affirmabat: refellebat: quibꝫ ex rebꝫ q̄uis eti
am in loco abunde oībꝫ ſatiſfieri poterat.
Non libenter ſolus ꝯmedebat. Hanc ob rē:
vel ſpoletinū cardinalē vel tranenſem vł pa-
pienſem in ꝯuiuiū adhibebat: inter cenandū
de ſtudijs bonaꝝ artiū loquebat̄: memoriaꝫ
veterū repetebat: et quid quiſqꝫ laudis: vł di
cēdo vel ſcribendo cōſecutus eſſet: exquiſito
iudicio oſtendebat. Ad virtutē ſuos frequen
ter adhortabat̄ a vicijs deterrebat: cū eoruꝫ
res geſtas ꝯmemoraret: q in vita recte aut ꝑ-
perā egiſſent. Auguſtio patricō lectore vſus
eſt: a q̄ etiā (dū ipi dictabat) deſcribebantur
oīa: ſales interdū libēter audiebat: negocijs
preſertim vacuus. Florentinum quendam
interdū adhibebat (cui greco nomen eſt) ho-
minem certe cuiuſuis mores: naturā: linguā
cū maximo oīm q audiebāt riſu facile expri-
mentē. Hō fuit verus: integer: aptus: nil ha-
buit ficti: nil ſimulati. Chriſtianā aūt religi-

onē ita coluit ⁊ obſuauit vt oēm ꝓrſus ypo
criſis ſuſpicionē a ſe remoueret. frequēter cō
fitebatꝛ ⁊ commūicabat. Rē diuinaꝫ aut ipe
faciebat. aut dū fieret obſeruatis de more ce
remonijs oibꝫ aſtabat. Sōnia: portēta ꝓdi
gia ꝯtēpſit ſp. Fulgura ꝓcurauit nunꝗ̄. Ge
omātibꝫ ⁊ ceteris id genus nullā fideꝫ adhi
buit. Timiditatis ⁊ incōſtātie ſignū nulluꝫ
in hoīe cognitū. extolli ſecūdis rebꝫ: ⁊ ꝑtur
bari aduerſis nunꝗ̄ viſus ē. Suos plerūqꝫ
vt timidos ⁊ formidoloſos rephendit: q̄ ac
ceptas clades (vt in bello ꝯtingitꝛ) apte ei de
nunciare vererentꝛ. Incōmodis em̄ cōſilio et
manu mederi poſſe dicebat: ſi id ad tp̄us q̄d
accidiſſet ſcitū foret. Socios belli: vł magni
tudine impēſe: vel hoſtiū potētia ꝑterrit⁹ de
ſeruit nunꝗ̄. Bella ſuſcepit inuitus: tm̄ ⁊ mł
tis ac maximis iniurijs laceſſitus ꝓ tutela ec
cleſie ꝓ defenſione religionis. Edificādi ſtu
dio vehemēter delectatus eſt. Impēſa enim
ſua ſcale templi ad vaticanū vetuſtate colla
pſe inſtaurate. Veſtibulū ediū ad dignitatē
et tutelā loci munitū. Areā ꝓ templi foribus
ruderibꝫ purgatā ſternē parabat. Porticuꝫ
vnde pōtifex populo benediceret inchoaue
rat. Tybure arcē ꝑfeciſſe pulcꝗ̄ inchoaſſe vi
ſus eſt. Senis quadrato ſaxo gentilibꝫ ſuis
porticū faſtigiatā ⁊ ornatiſſimam extruxit.
Corſiniani q̄d pientiā a pio noīe in pontifi
catu accepto appellauit: ciuitatēqꝫ: fecit tem
plū teſtudineū celebre: id quideꝫ ⁊ ornatiſſi
mas edes extruxit. Sepulchrū marmoreum
patnis matniſqꝫ oſſibꝫ ſenis in tēplo beati
franciſci ſuo iuſſu ꝯdituꝫ h̄ diſticho notauit.
Syluius hic iaceo ꝯiunx: victoria mecū eſt:
Filius h̄ clauſit marmore papa pius. Qua
tuor habuit ex ſorore nepotes: ex his duo mi
nores natu eius grā et auctoritate a rege hiſ
pano eq̄ſtri ordini ſunt additi. p̄mus cui fer
dinand⁹ rex filiā i mr̄imoniū locauerat. dux
Amalphitan⁹ creatꝛ. Scd̄s: quē (vt antea di
xi) Pius in numeꝝ cardinaliū retulit: tanta
cū integritate ⁊ virtute adhuc viuit: vt in eo
nil ſit regrendū: q̄d ad ampliſſimū viruꝫ ꝑti
neat: ingenio. moribꝫ. ſolertia. religione. mo
deſtia. grauitate. Ad piū redeo: q in tāto re
rū faſtigio collocat⁹. iraꝝ ſtudiū intmiſit nū
ꝗ̄. Adoleſcēs: et nōdū ſacris initiat⁹ poema
ta edidit. laſciuie magis ⁊ feſtiuitati accōmo
data. q̄ preſſa et grauia. Surgit tn̄ nō vnꝗ̄:
et dū iocatꝛ mordacitate nō caret. Extāt eius
epigrāmata referta ſalibꝫ. Ad tria milia va
rioꝝ v̄ſuū ſcripſiſſe dꝛ q̄ꝝ ps magna baſilee
perijt. Orōni ſolute reliq̄ vita ſe totū dedit:
magnitudine reꝝ inuitat⁹. Delectatus ē etiā
mixto ſcribēdi genē: et ad philoſophādū ap
tiore. libros in dyalogo edidit: de ptāte ꝯcilij
baſilienſis. de ortu nili: de ſtudio venandi. de
fato: de p̄ſciētia dei: de hereſi bohemoꝝ. Reli
qt dyalogū impfectū ꝯtra thurcos inchoatū
ꝓ defenſione fidei catholice. Epłas digeſſit i
tpa: et q̄s ꝓphan⁹: q̄s ſacris initiat⁹. q̄s an
tiſtes. quas pontifex maximus ſcripſerit. vo
luminibꝫ ſepat. His reges. natōes. ciuitates.
principes atqꝫ oīe genus hoīm ad religiōis
arma incēdit. Extat ei⁹ epła ad thurcū. q̄ ho
minē adhortatꝛ: vt p⁹ habita mahometana ꝑ
fidia vaꝫ xp̄i ih̄u religionē ſeq̄tꝛ. Libellū edi
dit de miſeria aulicoꝝ. Scripſit etiā de inſti
tutōe artis grāmatice ad Ladiſlaū adoleſcē
tē vngaroꝝ regē. Orōes circiter duas ⁊ xxx.
habuit ad pacē regū. ad ꝯcordiā pricipū. ad
tranqllitatē natōnū. ad defenſionē religiōis
ad quietē totius orbis terraꝝ ſpectātes. bo
hemicā hiſtoriā ꝑfecit. auſtralē impfectā reli
qt. Aggreſſus ē hiſtoriā reꝝ vbiqꝫ locoꝝ ſua
etate geſtaꝝ. quā negocioꝝ multitudie opp̄ſ
ſus impfectā reliqt. Cōmētarioꝝ de rebꝫ a ſe
geſtis libros duodeci ſcripſit. terciūdecimuꝫ
inchoauit. Scribēdi genus lene ē ac tpatū.
Cōtiones hꝫ ſplēdidas ⁊ rei accōmodatas.
Mouet affect⁹. ac eos deniqꝫ ſedat. Cādorē
⁊ ornatū orōis nūꝗ̄ intmittit. Deſcribit ap
poſite ſit⁹ ⁊ flumina. Varios ꝓ tpe ſumit elo
quētie vult⁹. Cognitōeꝫ reꝝ antiqꝝ nō omit
tit. Nulli⁹ oppidi occurrit mentō. cuius ori
ginē nō repetat. ſitū non notet. Qui duces q̄
etate claruerint diligētiſſime ꝑſcribit. Mi
mos etiā ad voluptatē notauit. Snīas in ꝓ
uerbij modū reliqt mł̄tas. q̄ꝝ ptē aliquaꝫ q̄
ad inſtitutōem hūane vite ꝑtinere viſe ſūt. ſb
iungē inſtitui. Diuinā naturā credēdo meli⁹
q̄ diſputādo intelligi ac ꝯphendi poſſe dice
bat. Omnem ſectā auctoritate firmatā huma
na ratōne carere. Chriſtianā fidē etiā ſi mira
culis nō eſſet approbata honeſtate ſua recipi
debuiſſe. Vnius diuinitatis tris eſſe pſonas
nō q̄ ratōne ꝓbetꝛ: h̄ a q̄ dicatꝛ aīaduertenduꝫ
Mortales mēſores celi ⁊ terre audaces ma
gis videri q̄ veros. Sideruꝫ inueſtigare cur
ſus: pulchrius eſſe q̄ vtile. Amicos dei ⁊ hac
futura perfrui vita ſine virtute nulli ſoliduꝫ
eſſe gaudium. Neqꝫ auarum pecunia. neqꝫ
doctum cognitione rerum vnꝗ̄ repleri. cui
plura noſſe datum eſt cum maiora ſequi du
bia. Plebeis argenti. nobilibus auri. princi
pibus gemmaꝝ loco litteras eſſe debere. Bo
nos medicos nō pecuniā. h̄ bonā valitudinē

egroti querere. Artificioſam orationem ſtultos nō ſapiētes flectere. Sanctas eſſe leges q̄ vagāti frena licentie imponūt. In plebem vim hr̄e leges: in potētes mutas. Res grauiores armis: nō legibus diffiniri. Urbanus ſuā domū ciuitati: ciuitatē regioni: regionē mūdo: mūdū deo ſubijcit. lubricū eſſe primum apud reges locū. Ut in mare flumia oia: ſic vicia i magnas aulas fluē. Aſſentatores maxime q̄ volūt reges ducere. Nulli magis prīcipes aures: q̄ delatori p̄ſtare. Peſſimā regibꝫ peſtē adulatoris linguā. Regē q nulli fidit inutilē eſſe: nec meliorē: qui omibꝫ credit Qui mltos regit: a mltis regat̄ oportet. Nō eſſe regio noīe dignū: q ſuis cōmodis publica metit̄: neqꝫ q ſacra negligit eccleſie ꝓuentū: neqꝫ regē qui iuridicūdo nō aſſidet: vectigalia digna petere. Litigatores aues forū: areā: iudicē: rethe: patronos: aucupes dicebat. Dignitatibꝫ viros dandos: nō dignitates hoibꝫ. Magiſtratus alios mereri ꝛ non habere: alios habē et nō mereri. Graue pōtificis onus: ſꝫ beatū ei qui bene fert. Indoctū ep̄m aſino ꝯpandū. Corpa malos medicos: aīas impitos ſacerdotes occidere. Uagū monachū dyaboli mancipiū eſſe. Uirtutē clerū ditaſſe: vicia pauperē facere. Sacdotibꝫ magna ratōne ſublatas nuptias maiori reſtituēdas videri. Fideli amico nullū theſaurū anteferendū. Uitā amico inuidiā morti ꝯpandā. Hoſtē in ſe nutrire: q nimis filio ignoſcit. Nulla in re auarū placere hoibus: niſi in morte. Uicia hominū liberalitate obtegi: nudari auaricia. Mēntiri ſeruile vicium eſſe: Uini vſum et labores et morbos auxiſſe mortalibꝫ. Uinū qđ mentē excitet: non qđ obruat ſumendū. Libidinē etatē om̄ē ſedare: ſenectutē extinguere. Quietā vitā non aurum ipm nō gēmas prebere. Dulce bonis durū iniqs mori. Generoſā mortē turpi vite oim phoꝝ ſententia anferendā. Hec ſunt fere: q̄ de vita pij pontificis ſcribi pn̄t. ad cuius laudes hoc etiā addo: q̄ et beatā katherinā ſenenſē in ſanctas retulit: caput ſancti Andree e pelopōneſo a principe loci Romā auectū ſancto petro cū maxima veneratōne. cunqꝫ ſupplicatōnibꝫ cleri populiqꝫ romani in ſacello ad id fabricato collocauit: repurgato templo eo loci potiſſimū: dimotiſqꝫ quorūdam pontificū et cardinaliū ſepulchris: que baſilicā ipam temere occupabant.

## Paulus. ij.

PAulus ſecundus: Petrus barbo antea vocatus: p̄ria venetus: p̄re Nicolao: m̄re polixena: ſcti marci p̄ſbr cardinalis: pridie kal. ſeptembris pōtifex creat̄. M.cccc.lxiiij. Is em̄ eugenij pontificis ex ſorore nepos: adoleſcēs adhuc iturus in mercaturā erat: que apud venetos in p̄cio eſt. et a ſolone nō improbat̄: ꝛ iā ſcriniū et arma in triremes detulerat: cū ei nunciatū eſt Gabrielē cōdelmeriū auunculū ſuū pōtificē creatū eſſe. Subſtitit itaqꝫ adhortantibus amicis ꝛ frē Paulo barbo maiore natu ac litteris: licꝫ iā adultus eſſet: opam dedit: p̄ceptore vſus iacobo ricionio: q diligētiā homis ea in re laudare cōſueuerat. Habuit et alios preceptores nec tñ ob etatē admodū ꝓfecit: quos oīs preter ricionē: dū pontifex eſſet. dignitate et facultatibꝫ honeſtiores reddidit: oſtēdens p eos nō ſtetiſſe: quo minus doctior euaderet. Paulus aūt barbo magni aī ac prudentie vir: cognita fratris natura: que potius quietē q̄ negocia appetebat: Eugenium rogat (nam florentiā vidēdi hoīs cauſa venerat) vt petrum ad ſe vocet initiatūqꝫ ſacris in aliquo dignitatis gradu collocet. Uocatus itaqꝫ petrus archidyaconatū bononiēſem. ac nō ita multo poſt ep̄atum Ceruie cōmēdatōe adeptꝰ: ꝓthonotarius ab auūculo creat̄: ex his potiſſimū q emolumentoꝝ ꝑticipes ſunt. His aūt facultatibꝫ aliq̄t annis vitam ducens: tandē vna cū alouiſio patauino medico: quē poſtea patriarcham ꝛ camerarium appellarūt: cardinalis ab Eugenio creat̄ inſtantibꝫ quibuſdā eugenij familiaribus: vt hr̄ent quē alouiſij potētie interdū obijcerent: inter quos poſtea tāta ſimultas fuit: vt nuſq̄ maiore odio certatū ſit: his etiā diſcordias alentibꝫ: qui ſeditionibꝫ ali ꝛ augeri ꝯſueuerāt. Dolebat em̄ petrus primū locū apud eugeniū ſibi ſubripi: cū nepos eſſet: cūqꝫ etiam patricius venetꝰ. Hāc ob rē inimicicias nō vulgares exercuit cū franciſco condelmerio vicecancellario ex amita Eugenij nato: q̄ deinceps mortuo totū ſe in p̄riarchā vertit licet ſepius intercedētibꝫ amicis in grām redijſſent ſimulato aīo. Hāc ob rē ſub diuerſis pontificibus ita inter ſe mutuis odijs certarūt. vt alter alteri ñ pepcerit: ſiue facultates ſiue dignitatē inſpicias. Jactata ꝛ inter eos varia ꝓbra ſunt: q̄ ꝯſulto p̄tereo: ne maledicis fidē p̄ſtitiſſe videar. Mortuo aūt eugēio cū in eius locū Nicolaꝰ qntus ſuffectus eſſet: tantū apud hoiem grā et blanditijs valuit: vt ꝛ primū ipe locū e natōne ſua apud eū tenuerit: fratre nicolai hoiem adiuuāte: et ita

Nicolaũ animauerit: vt camerarij dignitatẽ
Alouiſio diminueret. Erat eñ petrꝰ barbo
natura blandus: arte humanus vbi opus
erat. Preterea vero eo indignitatis plerũqꝫ
deueniebat: cũ precãdo: rogãdo: obteſtãdo:
qđ vellet ꝯſeq̄ nõ poſſet: vt ad faciendã fideʒ
precibꝫ lacrimas adderet. Hanc ob rem Pi
us pontifex hominẽ mariam pientiſſimã ap-
pellare interdum ꝑ iocum ſolebat. His quo
qꝫ artibꝫ apud Caliſtuʒ vſus eo perpulit ho
minem: vt Alouiſium cum triremibꝫ in thu-
cos mitteret: oſtendens hõis amplitudinẽ
huic tante rei maxime conuenire: cum al's et
exercitus ductaſſet: et ditioneʒ eccleſie ab ho
ſtibus conſtanter tutatus fuiſſet. Hac demũ
moleſtia liberatus petrus: Caliſtũ deinceps
ita in ſententiã ſuam ſemꝑ traxit: vt donec vi
xerit nullius magis q̃ huius cõſilio ſit vſus
Facile preterea quicquid volebat a pontifi-
ce impetrabat: ſua vel amicoꝝ cauſa. Erat
enim propenſior in amicos: ⁊ quos in clien-
telam ſuſceperat quibuſcunqꝫ rebus poterat
iuuabat ac conſtantiſſime tuebatur. cum a-
pud vnumquenqꝫ magiſtratum: tum vel ma
xime apud pontificem. Tante preterea hũa-
nitatis fuit: vt in egritudinibꝫ curiales ipſos
qui aliquo in precõ erant inuiſeret: ⁊ quibuſ
dam remedijs adhibitis eos ad valitudineʒ
adhortaretur. Semper enim domi habebat
vnguẽta Venetijs auecta oleum tyriacam et
cetera id genus: que ad curandam valitudi-
nem faciunt. Ex his aliquid ad egrotos mit-
tebat. Curabat item vt vni ſibi magiſq̃ alte-
ri egrotantium teſtamenta committerentur
que poſtea ex arbitrio ſuo partiebatur: et ſi
quid inerat quod ad rem ſuam pertineret. fa
cto tamen ſub haſta precio id ſibi pecunia vi-
dicabat. Romanorum vero quorundam ami-
cicia delectatus eſt: quos ſepe in conuiuium
adhibebat: tum ad iocum: tum ad riſum: quẽ
et Priabiſius ſuus ⁊ franciſcus Malacaro
ſalibus: mimis: dicterijs: ſcõmatibus frequẽ
ter nõ ſine vrbanitate excitabant. His quidẽ
artibus effecerat: vt tum ciuibus romanis:
tum aulicis ipſis carus eſſe putaretur. Prete
rea aũt ne domi tantum poſſe videretur: fo-
ris etiam auctoritatem ſibi comparare anni
xus eſt. Nam et in Hernicos (quam nũc cã-
paniam romanam vocant) profectus eſt ad
populos quoſdam ſedandos: qui de finibus
contendebant: et litem componere inter co-
mitem Auerſe ⁊ Neapolionẽ vrſinum cona-
tus paulum abfuit quin turpiter captus: in
vincula conijceretur: adeo in eũ comes auer-
ſus ob quandam verborum licentiam: male
animatus erat. Re itaqꝫ infecta abiens ho-
mini ſemper aduerſatus eſt. Mortuo deinde
caliſto i eiuſqꝫ locũ pio ſuffecto: cũ ꝑmutare
epatũ vincẽtinũ i patauinũ inſtãdo acerbe ni
miũ: rogãdoqꝫ anniteret: et Pij põtificis et
venetoꝝ irã adeo incurrit: vt et Paulũ frem
ſenatorio munere amouerint: ⁊ ei interdixe-
rint. q̊ minꝰ alioꝝ beneficioꝝ ꝓuentibꝫ poti
ret: niſi ſniaʒ mutaret. Hãc ob rẽ indignatꝰ
hõ vlciſcẽdi tp̄s obſeruãs: interim acerbe ni-
miũ in eos inuehebat. ꝑ q̊s ſtetiſſet quo minꝰ
voto potiretur. Mortuo aũt Pio in eius lo
cũ ip̄e ſuffectus: ſtati vbi magiſtratũ inijt: ſi-
ue q̄ ita pollicitus erat: ſiue q̄ Pij decreta et
acta oderat. Abbreuiatores oẽs q̊s pius in
ordinẽ redegerat tãq̃ inutiles ⁊ indoctos (vt
ip̄e dicebat) ex auctorauit. Eos eñ bonis et
dignitate indicta cã ſpoliauit. quos etiã ꝓ-
pter eruditõem ⁊ doctrinã ex toto orbe terra
rũ ꝯqſitos magnis pollicitationibꝫ ⁊ p̄mijs
vocare ad ſe debuerat. Erat q̄dẽ illud collegi
um refectũ bonis ac doctis viris. Inerãt di-
uini atqꝫ hũani iuris viri ꝑitiſſimi. Inerãt
poete et oratores pleriqꝫ: q̄ certe nõ minus or
namẽti ipi curie afferebãt: q̃ ab eadẽ accipe-
rẽt: q̊s oẽs paulus tanq̃ inqlinos ⁊ aduenas
poſſeſſione pepulit: licʒ emptoribꝫ cautũ eẽt
lr̄is ap̄licis. cautũ etiã fiſci põtificij auctori-
tate: ne q̄ bona fide emiſſent e poſſeſſione ho
neſta ac legittima deijcerent. Temptarũt tũ
hi ad q̊s res ip̄a ꝑtinebat hoiem e ſententia
dimouere. Atqꝫ ego certe q̄ hoꝝ de numero
erã rogãdo etiaʒ vt cã ip̄a iudicibꝫ publicis
(q̊s rote auditores vocãt) ꝯmitteret. Tũ ille
toruis oculis me aſpiciẽs: ita nos inq̄t ad iu
dices reuocas? Ac ſi neſcires oĩa iura i ſcri
nio pectoris nr̄i collocata eſſe? Sic ſtat ſentẽ
tia inq̄t: loco cedant om̄es: eant q̊ volunt: ni-
hil eos moror: pontifex ſum: mihiqꝫ licet pro
arbitrio animi alioꝝ acta ⁊ reſcindẽ ⁊ appro
bare. Hac vero tã inimici ſnia accepta: vt lapi
dẽ imobilẽ volueremꝰ obuerſabamur. ⁊ fru-
ſtra q̄dẽ die ac noctu in foribꝫ aule viliſſimuʒ
etiã quẽqꝫ ſeruũ rogãtes: vt nobis allog pon
tificẽ liceret. Reijciebamur nõ ſine ꝯtumelia
tanq̃ aqua ⁊ igni intẽdicti ac ꝓphani. Hac
aũt diligentia viginti ꝯtinuis noctibꝰ vſi ſu-
mus: nihil enim fere niſi noctu agebat. Ego vero
tãta ignominia excitus. qđ mihi ac ſocijs me
is coram non licebat. id agere ꝑ litteras in-
ſtitui. Scripſi itaqꝫ ep̄lam his ferme vbis:
ſi tibi licuit indicta cauſa ſpoliare nos empti
one nr̄a iuſta ac legittima. dʒ ⁊ nob̄ licere ꝯq̄
ri illatam iniuriam iniuſtamqꝫ ignominiaʒ.
Reiecti a te ac tam inſigni cõtumelia affecti
dilabemur paſſim ad reges. ad principes.
coſqꝫ adhortabimur. vt tibi ꝯcilium indicãt

ficiendã certos homines delectos et deſcri-
ptos: quorum opera vteretur? niſi forte vel-
lent Glaucum et Petreium fuge ſue comi-
tes: alteros gabinios ac Statilios eẽ. Tuz
Paulus ad vianeſium conuerſus: hic inqt
(me toruis oculis aſpiciens tormento cogẽ-
dus eſt verum fateri: nam coniurandi artẽ
optime nouit. Utinam cõſideratius mecum
egiſſet Paulus: non eñi me ſtatim tormento
ſubiecĩſſet. Nam cum verum cõiectura que-
ritur: nec de facto conſtat in cõiuratõne po-
tiſſimum: et que ante ſuſceptum negocium:
et poſt ſint geſta queritur. Conſideratur vi-
ta coniurantis: conſiderantur mores: ambi
tio: cupiditas tum facultatum tum honorũ
et ſi quid antea dictum: ſcriptum: aut factuz
ſit quod eo tendat. Horum nihil conſidera-
uit Paulus in carcerem nos conijcit. Uez
cuz admoneretur ab his qui bene ſentiebãt
quibuſqꝫ exploratum erat Lucaz totiũ nuſ-
q̃ pedem neapoli mouiſſe. ne tantum tumul
tum cum ſuo diſcrimine concitaret. reuocat
edictum tercio die quo prohemia illis ꝓpo-
nebat. qui lucam reum maieſtatis vel viuuz
vel mortuum in poteſtatem ſuaz redegiſſet
non tamen quadratios fratres. quos ob eã
ſuſpitionẽ ceperat et torſerat: dimiſit. Sub-
eſſe aliquam latentem cauſam videri vole-
bat. ne leuitatis argueretur. Liberatus hoc
metu Paulus. ad nos ſtatim animum adij-
cit. Mittit in arcem hadriani vianeſiuz cũ
Johanne franciſco clugienſi ſanga et ſatel-
lite qui nos quouis genere tormentorũ adi-
gat. ea etiam fateri que nuſq̃ ſciebamus.
Torquentur prima et ſequenti die multi: q̃
rum pars magna pre dolore in ipſis cruciati
bus concidit. Bouem phalaridis ſepulcrũ
hadriani tum putaſſes. adeo reſonabat for-
nix ille concauus vocibus miſerorum ado-
leſcentum. Torquebatur lucidus homo om
nium innocentiſſimus. Torquebatur mar-
ſus demetrius. auguſtinus campanus opti
mus adoleſcens. et vnicum ſeculi noſtri de-
cus. ſi ingenium et litteraturam inſpicias. q-
bus cruciatibus ⁊ dolore animi mortuũ po-
ſtea crediderim. Feſſi tortores nõ tamen ſa-
ciati. Nam ad viginti fere eo biduo queſtio
ni ſubiecerant. me quoqꝫ ad penam vocant.
Accingunt ſe operi carnifices. parãtur tor-
menta. ſpolior. laceror: trudor tãq̃ craſſator
et latro. Sedet vianeſius tãq̃ alter Minos
ſtratis tepetibus. ac ſi in nuptijs eẽt. vel po
tius in cena atrei ⁊ tantali. Homo inquã ſa
cris initiatus. et quem ſacri canones vetãt
de laicis queſtionem habere. ne ſi mors ſub-
ſequatur. quod in tormentis interdum acci
dere ſolet. irregularis (vt eorũ verbo vtar)
et impius habeat̃. Neqꝫ hoc quidem contẽ-
tus. dum penderẽ miſer ĩ ipſis cruciatibꝫ mo
nilia ſange clugienſis attrectans hominem
rogabat. a qua puella donũ amoris habuiſ-
ſet. De amoribus locutus. ad me conuerſus
inſtabat. vt ſeriem coniuratõis vl' fabule po
tius a calimacho confictę explicarem. dice-
rẽqꝫ quid cauſe eẽt. cur pomponius qui tum
venetijs erat. ad me ſcribens patrem ſanctiſ
ſimũ in ſuis litteris appellaret. te inquit põ-
tificem creauerant coniurati omnes? Flagi
tat item dederim ne litteras Pomponio ad
imperatorem. aut ad aliquem xpianum prĩ
cipem ſuſcitandi ſciſmatis. aut cõcilij cauſa
Reſpondeo me nũq̃ conſiliorum calimachi
participem fuiſſe. quippe cũ inter nos ſi mul
tas eẽt haud parua. Neſcire item cur pom-
ponius me patrem ſanctiſſimum appellaret
ſciturum ab eo nam paulopoſt vinctum af-
futurum dicebat. De pontificatu võ non eẽ
cur ſoliciti eẽnt q̃ vita priuata ſemper contẽ
tus fuiſſem. Ad imperatorem võ me nũq̃ lit
teras miſiſſe. nec Pomponij opera ea in re
vſum eſſe. id etiã ab eo ſciturum. Tandẽ võ
delinitus aliquãtulum tot meis cruciatibꝫ
non tamen ſatiatus. deponi me iubet veſpe-
ri maiores ſubiturum. Deferor in cubiculũ
ſemimortuus. nec ita mltopoſt reuocor a q̃-
ſtoribus bene potis et pranſis. aderat ⁊ lau
rentius archiepiſcopus ſpalatrenſis. petĩt
quid mihi colloquij fuerit cum Sigiſmun-
do Malateſta. qui tum in vrbe erat. De lit-
teris inquam. de armis. de preſtantibus in-
genijs. tum veterum tum noſtrorum hominũ
loquebamur. deqꝫ his rebus. que in homi-
nũ colloquia cadere pñt. Minari tuz viane
ſius ac maiores cruciatus ꝓponere niſi verꝫ
faterer. Rediturum ſe die ſequenti. medita-
rer interim vbi eẽm. et qbus cum mihi eſſet
agendum. Reducor iterum ad cubile. vbi tã
tus me repẽte dolor inuaſit. vt vitã cũ morte
cuperẽ ꝯmutare. recrudeſcẽtibꝫ doloribꝫ ob
refrigerata mẽbra quaſſa vehementer ac leſa
Recreabat me tñ ñ parꝫ angeli buſali roma
ni eqtis hũanitas. quẽ anno añ paul9 ĩ car-
cerẽ ꝯiecerat. ob interfectum a marcello filio
frãciſcũ cappociũ. Id ei factum angeli ſuaſu
Paulus dicebat. Angel9 itaqꝫ ac franciſcus
nepos quibus cũ ĩ eodẽ cubiculo diuertebã
quo min9 doloribꝫ ⁊ inedia morerer. ſuis ma
manibus et medelas et cibum mihi affere-

bant. Poſt biduum vͦo Criſtoferus veronen-
ſis Pauli medicus ad me veniens: bono in-
quit animo te eẽ iubet Paulus: ac de ſe bene
ſperare breuiqꝫ liberum futuruꝫ. Sciſcitoꝛ q̄n
id foꝛe ſperaret? Reſpondet homo liber audi
entibus omnibus qui tum aderant: nõ ita ci
to fieri poſſe: ne leuitatis et ſeuitie argueret̃
pontifex: ꝙ illos quos tanto tumulto cõcita-
to cepiſſet ac toꝛſiſſet: ſtatim veluti innoxios
dimitteret. Neqꝫ hoc quidem contentus pau-
lus: quos pauloante ꝯiuratõis et maieſtatis
accerſierat: eoſdem mutata ſentẽtia ob diuul
gatam fabulam hereſeos accuſat. Trahitur
ad vrbem Pomponius venetijs captus: ꝑ to
tam italiam tanq̄ꝫ alter Jugurtha ducit̃ in iu
dicium Pomponi⁹: vir ſimplicis ingenij: ne-
qꝫ cõiurationis neqꝫ alicuius ſceleris conſci-
us. Rogatus cur nomina adoleſcentibus im
mutaret. Ut homo liber erat: quid ad vos i-
quit et Paulum ſi mihi feniculi nomen indo
Modo id ſine dolo et fraude fiat. Amoꝛe nã-
qꝫ vetuſtatis antiquoꝛum pꝛeclara nomina re
petebat: quaſi quedam calcaria: que noſtram
iuuentutem emulatione ad virtutem incita-
ret. Trahitur et Lucillus ad vrbem tãq̄ꝫ re⁹
maieſtatis: qui in ſabinis tetricam illam vi-
tam ducebat: ꝙ ad Campanuꝫ ſcribens: que
littẽ poſtea depꝛehenſe ſunt: Heliogabali cu-
iuſdam amoꝛes repꝛehẽdebat ita occulte tam̃
vt niſi a cõſcio dignoſci res ipa nõ poſſet. Ui
aneſius autem diligens paſtoꝛ ad nos cũ toꝛ-
mentis ſepius rediens: toꝛto etiam petreio ca
limachi comite in fuga compꝛehenſo: ac nihil
confoſſo: ꝙ diceret ebrioſam illam calimachi
collocutõnem nullius momenti exiſtimandã
fuiſſe: omnia oculis colluſtrans: ne refractis
parietibus tanq̄ꝫ Dedali ex alta arce volare-
mus: carcerem ſubterraneũ meditatur: ac fa-
bris ſtatim locat: eoqꝫ conijcit franciſcum an
guillaram Gattaluſium: franciſcum aluianũ
Jacobum ptolomeum quadriennio ante mo-
leſtia carceris maceratos. De libertate nr̃a
interim nullum verbum fiebat. Erat tum im
peratoꝛ in vrbe: voti eñ gratia venerat cum
magno comitatu: quem Paulus magna cum
impenſa honoꝛificentiſſime ſuſcepit: expẽſis
decem et octo milibus nummum aureoꝛum.
Ambos ex mole hadriani ſub eodem pallio
a laterano redeuntes comitante honoꝛato q̃ꝫ
inſpexi. Subſtitit paulus in ponte: donec im-
peratoꝛ equites aliquot crearet. Abeunte de
inde imperatoꝛe: cum iam metu omni libera-
tus eẽt. Nam et equitum et peditum ſuoꝛum
magnam partem in vrbem vocauerat: verit⁹

nequid tumultus a populo romano excitare-
tur: pꝛeſente imperatoꝛe decimo mẽſe poſt ca
ptiuitatẽ noſtram in arcem veniens: ne tan-
tum tumultus fruſtra concitaſſe videret̃: mul
ta nobis obijcit: ſed illud potiſſimum: ꝙ ꝺ im
moꝛtalitate animoꝛuꝫ diſputaremus: tenere-
muſqꝫ opinionem platonis: quam diuus Au-
guſtinus xp̄iane religioni ſimilimam eſſe cen-
ſet: Merito inquit aurelius: cicero deum in-
ter philoſophos platonẽ vocat. qui certe cun-
ctos ingenio et ſapientia ſuperauit. hunc mi-
hi delegi quo cum diſputarem: qui et de vltĩo
hominis fine. et ꝺ diuina natura melius q̄ꝫ ce
teri philozophatur. In dubium inquit Pau
lus diſputando deum vocabatis. Quod qui-
dem omnib⁹ philoſophis et theologis noſtro-
rum tempoꝛum obijci poteſt. qui et animos et
deum et omnes intelligentias ſeparatas di-
ſputandi: ac veri inueniendi cauſa in dubiuꝫ
plerumqꝫ vocant. Preterea vͦo heretici ſunt:
vt ait auguſtinus: qui quod pꝛaue ſapiunt. ꝑ-
tinaciter defendunt. Sanam diſciplinam nũ
q̄ꝫ aſpernati ſumus. quod facere ꝯſueuerunt
(vt ait leo) erroꝛis magiſtri. qui ſeoꝛſum ab
eccleſia ſentiẽtes heretici merito: hieronimo
teſte: ſunt appellati. Ratõem vite mee poſtea
q̄ꝫ ſapere per etatem cepi vſqꝫ ad hec tempoꝛa
reddere vobis poſſum. Nullum mihi facinus
impingi poteſt. nõ furtum. nõ latrocinium. ñ
ſacrilegium. non depeculatus. non parricidi-
uꝫ: non rapina. non ſimonia. Uiri vt xp̄ianũ
decebat. cõfeſſionem et cõmunionem in anno
ſemel pꝛeſertiꝫ intermiſi nũq̄ꝫ. Nil ex oꝛe meo
excidit. quod contra ſymbolum eẽt. aut here-
ſim ſaperet. nõ ſuꝫ imitatus ſimoniacos. car
pocratianos. ophitas. ſeuerianos. alogios.
paulinos. manicheos. macedonios. aliamue
hereticoꝛum ſectam. Preterea vͦo paulus cri-
mini nobis dabat. ꝙ nimiũ gentilitatis ama-
toꝛes eẽmus. cum nemo eo huius rei ſtudioſi
oꝛ eſſet. quippe qui et ſtatuas veterum vndiqꝫ
ex tota vrbe conquiſitas i ſuas illas edes q̃s
ſub capitolio extruebat cogereret. auecto etiã
ex ſancta Agnete beate conſtantie ſepulchro.
fruſtra reclamantibus monachis loci. qui po-
ſtea moꝛtuo paulo ſepulchrum illud poꝛphi-
reticũm a Sixto pontifice repetiere. Pretẽa
vͦo nũmiſmata pꝛope infinita ex auro argẽto
ereue ſua imagine ſignata ſine vllo ſenatuſcõ
ſultu in fundamẽtis edificioꝛum ſuoꝛum mo-
re veterum collocabat: veteres potius hac in
re q̄ꝫ petrum anacletum et linum imitatus.
Cum vͦo noſtra de re inter palatinos epiſco-
pos et duos fratres eſſet aliquando diſcepta-

tum:quorum alter erat ordinis Franciſci
alter Dominici. venerunt fere omnes in
hanc ſententiam: nihil eſſe in nobis quod
hereſim ſaperet. Uerum] cum Paulus in
arcem veniſſet:excluderetur q̃ȝ de induſtria
Franciſcus patronus noſter veritatis aſ-
ſertor:quo liberius Leonardo loqui lice-
ret:eadem dicit que pridie. Rogati ſenten-
tiam qui tum aderant:et ſi ad nutum pon-
tificis aliqua ex parte loquebantur:noſtrā
tamen cauſam leuiorem faciebāt ac pon-
tificem mitiorem reddere conabantur. So
lus autem inter omnes Lelius valle Ro-
manus ciuis et aduocatus conciſtorialis
noſtram cauſam libere tutatus eſt. Confu-
tat omnia que a Leonardo dicta erāt:que-
q̃ȝ partim affirmauerat alter aduocatus
Andreas ſancte crucis. Fit autem interdi
cendum de Academia mentio. Inclamat
tum. M. Barbus ſancti Marci cardina
lis nos non academicos eſſe:ſed fedatores
Academie. Quid turpitudinis autē a no
bis in academiam prodierit certe non vi-
deo:cum nec fures:nec latrones:nec incen
diarij:nec decoctores eſſemus. Ueteres aca
demicos ſequebamur:nouos contemnen-
tes qui in rebus ipſis nil certi ponebant.
Paulus tamen hereticos eos pronuncia-
uit.qui nomen Academie vel ſerio:vel io-
co deinceps cōmemorarent. Juſta eſt hec
ignominia Platoni:ipſe ſe tueat̃. Uolebat
Paulus rebus in omnibus videri acutus
⁊ doctus: volebat item videri facetus:deri
debat fere omēs contemnebat. Interrogat
tum Pomponium hominē irridens.quod
ei a teneris annis nomen impoſuerant pa-
rentes. Reſpondet pomponius ſe binomiū
fuiſſe. Confuſus nouitate rei paulus ſub
ſtitit amplius d̾ nomine q̃rere. Ad me autē
conuerſus in omnem cōtumeliam prorupit
omitto ꝙ mihi cōiurationem:hereſim:ma
ieſtatis crimen obijceret.q̃ omnia iam pur
gata erant.obijtiebat etiaȝ ingratitudineȝ
ꝙ in me licet ingratum officioſus fuiſſet:ſi
ſpoliare homines emptione ſua incognita
cauſa.ſi carcere. ſi tormentis.ſi ignominia.
ſi calumnia afficere beneficiuȝ eſt. Certe er
ga me beneficus et liberalis dici pōt paulꝰ
et ego ingratus.qui tantorum maleficioꝝ
immemor ab vrbe non diſceſſerim.ſuis mā
datis obtemperans.ſuis pollicitatōibꝰ to-
tiens fruſtratus. Abijt inde minabundus:

et ob iram quā tuȝ conceperāt nos vſq̃ȝ ad
integrum annum retinuit. Ita eū credo ii
raſſe quando nos cepit ⁊ in carcerem ꝯiecit
noluit periurus videri. Dimiſſos tandē in
edibus ſuis viginti diebus ita nos retinet:
vt efferre pedem domo non liceret. Uagari
deinde per Uaticanum ſinit. Fatigatus
poſtremo cardinalium precibus liberos tā-
dem nos facit. Uocor nō ita multopoſt lit
teris a Lodouico gonzaga principe Man
tuano ad balnea Petriolana valitudinis
cauſa. quam in carcere dextero humero
debilitatus contraxeraȝ. Eo vt proficiſce-
rer primo vetuit Paulus. ꝙ diceret ſe bre
ui rei mee bene conſulturum. Eo tamen ac
redeo ſpondente reditum meuȝ beſſarione
cardinali niceno viro preſtantis ingenij et
ſingularis litterature. Fidem meam com-
mendat Paulus. ac crebro iactat opti-
mam eius erga me voluntatem. Poſt di-
ſceſſuȝ borſij Eſtenſis.quem ad vrbem cuȝ
magno equitatu venientem magnificentiſ
ſime et laute ſuſceperat. ducemq̃ȝ ferrarie
creauerat.me breui viſuruȝ quo in me ani
mo eſſet. Idq̃ȝ etiam oratoribus tum vene
torum tum ducis Mediolanenſis.qui me
ei commendauerant ſepe pollicitus fuerat
Biennio hac ſpe ductus vel fruſtratus:
potius ire Bononiam inſtitueram cum
cardinali Mantuano eiuſdem ciuitatis
legato.quo minus id facerem vetat Pau
lus. dicitq̃ȝ (ita erat vrbanus et facetus)
me ſatis ſapere et facultatibus potius q̃
litteratura indigere. Sed ecce dum expe-
cto:vt mei tandē tot calamitatibꝰ.tot mal̃
circumuenti miſereatur: pontifex ipſe apo-
plexia moritur ſecunda hora noctis. ſolus
in cubiculo nemine vidente:cum eo die le-
tus etiam conciſtorium habuiſſet pontifi-
catus ſui anno ſexto. menſe decimoquinto
kalendas Auguſti. M.cccclxxj. Fuit autē
in homine quantuȝ ad corpus pertinet ma
ieſtas pontifice digna.erat enim magni ac
vaſti corporis adeo. vt dum ad rem diui-
nam proficiſceretur ſolus emineret. Circa
cultum corporis et ſi moroſus non erat:
nequaq̃ tamen negligens habebatur. Fue-
re etiam qui dicerent eum dum in publicū
prodiret faciem ſibi fucis concinare. De
apparatu pontificio non eſt cur ambigas
maiores ab h̾ vno ſuperatos regno p̄ſerti. ſi-
ue mitrā velis appellar̄e. i quā m̄ltas opes

contulit: coemptis vndiq; ac magnis precijs
adamantibus: ſaphiris: ſmaragdis: chriſoli-
tis: hyaſpidibus: vnionibus: et quicquid gē-
marum in precio eſt: quibus ornatus tanq̄ al-
ter Aron in publicum forma humana augu-
ſtiore prodibat. Inſpici tum ab omnibus vo-
lebat et admirari. Hanc ob rē nonnunq̄ pe-
grinos in vrbe retinuit: intermiſſa oſtenden-
di ſudarij cōſuetudine: quo a pluribus eodē
tempore cerneretur. Preterea vō ne ſolus dif-
ferre a ceteris videretur: publico decreto mā-
dauit propoſita pena: ne quiſpiam bireta coc-
cinea (ita appellāt capitis tegmen) preter car-
dinales ferret: quibus etiā primo pontifica-
tus ſui anno pannum eiuſdē coloris dono de-
dit: quo equos vel mulas ſternerent dum eq̄-
tant. Voluit preterea in decretum referre: vt
Galeri cardinalium ex ſerico coccineo fierēt
ſed id quominus decerneretur vetuere illi q
bene ſentientes diminuendā eſſe eccleſie pom
pam non augendam cum detrimento xp̄iane
religionis predicabant. Ante pontificatū vō
predicare ſolebat: ſi ſors vnq̄ ei contigiſſet:
ſingulis cardinalibus ſingula caſtella ſe do-
naturum: quo vitandi eſtus vrbani cauſa ſece
dere percōmode poſſent. Sed pontificatum
adeptus: nil minus cogitauit: pontificat9 ta-
men maieſtatem tum auctoritate tum armis
augere conatus eſt. Nam Tricaricenſē epi
ſcopum in gallias miſit: qui cognita leodien
ſium et ducis burgundie cōtentōne eos ad cō
cordiam reuocaret: ſublato interdicto quo le
odienſes notati erant ob pulſum iniuria epi
ſcopum ſuum. Verum dum tricaricenſis hec
q̄ accurate agit: vt id ad ſolum pōtificem per
tinere oſtenderet: a leodienſibus cum eorum
epiſcopo capitur. Hanc ob rem dux Burgū-
die inita pace cum Lodouico francie rege (tū
eñ bellum inter ſe gerebant) adiuuāte ipo re-
ge Leodienſes grauiſſimis cedibus pſecut9:
eorum vrbem tandem euertit: et captos epi-
ſcopos liberauit. Preterea vō Paulus cogni
ta regis bohemie perfidia ī hominem Laurē
tio rouerella epō ferrarienſi legato ita vnga-
ros et germanos cōcitauit: vt breui et ſtirpē
Georgij funditus ſuſtulerit: et nomē heretico
rum fuerit deleturus: ni poloni id regnū ad
ſe pertinere dicentes mathiam vngarie regē
tenuiſſent bello laceſſitum: quo minus regno
Bohemie potiretur. Duo tamen bella & qui
dē parua in italia ſuſcepit: que nulla re pri9
repetita bello ſ; inſidijs primo inchoata: po-
ſtea deſeruit. Cū igitur Tolphe veteris do-
minos inſidijs primo: mox armis: cum id nō
ceſſiſſet duce Vianeſio aggreſſus eēt: obſidēt-
q; locum et oppugnaret: ſuperuenientibus re-
gijs copijs: que a bello qd̄ in flamminea ꝯtra
bartholomeum Bergomatem geſtum eē dixi
mus: quo in exercitu vrſini militabant repen
te effuſa fuga obſidionem deſerit: cum ampli-
us ſexaginta milibus paſſuum hoſtes abeſſet
Atq; ita Tolpham poſt longam cōtentionē
qua etiam vrſinos ſibi inimicos ac prope ho
ſtes fecerat: decem et ſeptem milibus nummū
auri emit: familie vrſine potentiam veritus:
que dominis loci affinitate cōiūcta erat. Hiſ-
dem quoq; artibus Robertum malateſtā ſi
giſmundi mortui filium aggreſſus: cum etiā
dolo ſuburbium ariminenſe cepiſſet vrbemq;
aliquādiu oppugnaſſet: Laurētio ſpalatrenſi
archiepō tantum negocij procurantem: ſuper
ueniente poſtea federico comite vrbinati cum
regio ac florentini populi exercitu et obſidio-
nem relinquere coactus eſt: et fuſo turpiter ac
fugato eius exercitu: pacem turpi etiam con-
ditione initam non renuit. Affirmat lauren-
tius potiundi Arimini: opportunitatem amiſ
ſam eſſe: dum auare nimium ſtipendia mili-
tibus perſoluit: dumq; ignoratione rerum et
tarditate ingenij rem ipam que momento tē-
poris colligitur in bello potiſſimum in longū
ducit. Natura eñ in rebus agendis ita ꝑpo-
ſterus Paulus erat: vt niſi fugatus rem quā
tumuis claram et apertam inchoaret: aut in-
choatam perficeret. Quanq̄ ipe iactare ſole-
bat: vt ſibi in multis vſui fuiſſe: cum in pluri-
bus ſi verum fateri volumus ſibi ac romane
eccleſie id admodum nocuiſſet. In colligēdis
aūt pecunijs ita diligens fuit: vt fere ſemper
beneficia et epatus his cōmitteret: qui offici-
um aliquod venale haberent: vnde elici mu-
nus poſſet. Omnia eñ officia ſuo tempore ve
nalia erant: quam ob rem factum eſt: vt q epi
ſcopatum aut beneficium vellet: officiū aliqd̄
emeret: quo lenocinio quod vellet conſequere
tur: ſuperatis cōpetitoribus omnibus doctri
na et probitate vite quouis magiſtratu et ho-
nore dignis. Preterea vō cū epatus vacaret
quo plures annate eodem tempore ſoluerent
digniores: vt ipe p̄dicabat ad vberiores epa-
tus mouens: magnam pecuniarū vim vndi
q; colligebat. Redimendarum quoq; penſio-
num vſum nō improbauit. His aūt pecunijs
interdum etiam ad liberalitatem vtebat. Nā
et cardinales paupes maxime et epos & pri-
cipes ac nobiles domo extores. virgines: vidu
as: egrotos frequenter iuuabat. Curauit itē
vt rome annona ceteraq; ad victū pertinētia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Fd:125

viliuſq̄ antea venderentur. Edificauit etiam
ſplendide ac magnifice tum apud ſanctū mar
cum tum vo in vaticano: quod ad munificen-
tiam pertinet. Venatōnem quoq̄ miro appa-
ratu edidit duci ferrarienſi in campo merule
huic autem ꝓfuit eius ex ſorore nepos. S. Lu
cie cardinalis quem vna cum baptiſta Zeno
altero nepotes cardinales añ creauerat. Adi
re hominem die dormientem: ac noctu vigilā-
tem: attrectantem gemmas et margaritas dif
ficile erat: nec niſi poſt m̄ltas vigilias. ꝙ ſi ti-
bi patuiſſent fores: audire hominem non au-
diri ab homine neceſſe erat. adeo copioſus in
dicēdo habebat. Moroſus erat et difficil': tū
domeſticis tum externis: et ſepe quod promi-
ſerat mutata ſentētia inuertebat. Volebat vi-
deri aſtutus rebus in omnibus: hanc ob rem
perplexe nimium interduꝫ loquebatur. Qua
re amicicias principum ac populorum non
diu ſeruauit: ꝙ variarum partium haberetur.
Varia ciborum genera ſibi apponi volebat: ⁊
peiora queq̄ ſemꝑ degustabat. Cl⁻mabat in-
terdum niſi que expetebat ex ſententia ei ap-
poſita fuiſſent. Bibaciſſimus quidem erat. ſꝫ
vina admodum parua ⁊ diluta bibebat. Pe-
ponum eſu cancrorum paſtillorum: piſcium:
ſuccidie admodum delectabatur. quibus ex
rebus ortam crediderim apoplexiam illam q̄
e vita ſublatus eſt. Nam duos pepones ⁊ qui
dem ꝑgrandes comederat eo die: quo ſequen-
ti nocte mortuus eſt. Juſtus tamē ē habitus
et clemens. Pleroſq̄ aūt latrones pena carce
ris ad ſanitatem redigere conatus eſt fures:
parricidas: perfidos: periuros. Humanitatis
aūt ſtudia ita oderat ⁊ ꝯtemnebat: vt eius ſtu
dioſos vno nomīe hereticos appellaret. Hāc
ob rem romanos adhortabatur: ne filios diu
tius in ſtudijs litterarum verſari paterentur.
Satis eſſe ſi legere et ſcribere didiciſſent. Du
rus interdum ⁊ inexorabilis ſi quid ab eo pe
teres habebatur: neq̄ hoc cōtentus conuicia ⁊
probra in te conijciebat: plura tamen ꝓſtabat
q̄ vultu facturum pre ſe ferret. Vno tamē po-
ſtremo laudari poteſt: ꝙ domi menſtra nō alu
erit: qꝙ domeſticos ſuos ⁊ familiares in offi
cio continuerit. ne ob faſtum et inſolentiā po
pulo romano ⁊ aulicis ſtomachū facerent.

Excellentiſſimi hiſtorici Platine in vitas
ſummorum pontificum ad Sixtum. iiij. pon-
tificem maximum preclarū opus feliciter ex-
plicit: accurate caſtigatū ac impēſa Antonij
koburger Nurenberge impreſſuꝫ. iiij. idus au
guſti conſummatum. Anno ſalutis xpiane.
M. cccclxxxj.

Laus deo.